
Warschau d. 16 Februar [illegible]

[illegible]



A.

distinctiones exemplorum veteris
et novi testamenti et tractatus
Sancti Bernhardi et in
fine tractatus vii sigillorum
dn y Collegio domus
Canonistarum legatus

[illegible]

Palatim specialiter deputatus Dilecto nobis in xpo Johanni Gregorij de Walitze presbiter Gneznen

arrestant comodi et honoris Sane ide dns Stephanus sacri lateranen Schothaczew clerico Poznanien dioc

meria Romanoꝝ Regis et semp Augusti et Bohemie Regis et Imperialis Palacij Comes Palatin

notat quam tenor inferius continetur corpali Juramto recepto concessit nobis per easdem lras plenam et libera

u post diligetem Examinatom ad dictu fuisti repertus sufficiens et ydoneus recepto cite prius corporali Juram

habellionatus Officio per pennam Calamarium atqꝫ cartham que tuc in manibus nris tenebamus et per osculum

net fiducialit habeatur recursus Et ut omia et singula que ad officium Thabellionatus spectat et pertinet exe

ersis et singulis pns Privilegium seu publicu Instrm inspecturis Nobilis Stephanus de Quatrarijs Cuius

us fore condita nisi esset hij per quos Jura ipa hominibus redderent Et ne diuturnitas tpm ea que inter contrahetes a

alibuit aduenit quibus Judiciarij actus hoim per psonas autenticas et ydoneas legittie exercerent et fieret contract

viro dum Johanne Jatussy de Walicze presbitm Gnezneu dioc in nra pntia pptz hoc psnalit constitutu nobis

Augusti et Bohemie Regis Illustrissim dn in huiuus aget per suas patentes lras infrascripti tenoris non viciatas

creadis Notar seu Thabellionibz publicis ac legittimade Bastrandis grose concessas Judicatus et Notariat seu

a Curte in ptibus suis et presertim ultra montanis dumtaxat viginti personas ydoneas et sufficien quas duxerit elige

aut Spurij aut ex quocuqꝫ alio dampnato coitu nati extiterit legittimare eosqꝫ ad omnia Jura legittima restitue et

et est talis **Wenceslaus dei gra Romanoꝝ Rex** semp augustus et Bohemie Rex Nobilib Nicolao

maiestate cu sole cottidie relucere debeat iugiter aliquid agere quo Regalis nomis gla possit attolli Illud tn thezauris

inspectionis industria palam et indubitata fiducia obtinen vos animo deliberato et de certa nra sciencia sacri lateranen Pala

emunitatib consuetudinib graciis et indultis ubiqꝫ locorum uti frui et gaudere possitis quibꝫ ceteri lateranen Palac

Notarios publicos faciendi et creandi ac eos cum penna et calamario prout modus est de huiusmodi thabelliot officio Inuest

na Instituta et a Thabellionibz et Judicibz ordinarijs tempore Creationis institucion infrascripta recipiendi Juramenta

sto et Bohemie Regi Illustrissimo dno nro graciosissimo et omnibz successoribz eius Romanoꝝ Imperatoribz seu

stra seu contract quoscuqꝫ non scribam in papiro seu carta ueteri sed membrana noua et munda Testameta codicillos et

iusticia publicare Causas miserabilium personarum necnon Pontes Hospitalia et emendatores uiarum publicarum

Judicis ordinarij erit in hec uerba Ego iuro et promitto quod fidelis ero Serenissimo principi et dno dno Wences

rantibz neqꝫ unqm ero in consilio ubi periculum eoꝝ tractabit Bonum et salut eoru promouebo et dampna eoru pro

hoc Regio statuen edicto quod Thabelliones seu Judices ordinarij per nos creati facti et instituti modo quo premittit

et vigore Preterea Curte Romanoꝝ regia predca cum concedimus et largimur uobis auctem et ptatem expressam

Baronum dumtaxat exceptis Etiam uocatis uel non uocatis quorum interest seu interesse poterit in uita seu post

gulos publicos et priuatos admitti ad instar aliorum qui sunt de legittimo matrimonio procreati et quod uitute

ad successionem bonorum huiusmodi Non obstantibz legibus Imperialibus siue consuedinibz quibuscuqꝫ Quibꝫ et

lli ergo hoim liceat hanc nre creationis constitucion decreti et ordinacion pagina infringere seu ei quouis ausu

ut irremissibiliter incursurum Quarum medietate Regali nro Erario siue fisco residuam vero ptem Iniuriam

no Die quinta Marcij Regnorum nrorum Anno Bohemie quadragesimosexto Romanoꝝ tricesimotercio Nos

eqꝫ ad huiusmodi Thabellionat et Judicatus Officia exercenda sufficiente esse reperimus post diligetem de eo

us Thabellionatus et Judicatus Officijs per eum in manibz nris corporaliter prestito debite fidelitatis Juram

arrata Thabellionat et Judicatus officia Curte Imperiali predca concessimus et concedimus pntes

que tuc in nris manibz tenebamus ut est moris Inuestimus de officijs memoratis et ad patris ostium

ublicitas qm priuatas in Judicio et extra ubicuqꝫ locorum exemplandi copiandi scribendi publicandi et in pu

maridi Consciendi et publicandi Appellaciones et protestacionij insup et Excepcion in Judicijs et ex faciendi et conscribe

intatum qm quorumlibet negociorum recipiendi scribendi conficiendi et publicandi cu ptate tutores et curatores dandi

et singula faciendi prosequendi et exercendi que ad supradca Thabellionat et Judicatus officia quolibet de

ntia ubilibet locorum ac terrarum libere licite et pacifice exercendi Adiecto apud dnm Johannez tamqꝫ ad Notarium

iendo ubicuqꝫ locorum stetur firmit et credatur et ads eis plena fides adhibeatur Forma aut Juramti nobis

nen Dioc Juro et promitto quod fidelis ero sacrosancte Romane Eccli ac sacro Imperio et Serenissimis principib

m consilio ubi periculum eoru tractabit Bonum et salut eorum promouebo Dampna eorum pro mea possibili

iarum Hospitalium Orphanorum Viduarum et aliarum personarum que requiram et ero fauorabilis atqꝫ benignus

se poterit seu obesse exercebo fidelit Testamta codicillos et quascuqꝫ decedencium uoluntates necnon dicta testium

Hospitalia et emendacion uiarum publicarum omni tpe promouebo et memorata mea officia exercebo fidelit et le

ide et benemeritis comercia digna prestare Igitur supplicacionibz prefati dni Johannis Jatussy in ea pte nob

onu pntes autem plenariamqꝫ ptatem quod viginti personas ydoneas et sufficien clericos Eciam si ipe omnis dignit

ntia Notarij publici et testium fidedignorum facienda abiles et ydoneos ad Thabellionatus seu Notariat

ordinos seu Thabelliones publicos creandos et p eas et eorum qualibet quos sup nomine corpalit prestito Juramento

Distinctiones exemplorum veteris et novi testamenti secundum ordinem alphabeti per fratrem [illegible] de Senis ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini edite

De abstinentia et ieiunio capitulum primum

Abstinentia est { meriti augmentativa, sapientie acquisitiva, religiositatis ostensiva, carnis refrenativa, victorie impetrativa, orationis auxiliativa, indulgentie optentativa, exempli demonstrativa.

Abstinentia primo auget merita et virtutes. Ideo voluit dominus parentes nostros primos non omni cibo uti in paradiso sed ab aliquo abstinere, ut per obedientiam et abstinentiam amplius mererent. Genesis ii. Propter eandem causam precepit dominus filiis Israel quod a multis animalibus abstinerent. Levitici xi. **Abstinentia** secundo valet ad habendam sapientiam. Nam Moyses ieiunavit et propter abstinentiam et ieiunium a domino meruit legem recipere. Exodi xxxiiii. Helyas ut liberius et sapientius prophetaret dicebatur auriga(?) terre et celi, qui petiit a vidua Sareptena buccellam panis et aquam. iii Reg. xvii. Et nondum quod corvi pascebant Helyam carnibus bis in die, sed angelus pane et aqua semel tantum. iii Reg. xix. 3 R° 17
Danieli propter eius abstinentiam ostendit deus mirabiles visiones. Daniel x. Et eidem propter ieiunium revelatum est misterium passionis et incarnationis domini nostri Ihesu Christi. Daniel ix. xi
Anna vidua in ieiuniis domino serviebat die ac nocte, ideo prudenter meruit prophetare de Christo. Luce ii. **Abstinentia** tertio valet ad religiositatis ostensionem. Ideo clerici et religiosi precipue debent abstinere. Nazareus et vir qui debebat domino consecrari ab omni eo quod inebriari potest abstinebat. Numeri vi. In horum figura commendat abstinentiam Rechabitarum a domino qui noluerunt bibere vinum sicut pater eorum mandaverat. Jeremie xxxv.
Rechabitarum Jer. 36 — Cibum(?) abstinuit Johannes baptista qui fuit religiosus primus in novo testamento, cuius cibus erat locusta et mel silvestre. Mt. iii. Propter eius Johannis abstinentiam dicebat ipse Christus: non manducans neque bibens. Mt. xi. Mittens discipulos dominus ad predicandum dixit: edentes et bibentes que apud illos sunt, ut scilicet debent esse contenti appositis nec petant delicata. Luce x. Petrus volens ostendere quod religiosi discipuli ebrii non essent, dixit esse horam tertiam, ostendens quod non est conveniens religiosis et clericis ante tertiam manducare nec bibere. Act. ii. Act. 2

Abstinentia quarto est carnis refrenativa. Ideo abstinendum est ab esu carnium maxime religiosis et clericis qui debent carnem suam precipue refrenare. Unde uxor Ieroboam vadens ad Achiam prophetam tulit panem et mel, carnes autem non legitur obtulisse. iii Reg. xiiii. Pulmentum et panes, sed non carnes, per Abacuc dominus Danieli transmisit, ut Daniel a carnibus abstineret. Danielis xiiii. Consultum fuit ad abstinentiam carnium quod dominus Ihesus multiplicavit panes et pisces et numquam carnes, de quibus panibus et piscibus plures plures saciavit. Mt. xiiii. Marci vi. viii. Joh. vi. Luce xi. Non legimus salvatorem comedisse carnes nisi de agno paschali, sed de piscibus comedit et discipulis dedit. Luce xxiv et Joh. xxi. Populo autem iudaico tamquam carnali et de carne murmuranti dedit carnem, licet in eorum malum. Numeri xi. Exodi xvi. **Abstinentia** quinto prebet victoriam in temporalibus et spiritualibus bellis. Ideo uxori Manue concepture Sampsonem fortissimum pugnatorem angelus abstinentiam indixit. Judicum xiii. Cum trecentis viris aquam lambentibus et temperate bibentibus liberavit dominus populum Israel. Judicum vii. Observavit causam populus Israel consistens in castris, nullus comedit nisi Jonathas contra preceptum patris. i Reg. xiiii. Propterea rex Juda victoriam habuit. Judith viii. Philistei debellantur, filii Israel et [illegible] ceperunt. i Reg. vii. Per quod filii Israel plenitudinem(?) et ieiunaverunt et habuerunt victoriam. i Reg. vii. Salvator ut cum dyabolo pugnaturus ieiunavit et ipsum in tribus temptationibus superavit. Mt. iiii. **Abstinentia** sexto iuvat orationem. Ideo dixit Thobias: bona est oratio cum ieiunio. Thobie xii.

ut via et p(ro)p(he)ta(m) dicit eis
predicavit Esdras ieiuniu(m) Cu(m) no(n) petituri e(ss)ent a domino viam rectam Esdre viij° Filij isr(ae)l
timentes potenciam holofernis ieiunaverunt sub et p(ro)p(ter) hu(n)c modu(m) oravit Judith iiij° In hui(us)
figura hester locatura regi assuero ieiunavit cu(m) ancillis et mardocheo Hester iiij° Qui(a) il-
lu(m) valet abstinencia ut homo possit vigillare et orare no(n) potera(n)t Mt xxvi Absti-
nencia Septimo meretur indulgenciam peccatorum Ideo temperavit suum penam
achab qua condempnatus fuerat p(ro)pter ieiuniu(m) quod fuerat iij Reg(um) xxi Niniuites sue
subversionem civitatis peperit quia a maximo usque ad minimu(m) omnes se ieiunio affligere(n)t
Jone iij° Abstinencia Octavo est exempli demonstrativa Ideo abstinere debet
homo p(ro)pter aliorum exemplu(m) Nam david desideratam aquam de bethleem ablatam
sibi bibere noluit labere Ut exemplum abstinere alijs demonstraret ij Reg(um) xxiij° Eleazar
maluit occidi q(uam) vetita manducare Ut aliis exemplu(m) abstinere demonstraret ij Ma-
cha vj Septem fratres cum ipsorum p(ro)pria matre sub variis cruciatibus voluit recipe cum de esu
sacrilego manducare Ut alij similia perpetrarent ij Macha vij Petrus qu(a)nq(ua)m ieiuna-
verat tamen immunda noluit manducare Ut exemplu(m) ingluuie aliis demonstraret Act x

Capitulum Secundum de acceptione munerum

Acceptio munerum vendit libertatis obsequiu(m) p(er)vertit veritatis iu-
dicium. Nutrit p(er)dicionis flagiciu(m) p(ro)fert symonie viciu(m) licet ad dei s(er)viciu(m) valet
si sit munus p(ro)prium Accipere no(n) debet homo munera p(er) i(m)p(er)fect(a) s(er)vicij q(uia)
simia vendens Ideo Abraham noluit accipere ulla que ei obtulit Rex Sodo-
morum p(ro) victoria quam fecerat de inimicis suis ne s(er)vicium dei vende(re) videret(ur) Gen xiiij Na-
Magister milicie regis babilonis non accepit jeremie munera p(ro) liberacione ipsius sed
dedit ei munuscula et dimisit Jeremie x(?)l Daniel reddidit Baltazar munera p(ro)mittenti
Cum videret pro expositione scripture Munera tibi sint et donaria domus tue alteri da Danielis v
ait
Acceptio munerum pervertit iudiciu(m) et veritatem Ideo Balaam a nunciis balaach
acceptis muneribus contra iusticiam maledicere p(o)p(u)lo dei satagebat Numeri xxij Munera
que Siba obtulit fuit causa q(uod) david suam p(er)am tulit contra Miphiboseth ij Reg(um) xvj
Menelaus Menelaus p(ro)pter vasa aurea que dedit Andronico contra iusticiam fecit Oniam occidi
et p(ro)pter pecuniam qua ptolomeo p(ro)misit evasit ipse et fecit accusatores occidi ij Macha iiij° 2 Ma 4
Propter peccuniam quam custodes sepulcru(m) xp(ist)i acceperu(n)t a p(ri)ncipibus sacerdotu(m) mentiti sunt corpus xp(ist)i
furtivum ab ap(osto)lis fuisse sublatum Mt xxviij Felix p(re)ses tenebat paulum in vinculis
quia sperabat ab eo pecuniam habere obtinere Act xxiiij Acceptio munerum
Eglon
Excecat et mittit p(er)dicionem Nam aioth p(er) munera que dedit Eglon Regi Moab ipsum p(er)di-
tum occidit Judicum iij° Dalida Sampsonem tradidit philisteis p(ro)pter munera que recept(a)
ab eis Judic(um) xvi P(ro)pter munera missa Benadab regi Syrie rupit fedus quod fecerat
cu(m) rege isr(ae)l eum invadens iij Reg(um) xv ij paralipp(omen)o(n) xvi Muneribus Triphonis decept(us)
est Jonathas remittens fratres et fuit p(ro)dicione occisus j Macha xij Menelaus accepta
pecunia a lasone ipsum p(ro)pria nequiter supplantavit ij Macha iiij° Acceptio mune-
rum Causa est Symonie Ideo de filijs Samuelis sacerdotes dei declinaverunt post
avariciam et susceperunt munera j Reg(um) viij Giezi graviter accepit munera p(ro) sanacione
Naaman accepit et lepram iiij Reg(um) v P(ro)pter munera que p(ro)misit Jason Anthiocho
summum sacerdotiu(m) occupavit ij Macha iiij° Symon magus voluit spiritum s(an)c(tu)m pecunia
emere Act viij° Accipere possunt munera deo s(er)vientes
et pauperes a divitibus ad placandum deum Nam figura Jacob misit fratri suo
munera ut placaret eu(m) Gen xxxij Munera obtulerunt filij isr(ae)l ad opus thabernaculi quando

optulit moysi Exodi xxxvi In signum quod munera danda sunt deo Dedit regina Saba
Salomoni c xx milia thalenta auri iii Reg x In cuius signum Naaman iudei pauperibus largita
sunt munera Hester x In signum etiam Jonathas dedit munera Allexandro et invenit graciam
coram eo i Machab x Accipi non debent munera de alieno sed de proprio si deo sit placitum David
enim noluit offerre sacrificium de munere alieno ii Reg xxiiii Propter achan spoliata domo domini
et David misit munera regi assiriorum sed nichil et ipsa munera profuit ii Paralip xxviii Ma-
gi apertis thesauris suis non alienis sed aurum thus et mirram domino obtulerunt Mt ii Duo mi-
nuta paupercule vidue proprio quesita labore a domino omnibus muneribus preferuntur Luce xxi 21

Capitulum tercium de accidia et negligencia

Accidie vicium requirit reprehensionem post transgressionem propter occasionem
sequitur punicionem Accidiosi reprehendendi sunt et sollicitandi a prelatis domini p-
latis Ideo Jacob accidiosos filios increpavit et sollicitavit dicens Cur negligitis Gen xlii
xxii Propter hanc causam precepit Ezechias levitis ut essent solliciti quia negligentes essent ii
Paralip xxix Redarguit dominus in sua parabola ociosos et remunerat operantes Mt xx Dormie-
bat Jonas sopore gravi gubernator navis redarguit eum Jone i Redarguit dominus discipulos
discipulos qui secum una hora non poterant vigilare Mt xxvi et Marci inter xiv Accidia
est quasi mater omnium peccatorum Unde filii Israel manducantes panem angelorum attediati et accidio-
si murmurantes cibos Egypti viles desiderare ceperunt Ibi patet quod accidia fuit eis causa
murmuracionis et concupiscencie carnalis desiderii et mediatim Num xi Tempore belli manens David
ociosus in domo adulterium commisit et homicidium perpetravit ii Reg xi Cum dormirent homines
per seminacionem boni seminis inimicus superseminavit zizaniam peccatorum Mt xiii Accidia
est causa spiritualis et corporalis mortis Ideo Zizara iacens opertus pallio clavo confossus
est in tempore Jahel uxore obedienti Judicum iiii Sampson dormiens super genua Dalide
fuit captus cathenatus et mortuus Judic xvi Cum Abner negligenter custodivit
Saul poterat eum David occidere si voluisset i Reg xxvi Isboseth dormiens super lectum
a principibus latronum est occisus ii Reg iiii Accidiosos punivit deus Gravatus namque
cepit populus itineris et laboris omnium locutus est contra dominum et Moysen dicens Anima nostra
nauseat super cibo isto levissimo Ideo misit deus serpentes ignitos qui populum occidebant
Num xxi Virgines dormientes et lampadibus accensis lucidi operibus non lucentes a sponso
celestium nupciarum sunt expulse Mathei vicesimo quinto

Capitulum quartum de adoracione dei

Adorandus est deus et colendus
- Cum donorum oblacione
- Cum bonorum oracione
- Cum templorum fabricacione
- Cum credendorum ordinacione
- Cum adversorum tolleracione
- Cum ydolorum detestacione

Adorandus est deus et colendus in muneribus bonis Ideo duobus fratribus
fidelibus adorantibus et sacrificantibus deo respexit dominus
ad Abel et ad eius munera et non ad Caym quia ille obtulerat meliora Gen iiii Para-
vit Abraham unicum filium offerre domino super montem in holocaustum Gen xxii Postquam
precepit dominus Moysi ut ipse et Aaron et leviti ascenderent et adorarent . . vitulos
obtulerunt Exodi xxiiii Salomon abiit ut immolaret mille hostias et ibi apparuit
ei deus iii Reg iii Magi intrantes domum adorabant puerum et munera obtulerunt Ideo
ergo debent facere xpiani iam regnanti si gentiles sic fecerunt puelo vagienti Math ii
Adorandus est deus in oracione vocis orando Unde Enos filius Seth
fuit primus qui orando cepit invocare nomen domini Gen iiii Salomon stetit ante

altare et expendens manus genu flexus adorauit iij Reg viij Jesus adorauit dominum orans
et dicens domine si vis potes me mundare Mt viij Mater filiorum zebedei accessit ad yhesum do-
rans et petens aliquid ab eo Mt xx° **Ad adorandum deum debent**
fabricari ecclesie et altaria ideo Noe edificavit altare domino et de mundis animalibus et de
volucribus obtulit holocaustum Gen viij Cum apparuisset dominus abrahe edificavit ibi altare
domino ut adoraret eum Gen xij Jacob fecit altare domino qui apparuit ei quando fugiebat
ab Esau fratre suo Gen xxxv Precepit dominus ad eius cultum fieri thabernaculum et orari Exo 25
Adorare debet homo in fide recte credendo ideo abraham videns tres viros
tres vidit et unum adorauit ut certam fidem ostenderet trinitatis Gen xviij Elchana tante fi-
dei erat quod ascendebat de civitate sua statutis diebus ut adoraret deum in Sylo j Reg j°
Rex david fideliter cultum cultu dei in sacerdotibus et cantoribus amplificavit j Paralip xvi°
Cecus natus illuminatus a domino ait credo domine et procidens adorauit eum Johannis ix°
Adorandus est deus in tribulacionibus et periculis ut ab ipsis homines liberentur
ideo filii israel afflicti in egipto audientes quod dominus respexit afflictionem eorum proni adora-
uerunt in terra Exodi iiij° Cum dixisset dominus de percussione filiorum egipti inclinatus populus
adorauit Exodi xij Offerente samuele sacrificium liberatus est populus a tribulacione phili-
steorum j Reg vij Reversi filii israel de captivitate babilonis die ac nocte confitebantur domino
Neemie ix° Cum audisset Job nuncios verba dicentium sibi perdicionem corruens in terram adorauit dominum
dicens nudus egressus sum Job j **Adorandus est deus** solus et non
aliqua creatura ideo primum preceptum decalogi fuit Non adorabis deos alienos non facies
et sculptile Exo xx° Manue volens sacrificare angelo angelus dixit si vis offerre
sacrificium offeras illud deo Judicum xiij Cum irent filii israel ad vitulos aureos Thobias
fugiebat consortia eorum et ibat in Jerusalem ad templum et ibi adorabat dominum deum israel Tho j°
Cum iussum esset prohibitum quod nullus peteret aliquid ab aliquo deo vel homine nisi a rege Da-
niel tribus temporibus adorauit dominum Daniel vi Populus lystre voluit adorare paulum
et barnabam qui prohibuerunt eos Act xiiij° Angelus prohibuit iohannem cum vellet eum
ne se adoraret sed solum deum Apocalipsis xx ij° et

iii°

Capitulum tercium de adulacione

Adulatores in adulacionibus querunt complacenciam sepius displi-
cenciam tendunt ad infamiam Adulatores loquuntur ea non solum que credunt pla-
cere audientibus eos ideo eorum complices populo placere volentes dixerunt Insufflant nobis le-
uite xxvj Absolon ut cariorem in curia patris se haberet quibuslibet complacere dicebat ambulis videntur
michi sermones tui recti falsi prophete dicebant achab iij Reg xxij prospera de bello futuro
sic ei complacere credebant consiliarii Assueri adulantes iij Reg xxij ei dixerunt Hester
iusta est indignacio cum in tempore eius vasthi regina parere debuisset Hester j
Amici Aman volentes ei complacere dixerunt iube parari excelsam trabem et Hester v°
Athenis proditor volens placere demetrio dixit perdidit Judas amicos tuos j Machab vij
Herodi impio acclamabat populus vox dei et tu dessedens complacere Act xij **Adu-
latores** displicent sapientibus quibus placere credebant per suas blandicias Nam
adolescens nuncians david mortem saul iniam sibi credens ei placere fuit eius
missione occisus ij Reg j Duo latrones qui occiderunt ysboseth et attulerunt ca-
put eius ei placere credentes displicuerunt multum et ab eo similiter occisi sunt ij Reg iiij°
Adulatores in facie laudant et in absencia detrahunt et infamant Non quorum
consuetudinem Salvator ne recedentibus discipulis Johannis cepit Johannem multiplicat que
dare quem in eius presencia non laudauit Mt xj Pharisei volentes ihesum capere in sermone et pacta ipi
presencia

detrahere presumpsit ysaac laudare cepit dñtes magis simma qr vera erat et via dñi v'it detres

Capitulum sextum De Ambicione et Ambiciosis

[in margin: xxi]

Ambiciosi sunt alienorum honorum detractores innocentum sanguinis effuso-
res presumptuosi fauoris pactatores. Lito regiminis desertores. pphanam symoni
fautores. turpi cultus zelatores. Ambicio causat detractores nam ambiciosi ideo aliis
detrahunt vt ipsi magis appareant. Sic dathan et abiron ambientes dominium. psalm. detra-
hebant moysi dicentes nobis est dnus et c. Num. xvi et xvi. Absolon ambiens regnum
detrahebat patri dicens. Causam tuam video mihi sermones tui et c. sed non est qui audiat
constitutus a rege. ij Reg. xv. Alchimus volebat fieri summus sacerdos coram demetrio detrahebat
j machab. vij. Ambiciosi non timent sanguinem effundere et multa mala committere
vt liberius valeant dominari. Vnde Abimalech callide procurauit eligi per amicos in dominum
qui propterea lxx occidit. et multa mala fecit. Judic. ix. parabola ioathe de ramno rencteli
qua ambiciosorum mala corum opera declarauit. Judic. ix. Jeroboam ambiciosus pessime re-
gnauit et multa mala commisit. iij Reg. xi. Ptolomeus vt obtineret regnum symonem et eius
filium occidit j machab. xv. Ambiciosi semper magna et presumptuosa de se loquuntur
ideo Baal presumptuose dicebat. Vtinam daret aliquis populum istum in manum meam et aufferret
de medio Abimelech quod non fecit. Judic. ix. Elevabat se Adonias dicens. Ego regnabo quod non
euenit propterea vt dicebat. iij Reg. j. Nabuchodonosor dixit cogitationem suam in eo esse vt omnem
terram suo imperio subiugaret. Judith. j dicebat Nicanor faciam mihi nomen et gloriabor et glorificabor Nomen
in regno et debellabo et c. j machab. iij. Ambiciosorum dominium cito transit diuino iudi-
Ambri cio. Ideo Zambri qui occidit dominum suum vt regnaret post eum septem diebus tantum regnauit. iij Reg.
xvj. Ptolomeus regnum Alexandri voluit occupare ambiciose sed parum gauisus est quia die
tercia defunctus est. Ambiciosi vt plurimum sunt symoniaci. ij machab. v. Nam quia
Jason summum sacerdocium ambiebat. ideo promisit Anthiocho ccc lx talenta argenti et alia multa
tamen modico tempore functus est hoc honore. Et Menelaus qui ipse ad Anthiochum missus
fuit in se dein sacerdocium retorquens. ij machab. iiij. Symon magus ambiciens potestatem dandi
spiritum sanctum voluit illam pecunia obtinere. Act. viij. Ambiciosi et superbi plus
dolent de paucis qui eis non obediunt et eos non honorant. Talis fuit Aman qui plus do-
lebat de Mardocheo cum adorare nollet quam letaretur de aliis qui eum omnes adorabant. Hest. v.

Capitulum Septimum De Amicicia

Amici habere debent Commune gaudium familiare colloquium Aliene tedium
fidele obsequium salubre consilium. Amici communiter debent sibi gaudia et omnia
temporalia et spiritualia bona. Ideo laban vocatis amicis fecit rachaeli nuptias et despo-
sauit. Gen. xxix. Diligebat dauid ionathas sicut animam suam et expoliauit se tunica sua et de-
[in margin: ca Nepoti suo Jacob] dit ei. j Reg. xviij. In huius signum laudauit dnus villicum iniquitatis et consulit nos facere amici-
ciam de mamona iniquitatis eius bona nostra communicando. Luc. xvi. Patens est exemplum posuit
saluator in de illo qui vadit media nocte ad amicum et sibi petit panes commodari. Luce xi.
Amici debent simul habere de suis negociis secretum colloquium. Ideo loquebatur dnus moysi
de agendis sicut solet loqui homo cum amico. Exo. xxxiij. Conuocauit Aman superbus ad se amicos suos et exposuit
eis magnitudinem diuiciarum et filiorum. Hest. v. Tres amici Job venerunt consolari eum et loqui
secum. Job ij. Saluator noster cum dilexisset suos qui erant in mundo in fine dilexit eos et fatetur
eis sermonem familiariter locutus est eis. Joh. xiij. Amici debent esse fideles et vnus aliud
nunquam deserere sed vivus et sepultus vnicuique se iungere. Ideo Ruth dixit Noemi Ne michi aduerseris
ut relinquam te et vbi stabis stabo. Ruth j. Fidelis amicicia sed indiscreta fuit armigeri Saul

mortuus est cum eo i Reg ultimo. Dixit Abner ad David fac mecum amicicias et erit manus
2 R 2 mea tecum ii Reg iii. Cusi fidelis amicus David non dereliquit eum sed dissipavit consilium
Achytofel contra eum ii Reg xv. Fideles amici erant Eleazaro fidem corporis qui cum consule-
bant ne pateretur ii Machabeorum vi. **Amicicia** malorum destituenda est que sepe trahit
ad malum. Ideo propheta Yehu dixit ad Iozaphat: hiis qui oderunt dominum amicicia iungeris
et cum eis amicicia iungeris. Ideo iram dei merebaris ii Paralipomenon xix. Alchimus proditor fecit
amicum Demetrium gratavit eum adversus Iudam et fiet emulus eius. Prodidit Iudas amicos suos
ob i Machabeorum vii. xiiii. Duo pessimi homines Herodes et Pylatus facti sunt amici in morte Christi
Luce xxiii. **Amicicia** conthrenda est cum bonis et viris competentibus et sapientibus
ideo rex Allexander scripsit Ionathe: Audivi quod potens sis et optas esse amicus meus i Macha-
beorum x. Bonos amicos habuit Paulus qui rogaverunt eum sedere in theatro Actuum xix.

Capitulum octavum de amore dei

Amor dei misericordiam obtinet. Scripturam complet preceptorum. Amor dei facit
misericordiam obtinere. Ideo dante dominus legem Moysi dixit: Ego dominus faciens misericordiam
hiis qui diligunt et custodiunt precepta Exodi xx. Ob hanc causam per x repetita mandata
dixit Moyses: Diliges dominum deum tuum. Et ideo hic preposuit ut si in aliquo preceptorum offen-
damus per dilectionem dei misericordiam habeamus Deuteronomii vi, Iosue xxii. **Amor dei** pre-
ceptum principium et finis est omnium mandatorum. Ideo dixit Moyses populo: Quid petit deus
a te nisi ut ambules in viis eius et diligas eum Deuteronomii x. Iosue eciam per aliam mo-
nicionem dixit populo: Diligite dominum deum vestrum. Qui facit conclusionem omnium preceptorum Iosue xxiii.
Paulus dixit: Si quis non amat deum anathema sit. Ad Corinthios ultimo. Alias nullum preceptum
servavit i Corinthiorum xvi. Hoc est eciam quod Paulus dixit: Si linguis hominum loquar et angelorum
etc. Ubi ostendit quod nullum bonum fieri potest sine dilectione dei et ipsa habita non facit homo malum i Corinthiorum xiii.

Capitulum nonum de amore proximi

Amare debemus proximum spiritalem effundendo oracionem singularem, ostendendo
dilectionem salutarem, compaciendo compassionem. Amor proximi ostendit esse verus qui pro
eo orans eciam si sit malus vel eciam inimicus. Ideo Abraham sollicite et devote oravit deum
ut parceret Sodomitis, quod fuit signum magne dilectionis Genesis xviii. Tantam dilectionem erga
proximos habuit Moyses quod orans pro eis dicebat deo: Aut dimitte eis hanc noxam aut
dele me de libro etc. Exodi xxxii. Dominus eciam monuit nos orare pro proximis non solum ami-
cis sed eciam inimicis. Orate pro persequentibus vos Matthei v. **Amare** debet homo proximum sicut
se ipsum. Ideo reprehensus est graviter Cayn qui dixit se non esse custodem fratris sui. Genesis iiii.
Leviticus xix. Moyses ita dilexit quemlibet de populo sicut se ipsum ut optaret quemlibet prophetizare
sicut ipse licet in hoc honor suus diminui videretur Numeri xi. Voluit ipse Moyses magis diminui
populum quam sibi dominus promittebat. Anima sua sicut quemlibet de populo diligebat Numeri xiiii. Iona-
1 R 18 the colligata erat amore David et dilexit eum sicut animam suam i Reg xviii. **Amare**
debet homo proximum ostendendo et compassionem in adversitatibus. Nam filii Israel pro occisione filiorum
Beniamin compacientes fleverunt Iudicum xxi. Eciam propheta David ostendit compassionem dilectionis
inimico in planctu Saulis ii Reg i. Ostendit eciam eciam in filio licet malo rebelli quem
in morte Absolon ii Reg xviii. **Amare** debet homo proximum subveniendo ei in ne-
cessitatibus suis. Ideo magnam dilectionem habuit Neemias ad filios transmigracionis in multis
quibus amicabiliter fecit eos Neemie v. Thobias eciam multum proximos diligebat qui
illis multa beneficia conferebat Thobie i. Hunc amorem Samaritanus probatur a domino
habuisse ostenditur qui vulnerato et semivivo multa beneficia largitus est Luce x. **Amare**
debet homo proximum in iniurias dimittendo. In Matthei xviii proprius Christus dixit Petro: Dimitte
fratri tuo non tantum septies sed usque septuagesies septies Matthei. Amare debet homo proximum iniurias

dimittendo peccata sicut christus fecit et sanctus Stephanus qui non solum dimisit iniurias
sed eciam pro suis persecutoribus oravit Luc. xxiii Actuum septimo.

Capitulum decimum de amore carnalis consanguinei

Amor carnalis consanguinitatis non debet impedire bonorum distribucionem
dolorum mitigacionem et iniuriorum punicionem Amor carnalis consanguineis non debet prelatus bona
ecclesiastica et alia distribuere sed solum amore virtutis et virtutis ideo Moyses distribuens levitis
boves et plaustra nullum dedit filiis carnalis sibi carne propinquis Numeri vii Non legimus
Moysen aliquod dedisse officium aliquod de filiis suis Exo. levitici Numeri deutro. ex toto cum
gratiam Moyses rogavit deum ut populo suo provideret de duce ydoneo nullum tamen de filiis
Nra 21 aut de consanguineis nominavit Num. xxvii Johannes et Iacobus Jacobum christi fratres non dimisit
caput ecclesie sed solum petrum Johannis xxi Amari non debent tam consanguinei ut
nimius dolor de morte eorum generetur Ideo Hely audiens mortem filiorum non est visus multum
merere sed solum de capcione arche i Reg. iiii David eciam mortuum filium parvulum non ploravit
sed pocius gaudium demonstravit ii Reg. xii Ioab increpavit David de nimio fletu in
morte Absolon filii sui ii Reg. xviii Mater illa mirabilis septem filios mori videns non 2 Reg. 20
ostendit dolorem sed eos mirabiliter confortavit ii Machabeorum vii Amari sic moderate de-
bent consanguinei ut eis semper preferantur divina Ideo Iudei secundum Mathatiam plus
timebant de templo et de divinis quam de uxoribus et filiis eorum ii Machabeorum xv Loquente
Ihesu ad turbas cum quidam diceret adesse matrem eius et fratres respondit Quae est mater mea et
qui sunt fratres mei Quicumque fecerit voluntatem patris mei qui in celis est ipse meus frater
soror et mater est Math. xii Amor carnalis consanguinitatis impedit consolaciones
divinas Ideo dixit christus Petro Caro et sanguis non revelavit tibi Unde quod caro impedit
revelaciones Propter hanc causam dicebat Paulus apostolus ad Gal. i Cum placuit ei qui segregavit
me ex utero matris mee non acquievi carni et sanguini ad Gal. i°

Capitulum undecimum de angelis bonis

Angeli boni sunt revelatores secretorum liberatores innocencium regulatores
precium eruditores nescientium propugnatores afflictorum increpatores delinquen-
tium confortatores penitencium vel afflictorum incitatores orancium introductores decedencium
Angeli boni revelant et annunciant secreta que debent contingere et evenire ut si-
des adhibeatur Ideo apparuit angelus Abrahe et ergo cum familiariter se habuit re-
velantes et plura secreta Gen. xviii° Revelavit angelus uxori Manue conceptum
Sampsonis et vitam quam eum agere oportebat Et hec eadem uxori et viro simul postmodum
revelavit Iudicum xiii Revelavit angelus Helie quod nunciaret nunciis Ozie quod de lectulo
sue infirmitatis descendere non debebat Danieli sunt multa et magna misteria iiii Reg. i
revelata per angelos Daniel ix° Zacharie apparuit angelus conceptum et vitam precursoris an-
nunciavit et revelavit Luc. i Marie Magdalene et sociis angeli revelaverunt christum a mor-
tuis surrexisse Math. xxviii Marci xvi Luc. xxiiii Johannis xx Ascensum et adventum angeli re-
velaverunt apostolis in die ascensionis Act. i Johanni angelus revelavit duo Johanni civitate
divina gloria secretorum Apocalypsis per totum Angeli boni liberant et adiuvant in periculis
et maxime innocentes Ideo angeli hospitati sunt ad Loth cum de periculo Sodome qua erat immo
cencius evenientes Gen. xix Raphael qui fuit dux Thobie cum a pisce devoracionis Thobiam
liberavit eciam uxorem eius a demonio et patrem ab oculorum cecitate medicavit Thobie vi
et xi Descendit angelus cum Azaria et sociis eius in fornacem et eos de medio liberavit
Daniel iii Carcerato Petro angelus astitit et lumen refulsit et eum de carcere liberavit Act. xii
Angeli boni regulant et dirigunt homines ut non pereant sed mereantur Ideo angelus revelat

Raphael

Abraham prohibens ne filium interficeret et occideret Gen. xxii. Stetit angelus in via contra Balaam
qui sedebat super asinam et prohibuit ne populo dei malediceret Numeri xxii. Revelat
angelus Joseph Mariam coniugem suam volenti occulte dimittere prohibens dimissionem et causam
incognitam eius ostendens Mt i. **Angeli boni** docent et erudiunt ignorantes
In cuius figura vidit Jacob scalam et angelos ascendentes et descendentes per eam sig-
nificabant viam eundi ad celum in qua docet angeli per vitam contemplativam ascendere
et descendere ad compassionem proximorum Gen. xxviii. Apparuit unus de Seraphin Ysaye
et mundavit labia eius calculo instruens ad loquendum Isa. vi. Docuit angelus pasto-
res invenire Christum dominum puerum natum in Bethleem pannis panniculis involutum
Luc. ii. Instruxit angelus accipe Mariam Joseph et puerum et fuge in Egiptum. Que fuit
figura nostri ut accipientes amaritudinem penitentie et salutarem Christum puritatem mundum
quem nos persequitur fugiamus Mt ii. **Angeli boni** pugnant pro nobis nos ab inimicis
spiritualibus et corporalibus defendendo. Deo angelus domini stetit inter castra Egiptiorum et populum
Israel defendens eum Exo. xiiii. Plures boni angeli erant cum Eliseo ad defendendum eum
mali cum adversarius ad nocendum ut Eliseus puero demonstravit iiii Reg. vi. Cum magna
pugna esset inter Judam Machabeum et Thimotheum apparuerunt de celis quinque angeli se-
dentes in equis armis Machabeum et populum defendentes ii Machab. x. Apparuit angelus
precedens Judam et comitum eius in veste candida in Machab. ii. **Angeli boni** pu-
niunt et increpant delinquentes. Sic increpavit angelus filios Israel qui amicitiam fecerunt
cum Chananeis divina beneficia immemorata Judic. ii. Numerato populo a David angelus
domini extendit manum super populum ut disperderet eum et vidit David angelum cedentem et ait
Ego sum qui peccavi. Percussit angelus domum Eliodori ii Reg. xxiiii qui templum despoliare
volebat ii Machab. iii. Herodem volentem recipere divinos honores percussit angelus domini et
consumptus a vermibus expiravit Act. xii. **Angeli boni** confortant et consolantur
timidos et afflictos in tribulatione ne deficiant. Sic angelus confortavit Gedeon animans
eum ad pugnam et ne deficeret de triumpho victoriam repromisit Judic. vi. Cum Agar
et tribulata cum filio apparuit angelus et confortavit eam Gen. xxi. Fugientem Heliam a fa-
cie Jezabel angelus cibo reficiens confortavit eum iii Reg. xix. Cum recessit temptator acces-
serunt angeli et ministrabant ei Mt iiii. Transtulit angelus Abacuc de Judea in Babilo-
nem ut confortaret Danielem in lacu leonum Daniel xiiii. Orante Christo tristi a se-
taliacem passionis apparens angelus invisibilis eum confortavit Luc. xxii. **Angeli boni**
invitant et sollicitant iacentes et torpentes ad bonum. Sic angelus domini apostolos
eductos de carcere invitavit ut surgite et loquimini ad plebem Act. v. Apparuit angelus
Philippo et invitavit eum ut iret qui videns in illo itinere eunuchum convertit Act.
viii. Invitavit angelus et sollicitavit Cornelium ut iret ad Petrum qui vadens fidem
Christi et baptismum suscepit Act. x. **Angeli boni** deducunt homines ad portum
salutis vite eterne animas deducendo. In cuius figura redempti Jacob ad patrem suum
occurrerunt angeli et dedixerunt eum secum Gen. xxxii. Post hanc tempus dixit dominus
populo Ecce mitto angelum meum qui precedit te etc. et servet et introducat in terram promis-
sionis Exo. xxiii. Raphael angelus sub huius figura reduxit Thobiam ad patrem Thob. xi.
Ultimo dixit Judith custodivit me angelus hinc euntem ibi commorantem et inde reverten-
tem Judith xiii. Factum est ut moreretur mendicus et portaretur ab angelis in sinum Abrahe Luc. xvi

Capitulum duodecimum de angelis malis

Angeli mali sunt servorum tormentatores, adulterorum punitores, viciorum
introductores, adulatorum elatores, divinorum formidatores. Angeli mali tormen-
tant fideles. In cuius figura legitur quod spiritus dei malus exagitabat Saul. Sed dum spiritus domini

qua ptate dei pt quod^am pt .i. Reg. xvi. Sic tormentavit Job in rebus filiis et carne
ipsa permissione divina Job .i. Filia Chananee a demonio male vexabatur quam xpus
miraculose liberavit Mt. xv. Sic eciam vexabatur ab eo ille demoniacus qui spumabat et
stridebat dentibus Mr. ix. Luc. ix. **Angeli mali** habent ptatem super luxuriosos
adulteros et male viventes coniugio Unde legitur accidit vii viris filie Raguel qui introi-
bant ad eam sicut equus et mulus non amore prolis sed ardore libidinis Thobie vi. propter
hanc causam dicitur dominus de maria magdalena vii demonia eiecisse que luxurie vacans
operibus ptatem dyaboli possidebat Luc. viii. Mr. xvi. **Angeli mali** omnem defectum
inducunt in homine incredulo Quod significant illi demoniaci de quibus dicitur Mt. viii.
petinerunt a domino demones intrare in porcos propter immundiciam possessorum ab eis Luc. viii.
Ideo vocatur a domino spiritus immundus qui aliquando propter penitenciam recedens aut assumit vii spiritus
nequiores se Luc. xi. faciunt eum homines cecum a sui cognicione et mutum ad confessionem Mt. xii.
et Luc. xi. **Angeli mali** mendaces sunt et mendacia proferunt et si aliquando vera
dicunt seu vera falsis inmiscent Ideo audiri non debent propter quod salvator in laudes eorum
renuit et ipsos tacere fecit licet ipsi tunc veritatem dicerent Luc. iiii^o. **Angeli mali**
virtute divina circumventi quam ipsi nunc eam potuisse cognoscentes Unde salvator in octo de-
moniacos liberavit .i. in c. de miraculis dei hic eodem ope. c. xliiii. Paulus in hac virtu-
te mantem puellam quam spiritus phitonicus possidebat Act. xvi. Eciam deinde in no-
mine domini et pauli volebant demonia eicere demoniacus in eos insilivit et confudit Act. xix^o.

Capitulum terdecimum De anime immortalitate

Anime immortalitatem probat exemplum virorum decedencium lectorum amicorum
confessorum credencium mortuorum surgencium laborum permanencium beatorum assurgencium.
Anime eciam immortalitas probatur per exempla personarum defunctorum que in alia vita vivere
leguntur Ideo dicitur de Abraham appositus est ad populum suum ex quo probatur quod in alia vita
habet populum scilicet eos qui in hac vita bene vixerunt sic et ipse vixit et sic dicitur de Ysaac et
Jacob Gen. xxv^o. 35^a et 49° Appares dominus moysi dixit Ego sum deus Abraham Ysaac et
Jacob Exo. iii. Per quod probat salvator resurrectionem mortuorum dicens Non est deus mortuorum sed
vivorum Mt. xxii. Dominus reddidit duplicia Job omnium que possidebat et tamen non habuit nisi vii
filios et tres filias sicut prius ut dicit Gregorius in moralibus hii fuerant mortui vivere apparebat
Job xlii. Et frequenter legimus in libris Regum dormivit cum patribus suis Ex quibus videtur plura
eorum vivere post mortem et esse resurrecturos sicut apparet de dormientibus Cant. ce. vii.
defunctorum damnatorum collectum tam boni quam mali in alio seculo dicentes Nos
insensati vitam eorum estimavimus insaniam et Ecce quomodo computati sunt inter filios dei Sapie. v.
Anime immortalitatem probant loca eciam animabus specialiter deputata scilicet infernus et regnum
paradisi Ideo cum Jacob crederet Joseph mortuum esse dixit Descendam ad filium meum in
dolore ad inferos Gen. xxxvii^a Fratres Joseph dixerunt Nos fratres sumus quos unus pater genuit qui
adhuc vivit ille quem mortuum estimabant Alius minimus cum patre nostro est alius non
est super terram Gen. xlii. De Chore et complicibus eius dicitur Descenderunt vivi ad infernos
Nu. xvi^o. et per hoc ostendit quod male in secundo vivat secundum animas inmortales Nu. xvi^o.
Cum Absalon interiisset David lacrimabiliter planxit eum ut dicit Aug. in de doctrina christiana
non orbitatem filii doluit sed noverat in quas penas tam impia et parricidalis anima
torqueretur Nam pro alio filio qui innocens erat pro quo egrotante affligebatur moriente
letatus est ii Reg. xii. Thobias dixit filii sanctorum sumus et vitam illam expectamus quam
deus daturus est hiis qui fidem suam non mutant Tho. ii^o. De Nabuzardan dicitur infernus
conturbatus est in adventu tuo Ysa. xiiii. **Anime** immortalitatem ostendit fides credencium
confessorum sapiencium Unde cum Saul non credidisset Samuelem secundum animam vivere non eum
suscitare petiisset i Reg. xxviii. Hanc fidem tenens dicebat Thobias precipe in pace recipi spiritum

meum. Thobie iii°. Fidelis Eleazar suadentibus sibi edit manus dei nec viuus nec defunctus effugiam. ii Machab. vi. Ex viuit fidelis in statu credencium colligitur animas viuere post hanc vitam. ii Machab. vii. **Anime** immortalitatem probat resuscitacio mortuorum veteris testamenti et noui. Primo Helyas resuscitauit puerum hospite sue. Sed non redijt anima pueri huius in corpus eius quae nisi vixisset non potuisset in corpus intrare. iii Reg. xvii. Item Heliseus non suscitasset filium Sunamitis nisi anima eius viuisset. iiii Reg. iiii. Tercio suscitauit Christus adolescentem defunctum cum ad se vocaret vocans surge imperauit. Luc. vii. Puellam mortuam dormientem appellat quam tamquam de sompno excitauit suscitatam. Mar. v. Lazarum quatriduanum tamquam viuum vocauit Lazare veni foras. Joh. xi. **Anime** immortalitatem probat testimonium veritatis que mentiri non potest scilicet illud Christi dicentis discipulis: Nolite timere eos qui occidunt corpus animam autem non possunt occidere. Mat. x. Item per verba eius resurrectionem probantibus Mat. xxii. Mar. xii. Item parabola eius de Lazaro et diuite ostendit animas viuere post vitam hanc. Luc. xvi. Consilium quod est facite vobis amicos de mamona iniquitatis vt cum defeceritis recipiant vos. Ergo anima post hanc vitam eterna thabernacula possidebit. Luc. xvi°. **Anime immortalitatem** probat sanctorum testimonia qui fuerunt a spiritu sancto dati. Primo Salomon ait Reuertatur puluis ad terram suam et spiritus ad deum qui dedit illum. Eccl. xii. Stephanus cum lapidabatur dicebat Domine Jhesu Christe suscipe spiritum meum. Act. vii. Paulus ait Si terrestris domus nostra corrumpitur habemus domum non manufactam in celis. ii Cor. v. Item Cupio dissolui et esse cum Christo quod multo melius esset. Quod si anima non viueret [illegible]. Ad Philippenses primo.

Capitulum quintumdecimum De apparicionibus factis a deo

Apparuit deus aliquando nescientibus instruendo, delinquentibus corrigendo, se quentibus promittendo, confligentibus defendendo, non credentibus asserendo, pacientibus reficiendo, diligentibus comperiendo. Apparuit aliquando deus vt instrueret nescientes et amoneret eos. Sic ante peccatum apparuit et locutus est ad Adam instruens et amonens vt de ligno vetito manducaret. Gen. ii. Apparuit et Noe et instruxit vt faceret archam et modum et ordinacionem demonstrauit. Gen. vi. Apparuit Abraham et de liberacione ducatu et terra et cognacione [illegible]. Gen. xii°. Apparuit multociens ipsum de liberacione [illegible] et instruxit de [illegible] ipsi instruendo. Exo. iii°. Apparuit et eidem et ipsum instruxit de missione. Gen. i. Sic fecit Josue cum multociens apparuit instruendo eum. Apparuit et spiritus sanctus in linguis igneis vt discipulos ardentes instrueret predicare. Act. ii. Apparuit dominus et Petro orans et eum de gentibus instruxit. Act. x. Apparuit et Paulo et eum amonuit vt sic in [illegible] predicaret sicut predicaret et Rome. Act. xxiii°. **Apparuit aliquando deus** ad corrigendum delinquentes. Sic post peccatum apparuit dominus Ade et Eue et serpenti penas et malediccionis infligens pro peccato. Gen. iii°. Sic apparuit Cayn post homicidium eum redarguens de [illegible]. Gen. iiii°. Post sompnum apparuit Abimelech de [illegible] quam tulisset. Gen. xx. Apparuit Salomoni vt eum duce de [illegible] sceleribus increparet. iii Reg. xi°. Cum appropinquaret Saulus Damasco vt caperet christianos apparuit ei dominus in luce de celo prostrauit cecauit redarguit et correxit eum. Act. ix°. **Apparuit aliquando** promittendo [illegible] querentibus et sequentibus se. Sic apparuit Abraham dicens [illegible] [illegible]. Apparuit dominus et Salomoni dicens postula quid vis et dabo tibi [illegible] tuo dabo terram hanc. Gen. xii. Apparuit dominus et Salomoni dicens postula quod vis et dabo tibi. Cum peteret sapienciam a domino et quod peciit impetrauit. iii Reg. iii°. **Apparuit quandoque dominus** ad defendendum. Sic multociens apparuit Jacob qui fratris iracundiam fugiebat et eum defensurum promisit. Gen. xxviii. Quando David debebat committere bellum se consulebat dominum qui se apparebat et iudicabat ei promittendo auxilium et iuuando. i Reg. xxiii et xxviii°. **Apparuit** dominus aliquando ad testificandum veritatem vt increduli crederent. Sic super Christum baptizatum columba visa est et paterna vox audita est: Hic est filius meus dilectus. Mat. iii°. In transfiguracione vt discipuli crederent apparuit

Et [illegible]

operibus suis in nube et per vocem testificans xpm filium dei esse act. ja. Apparuit aliquan-
dus ad consolandum afflictos Sic apparuit in resurrectione ... mostrando mirabiles visiones Gen xxviij
Sic xpus post suam resurrectionem apparuit marie magdalene primo afflicte deinde petro deinde duobus
discipulis euntibus postea aliis congregatis act. i. luc. joh. ult. Stephano in sua passione ostendit
celos apertos et ei apparuit xpm stantem a dextris virtutis dei ad eius consolationem ostendit Actuum vij°
Apparuit aliquando dominus ad temptandum et ad probandum Sic apparuit abrahe temptans eum ut
tolleret filium et super unum montium offeret illum in holocaustum Gen xxij Apparitiones et revelationes
angelorum quere supra capitulo secundo

Capitulum quindecimum de aspectu incauto

Aspectus incautus est peccatorum transgressus lascivorum intensius Aspe-
ctus incautus est causa transgressionis peccatorum Nam prima mulier quia incaute po-
mum aspexit transgressa est preceptum domini cum vicium letalis incurrendo Gen iij° Cum Cham
verenda patris incaute inspexit transgressus honorem patris preceptum incurrit desolationis vicium et in-
currit maledictionis defectum Gen ix° Timuit Abraham ne ex tanto aspectu homicidium
sequeretur ideo dixit Sare uxori sue cum viderint te Egipcii occident me et te reservabunt Gen
xij Dyna volens respicere incaute mulieres regionis illius fuit violata a Sychem unde
multa homicidia sunt secuta Gen xxxiiij Herodes qui saltatricem aspexit incaute promisit
et nequiter implevit mat. xiiij mar. vi Aspectus incautus accendit et fovet lasci-
vie luxuriam et maxime aspectus pulcritudinis mulierum Nam videntes filii dei filias
hominum eo quod essent pulcre uxores quas elegerant acceperunt Gen vi similiter xxxviij Judas quia
Thamar aspexit in bivio exarsit in libidinem et cum ea nuru sua peccavit Gen xxxviij
Vidit david lavantem mulierem se et cum ea adulterium peccavit ij Reg xj Holofernes videns
judith pulcram et ornatam ab eius pulcritudine fuit captus Judith x° Videbant duo senes
susannam quotidie in pomerio ambulantem et in eius concupiscentiam exarserunt Daniel xiij° 12

Capitulum sedecimum de astucia et calliditate

Astuti sunt demoniorum imitatores fratrum deceptores amicorum simula-
tores subditorum oppressores iniuriorum ... et delictorum zelatores Astuti
sunt imitatores dyaboli Cum in primis ... fuit astucie et calliditatis et hoc in presenti qui
erat callidior cunctis animantibus terre qui primam mulierem sua seduxit astucia et callide non est
aggressus virum in quo maior prudencia residebat Gen iij° Cum sathan coram deo viri Sathan
et sanctitati job non potuit derogare eum callide decipere voluit omnia auferendo et inimicos
simul venire faciendo ut multiplicato dolore causas per impaciencia frangeret Job i. Astuti sunt
deceptores fratrum suorum et aliorum personarum se novas vias et subtilitates inveniunt ad deci-
piendum Sic laban multociens voluit jacob deludere sicut in uxore sicut in mercede et se astucia
ab eo querendo Gen xxix et xxx filii jacob voluerunt astute patrem decipere mittentes ei tunicam intinctam
in sanguine ut crederet filium a bestia devoratum Gen xxxvij Gabaonite novas astucias
dentes sive esse deum Mathei ii°. Viso miraculo de claudo per Petrum et Johannem sanato
factus est numerus credencium quinque milia Actuum iiii°. Paulus et Cornelius modo ...
viso miraculo est conversus Actuum ix°. Proconsul credidit videns Elymam magum per
Paulum miraculose excecatum Actuum xiii. Fidei ascribitur victoria ipsa est enim que
triumphat de hostibus iuxta illud Gedeon ac Sampson Iepte David Samuel et prophete
per fidem vicerunt regna Hebre xi. Johannes ait Hec est victoria que vincit mundum fides nostra
i Johannis v. Cum magna fide dixit Jonathas armigero suo non est deo difficile salvare
vel in multis vel in paucis qui postea victoriam reportavit i Reg xiiii. Magne fidei dixit
in multis vel in paucis quia non est apud te ulla distancia utrum in paucis auxilieris an in pluribus
Verbum Asa domine non est apud te ulla distancia utrum in paucis auxilieris an in pluribus
et bellans victor extitit ii Paralip xiiii. Simile dixit Judas Machabeus sociis suis timentibus
et extitit triumphator i Machabeorum iii°. Fides facit homines securos in omni periculo et
aufert omnem timorem. Ideo dixit Josaphat exercitui suo Credite in domino deo et securi eritis
ii Paralip xx. Esdras veniens in Iherusalem per periculosam viam noluit petere adiutorem seu con-
ductum a rege sed cum fide magna ad deum cum ieiunijs et oracionibus se direxit. Cum fide magna

deus noster pugnabit pro nobis et nos sicut fecimus opera Neemie iiii° Cum magna securitate dixe-
runt regi tres pueri deus potest nos eripere de manu tua Dan iii° Ex habundancia fidei et ma-
gna securitate congressus est Juda contra illos vii fratres qui paciebantur pro legibus conservandis ii Machab vii
Fides operatur miracula sine fidem habentes miracula operantur et recipiunt per fidem vel
dixit Christus si habueritis tantum fidem quantum granum synapis dicetis huic monti vade etc. Mittens
Christus discipulos ad predicandum in alia dixit eis signa eos qui crediderint hec sequentur in nomine
meo demonia eicient linguis loquentur novis etc. ~~Mittens etiam discipulos ad predicandum in alia~~
dixit Mr ult' Miracula recipit fidem habentes Ideo dominus propter fidem centurionis famulum sanat Matth
viii° Miraculum ergo vale Christianis fides ipsa si tanto paralitico valuit aliena quia peccatorum
sanitatem recepit Luc v Mulier chananea magnam propter fidem habuit sanitatem filie impetravit
Mt xv° Credens pater filii lunatici dixit Credo domine adiuva incredulitatem meam Paulus
videns quendam qui numquam ambulaverat habentem fidem sanavit eum Act xiiii Fides sal-
vat sive facit homines salvari Ideo mulier sanguinis fluxum paciens ait intra se si tetigero tan-
tum fimbriam vestimenti eius salva ero Et dixit ei Christus confide filia fides tua te salvam fecit
Mt ix° Magna fuit fides Magdalene propter quam Christus dixit ei fides tua te salvam fecit va-
de in pace Luc vii Custos carceris in quo erat Paulus et Silas videns terre motum et carceres
apertos dixit quid me oportet facere ut salvus fiam Dixerunt crede in Christum et salvus eris Act
xvi Fides instruit et instruere debent predicatores verbi dei populum audientem et ad ea
inducere non credentes Nam predicante Petro in penthecosten tria milia hominum crediderunt Act
ii° Multi samaritani crediderunt in predicatione Philippi Act viii° Multi cipri et cirenei
loquebantur ad grecos et multi conversi sunt ad fidem Actuum xi° Fidem non habentes vel
habentes modicam debent puniri et reprehendi Ideo Zacharias fidem verbis angeli non adhibuit
et ab angelo taciturnitate punitus Luc i Comminatur illos dominus de patria sua propter carentiam fidei
subtrahendo miracula et virtutes non ostendit Mt xiii° Reprehendit Salvator Petrum modice fidei
quare dubitasti Mt xiiii° Thomam eciam non credentem arguit dominus Noli esse incredulus sed fidelis Joh xx°

De magna fide mulierum xl septimum

Fides mulierum magna est — Femina more virorum sic extollitur / verbis sanctorum sic absconditur / Eo credendum corda premoneat — Fides sanctarum mulierum in sacra
scriptura extollitur et laudatur Nam
commendat apostolus fidem Raab que
non periit cum incredulis suscipiens nuncios Josue exploratorum in pace Hebr xi° Josue
ii° Commendatur Ruth de fide que dixit populus tuus populus meus Ruth i° Redarguitur Za-
charias de incredulitate ab angelo Sed Elizabeth commendatur de fide qua fideliter credidit
Luc i° Commendatur virgo Maria ab Elizabeth quia credidit angelo nuncianti Luc i De re-
surreccione domini multos viros legimus dubitasse sed de mulieribus nullam Sed apparuit
primo Marie Magdalene et illa credens et currens apostolis fideliter nunciavit Mt xxviii°
Mr xvi Fidem habent mulieres sancte credendo verbis sanctorum virorum et eis fidem plenariam
adhibendo Sic vidua Sareptana verbis Helie fidem adhibuit licet ille rem difficilem
postulasset iii Reg xvii° Alia mulier vidua debitis obligata verbis Helizei adhi-
buit plenariam fidem vasa mutuo accepit et oleum multiplicatum accepit iiii Reg iiii° Sic
eciam Lidia purpuraria a Paulo instructa et baptizata cum omni familia sua fuit Act xvi
Fides confesse sunt mulieres sancte ut videlicet ore confiterentur Nam corde creditur ad iusticiam
ore autem confessio fit ad salutem Ro x Quidam creatorem et septem ... confitebatur illa mulier
que vii filios ad moriendum pro dei legibus animavit ii Machab vii° Anna prophetissa confite-
batur dominum et loquebatur de ipso omnibus audientibus Luc ii° Mulier Samaritana fidem
confessa est de Christo quia Messias venit qui dicitur Christus Joh iiii° Confessio fidei Marthe sororis fuit

confessionem fidei petri, qui dixit Tu es christus filius dei vivi. Phi ij° de fide mulieris sanguino-fluae cananee et magdalene et earum confessione quere supra.

De fidelitate servanda homini Capitulum xl octavum

Fideles debent esse homines { Obediencia vera prestando / Benivolencia se diligendo / In presidencia bene regendo / Plenum fida in consulendo / Et conventa pacta tenendo }

Fideles debent esse servi dominis suis et iniuncta sibi imposita perimplere. Sic Eleazar servus Abrahe fideliter egit sibi commissum a domino quando iuit pro Rebecca uxore eius Gen. xxiiij°. Jacob fideliter servivit Laban pascendo fideliter et sollicite greges eius Gen. xxxi. Erga dominum suum Joseph fideliter se habuit quando uxorem eius vigentem tangere recusavit Gen. xxxix. Noluit David percutere dominum suum persequentem eum ad mortem post eum j. Reg. xxiiij. Armiger Saul fideliter licet indiscrete se habuit qui noluit vivere post mortem eius j Reg. xxxi. Viri Jabes fideliter se habuerunt quod dominum suum licet malum honorifice sepellierunt j Reg. xxxi. Urias fideliter noluit esse in deliciis quamdiu Joab cum capitaneis in castris morarentur licet esset a David ut requiesceret stimulatus ij Reg. xj. Joab fuit duci suo valde fidelis qui non capiendo civitatem non sibi sed suo domino desideravit ascribi ij Reg. xij. Tres viri nobilissimi viriliter defendunt dominum suum assistentes et aquam de cisterna de Bethleem cum magno periculo portaverunt j Paralip. xj.

Fidelitatem debent viri se servare amici et in tribulationibus alterutrum se iuvare. Sic Jonathas indicavit David fideliter patrem suum et ipsum quantum potuit consolavit j Reg. xx°. Dixit David Abimelech amico suo Non timeas et ne paveas quia qui querit animam meam querit animam tuam mecumque servaberis j Reg. xxij. Cum fugeret David Absolon dixit Ethai: Vivit dominus in quocumque loco fueris domine sive in vita sive in morte ibi ero servus tuus et ubi plus tua et plus mea ij Paralip. xiij.

Fideles debent esse prelati subditis suis et eos more boni pastoris et non mercenarii defensare. Iterum fideliter egit Joiada pontifex cum Joas filio parvo licet ille male recognovit postea et ingratus iiij Reg. xij, Paralip. xx. Onias pontifex fideliter laboravit custodire deposita viduarum et pupillorum quod Simon voluit per Heliodorum templo domini fraudare spoliari ij Machab. iij.

Fideles debent esse homines in consiliis et fidele dare consilium indigentibus. Sic Joseph fideliter se habuit erga Pharaonem in consilio quod ei dedit per quod famem totius provincie reparavit Gen. xli. Viri David dederunt ei fidele consilium dicentes Tu unus pro x milibus computaris ij Reg. xviij. Alia est vice fideliter consulunt David ne exeat ad prelium ne lucerna Israel extinguatur ij Reg. xxi. Discreti et fidele consilium dederunt Paulo quidam de Asia ne sederet in theatro Act. xix.

Fidelitas servanda est in promissis ut quod homo ex pacto vel liberaliter promittit studeat fideliter observare. Sic et Raab fideliter se habuit cum exploratoribus quos salvare promisit fidem tenuit Josue ij. Josue est fideliter se habuit erga Raab salvando eam Josue vj. Contra Gabaonithe se fideliter fecerunt sicut Josue et populus eius facta pacta eis fideliter servavit contra hostes eos fideliter et viriliter defendendo Josue x°.

postea

De filiis erudiendis Capitulum xl nonum

Filii erudiendi sunt a parentibus { Cum reverencia deum timere / Summa diligencia mala cavere / Cum complacencia mores habere }

Filii erudiendi sunt sermone et exemplo ad diligendum et timendum deum, qui si non faciunt, pereunt mala morte. Nam quia filius mulieris Israelite de viro egipcio fuerat male instructus, sicut plures tales sepius filii mali sunt quia male a puericia instruuntur, blasphemavit deum qui postea fuit a populo de precepto domini lapidatus Levitici xxiiij. Precepit dominus filiis Israel ut docerent filios suos magna que fecerat eis ut ipsi deum magnificarent et honorarent Deutero. iiij. Sollicitus erat Job de filiis suis ne forte deum offenderent offerens pro eis domino sacrificium ad

placand(um) p(rov)erb(iorum) xxx(?) vij filio(rum) filios inmabilit(er) instruxit p(er) (ver)b(a) que dei ca(n)t(a)t(?) ij machab(eorum) vij
Filij instruendi s(un)t et reprehendendi et corrigendi de viciis que co(m)mittunt. Sic iacob
increpauit filiu(m) suu(m) ioseph reuelante(m) sompnia de ambicione et sup(er)bia q(ua) videbat(ur)
p(at)re(m) et m(at)rem et fr(atr)es dei(?) Gen(esis) xxxvij arguebat iacob filios suos de negligencia q(uam) ubi
fuit negligit(?) re(?) Gen(esis) xlij Contra(?) hely male corripuit filios. Ide(o) et ip(s)e cu(m) eis sunt puniti
1 Reg(um) viij Contumax filius et p(ro)teruus qui p(ro)pt(er) p(at)ris monita no(n) dimittit p(ecca)ta p(re)cipit(ur) a
duo lapidari Deut(eronomii) xxj Adonias quia no(n) fuit correctus a p(at)re cu(m) p(ro) sup(er)bia(m) volebat re-
gnare fuit a Salomone occisus iij Reg(um) xij **Filij instruendi** sunt et docendi bonos mo-
res et op(er)ari virtutes Sic dauid app(ro)pinquans ad morte(m) instruxit filiu(m) suu(m) Salomonem
de regimine bono qu(i)a regnare debebat p(ost) eum 1 Paralip(omenon) xxviij Omni t(em)p(o)re op(or)tet docere p(at)re(m)
filiu(m) b(e)n(e) age(re) Nam thobias docuit filiu(m) ab infancia Thob(ie) 1° p(re)cia docuit eu(m) i(n) iuuentute
Thob(ie) iiij° et p(ost)modu(m) in morte Thob(ie) xiiij° Parentes multu(m) tenentur instruere filios cu(m) nupti(i)s
eos tradunt ut b(e)n(e) se moribus h(ab)eant Sic parentes Sare monuerunt eam honorare socros di-
ligere maritu(m) gubernare domu(m) regere familiam et se p(re)stare irreprehensibile(m) Thob(ie) 1° Contra parentes
Susanne cum essent iusti b(e)n(e) induxerunt ea(m) i(dc)o noluit adulterio co(n)sentire Dan(ielis) xiij°
Mathathias instruxit filios viriliter age(re) dans eis bonu(m) co(n)siliu(m) fi(l)ij eo(rum) i(n) duce(m) et aliu(m) co(n)sultore(m)

De fortitudine bona et strenuitate cap(itulum) M(?) f(?) 1 Machab(eorum) ij

Fortes et strenui d(ebe)nt e(ss)e
- Con(tra) potentes ad superandum
- p(ro) pace vincentes ad ascendendu(m)
- p(ro) veritate agentes ad affligendu(m)
- bella regentes ad agendu(m)
- p(er)uenientes ad adimplendu(m)
- p(er)uenientes(?) ad resistendu(m)
- et pacientes ad sustinendum

Fortes debent esse et strenui vi(ri) potentes ad subueniendu(m) et ad iuuandu(m) in periculis et pl(ur)ib(us) succumbentes Talis fuit fortitudo Abrahe qui audiens captu(m) e(ss)e Loth fr(atr)em suu(m) et debellatis q(ui)n(que) regibus reduxit Loth cu(m) b(o)n(is) s(ui)s et(c)
Gen(esis) xiiij° Saul viriliter et vitualit(er) et potenter succurrit viris iabes obsessis a Naas et
liberauit eos 1 Reg(um) xj Placa(?) strenue regnu(m) de manu Athalie arripuit p(ro)tectores Joas
paruulo electo p(ro) eum a regno Et ipsa(m) in regem regni q(uo)d illa abstulerat co(n)uauit iiij
Reg(um) xj[12] et ij Paralip(omenon) xxiij[23] Fortem strenuu(m) et audace(m) reddit hominem puritas co(n)sciencie
ad dicendu(m) et agendu(m) secure Sic iacob no(n) timens ad p(ro)gressio dixit ad Laban q(ua) obulpa(?)
mea et(c) Gen(esis) xxxj[33] p(ro)pt(er) puritatem iacob cu(m) femine eminuit lucta(tu)s cu(m) angelo dixit
angelus ei si contra deum fortis fuisti q(ua)nto magis contra homines p(re)ualebis Gen(esis) xxxij
p(ro)pt(er) puritatem ~~iacob~~ Moyses purus et innocens viriliter et audacter stetit cora(m) pharaone
redarguens eum Exo(di) v Judith quia puram et bona(m) intenc(i)o(n)em habebat co(n)tra Holofernem
magnam fortitudinem demonstrauit Judith x(i) et xiij **Fortes s(un)t viri** bellatores viri
et strenui p(re)liantes maxime in(?) s(an)c(t)o bellum Sic phinees cu(m) xij milibus pugna-
torum madianitas multi(tu)dine debellauit et p(ro) homines et mulieres occidit xxx
milia virginu(m) duxit captiuas n(on) aliquis de suis mortuus est in bello Num(eri) Caleph dixit
q(uod) ita fortis erat ad bellandum in octuagesimo anno sicut fuerat in xl Josue xiiij Num(eri) 31
Gedeon in tribus viris max(ime) (con)fortatus fuit Dixerat eni(m) angelus ei Dominus tecum
virorum fortissime Et p(ost) hoc in hac fortitudine liberat(us) est Sed qui(a) vir(tu)s formidolosus
dissipat ceteros Ideo dixit Gedeon exercitu(i) suo qui formidolosus est reuertatur Judicum vi[6] Judith(?)
vij Sampson multa fortia co(n)tra philisteos in pluribus locis et plures occidit Judicum
xv et xvj Dauid fortit(er) strauit leonem et vrsum in heremo et Goliam philisteum
in bello 1 Reg(um) xvij **Fortit(er)** hij de p(ar)te p(re)liati sunt xij pueri ex p(ar)te Dauid
cu(m) xij ex p(ar)te Isbosech ij Reg(um) ij Viriliter p(er)cussit duos reges et Jesu Ozie et
p(ro)phetas Baal iiij Reg(um) ix et x Fortem reddunt co(n)fortatores pusillanimu(m) et dura
exercitatio Ideo Caleph et Josue viriliter (con)fortauit ceteros Assecuturos(?) et

possideamus et Num. xiij et lx Moyses dixit ad Josue Confortare et esto robustus tu intro-
duces populum etc. Deut. 31. Ingens Josue ad bellum astabat in fronte contra et confortabat
alios sequentes Josue viij. Capitis quoque regibus dixit Josue principibus ponite colla vestra
super colla eorum et nolite timere Josue x. Zoroth precepit confortavit populum dicens Sequimini me
tradidit dominus inimicos nostros nobis Judith iiij. Judas Machabeus hortabatur milites suos
et animabat eos ad bellum j Mach. 3 et 8. Fortis et audax debet esse vir bella-
tor ad promerendum Nam secundum cultum maximus est premium qui premium magnum cum la-
bore augetur qui potest dare primos ictus Sic ivit David ad castra Saulis cum uno milite
et abstulit scyphum et lanceam eius j Reg. xxvj. Jonathas cum solo armigero ivit in
philisteos et percussit filiis Israel victoriam habuit j Reg. xiiij. Tres milites David for-
tissimi irruerunt in castra philistinorum et diruerunt eos ij Reg. xxiij. Judas Machabeus
viriliter sustinuit et ivit in hostes suos j Mach. v. Eleazarus audacter ivit in kolosum elephate
et occidit eum licet ipse sit mortuus j Mach. vj. Machabeus et socii more leonum irru-
erunt in hostes et inimicorum suorum multitudinem occiderunt ij Mach. xvij. Fortis est
inexpugnabilis qui strenue et viriliter resistit licet aliquid promittat Ideo filii Israel armati
recesserunt de terra Egypti ut se ab insequentibus tuerentur Exod. xiij. Filii Israel una manu
construebant et in alia tenebant gladium ut resisterent inimicis Neemie x. Audientes filii
Israel potenciam Holofernis viriliter paraverunt se ad resistendum ei Judith iiij. Magna forti-
tudinem habuit Matathias ad resistendum hostibus iniquorum j Mach. ij. Fortitudo perfectis-
sima est tollerans adversitatem Unde plinius de iiij° fetheo quod fortitudo est considerata periculorum
susceptio et laborum perpessio. Hec fortitudo apud deum et homines laudabilis est. Tres
socii Danielis audacter et fortiter tollerabant fornacem dicentes Regi Deus potest nos eripere
de camino Daniel iij°. Fortiter sustinuit Job multa pericula rerum ablationem filiorum
occisionem et proprii corporis lesionem Job j. Eleazarus et illi vij fratres cum matre eorum penas
viriliter sustinuerunt ~~lapides et sic de aliis~~ ij Mach. vij. Stephanus fortitudine plenus
viriliter sustinuit lapides Et sic de aliis multis dici potest Actuum septimo

De fortitudine mulierum Capitulum .l. primum

Fortes sunt aliquando mulieres — Ad virorum liberationem; Adversariorum tollerantiam; Ad amoris demonstrationem —
Fortes sunt mulieres inventae in periculis ad salvandum viros et se aliquando periculis exponentes Nam Debbora
se sua fortitudine populum liberavit quia Barach noluit contra hostes ire nisi ipsa consulente
nisi ipsa cum eo pergeret ad bellandum Judith iiij°. Viriliter salvavit Abigail vi-
rum suum a morte et dissipatione bonorum j Reg. xxv. Magno periculo exposuit se
Hester ut populum a lata sententia liberaret Hest. vj. Judith fuit in magno periculo ut Holo-
fernem occideret et populum liberaret obsessum Fortes eciam inventae sunt mulieres ad susti-
nendum adversa Ideo dixit Judith j°. Booz ad Ruth que erat vidua de terra sua
egressa sciat omnis populus mulierem te esse virtutis Ruth iij°. Graviter infirmitatem tulit Sara
filia Raguelis fortiter ut anathema impetravit inde(?) Thob. iij°. Mater vij filiorum
valde fuit fortis sustinendo tormenta duplicia in filiis et in se ij Mach. vij. In
passione filii Maria fuit fortissima quia stabat iuxta crucem gladius pertransivit eius
animam secundum vaticinium Symeonis Luc. ij Johannis xix. Fortem facit mulierem
amor inflammans ita ut calefacto igne amoris ~~sicut leonibus qui rapiunt~~
filios nil pertimeat quod occurrat Unde inveniuntur mulieres que amore filiorum
successisse leonibus qui rapiebant filios earum esse leguntur Sic magna fuit fortitudo
et audacia Marie Magdalene que amore et successa in passione affuit videns ar-
matos et crudelissimos nec expavit Tercio ad sepulcrum venit vallatum custo-
dibus recedentibus discipulis non recedebat Audax esse videbat demonstrando amorem

domine si tu sustulisti eum dicito michi Johannis 20

De fortitudine malorum Capitulum LII

Fortes sunt homines mali { ad defendendum innocenciam / inferendum violenciam / postponendum reverenciam }

Fortes sunt mali ad nocendum innocentibus et ut eis amplius noceant se multis periculis exponentes, perquemodum sive pessimo invadunt sicut fuit Caym qui insurrexit in fratrem innocentem et occidit eum, sed ipse postea similiter est occisus Gen iiii. Abimelech multum laboravit occidendo fratres suos lxx sed ipse etiam periit mala morte Judicum ix. Multis laboribus et periculis se exposuit Saul persequendo David, sed tamen sua nequicia non profecit i Regum xviii. Absolon volens patrem expellere a regno non nocentem sed subditorem sibi multos labores assumpsit periculis se multis exposuit et tandem male finivit ii Regum xvii et xviii. Multum laboravit Herodes volens Christum innocentem occidere et ob hoc occidit pueros innocentes Mathei ii. Plures quam xl iudei venerunt se non quesituros donec occiderent Paulum Actuum xxiii. **Fortes sunt mali** ad movendas contendendas contenciones et bella se et suos multis laboribus exponendo. Sic multum laboraverunt illi quatuor reges qui per magnam stragem hominum debellaverunt regem Sodomorum et Loth in captivitatem duxerunt Gen xiiii. Terras multas deambulavit et devastavit Holofernes multa bella preliando et tamen una mulier decapitavit cum omnem exercitum suum malum Judith per totum. De hac materia require plura in hoc codice capitulo c. lxxx et xxix et xii. **Fortes sunt mali** homines volendo se contra deum erigere contra divina munera. Ideo Jeroboam multum laboravit ut posset avertere populum a domo David et a cultura dei iii Regum xii. Anthiochus multum laborem sustinuit ut cultum dei destrueret in Iudea et tandem de pompa sua confusus in aliena terra est miserabiliter defunctus ii Machabeorum ix. Non solum prudentes sed etiam prudentiores et sapientiores sunt filii huius seculi filiis lucis. Nam aliis discipulis dormientibus Judas traditor proditorem Christi sollicite vigilavit Mathei xxvi. Principes sacerdotum multa sollicitudine fatigati ut nomen Christi possent extinguere nam custodes sepulcri corrumpebant pecunia ut corpus Christi dicerent esse sublatum Mathei xxviii. Discipulos vero idem principes mandaverunt ut in nomine Jhesu aliquid loquerentur Actuum iiii.

De Graciis reddendis Deo Capitulum L tercium

Gracie sunt reddende deo { pro gratuitorum receptione / gratifica peccatorum expiacione / amicifica uxorum delectacione / magnifica filiorum adeptione / celsifica infirmorum sanacione / deifica ciborum sumptione pacifica }

Gracie reddende sunt deo pro individuali multitudine beneficiorum que a deo recepimus. Ideo Jacob per multa beneficia que a deo habundanter receperat ditatus et plenus liberis et omnibus bonis deo agebat gracias dicens domine minor sum cunctis miseracionibus tuis Gen xxxii. Audiens David factam sibi graciam et multa beneficia sibi promissa gracias humiliter egit ii Regum vii. Daniel pro multis beneficiis que a deo receperat benedixit deum dicens sit nomen domini benedictum Danielis ii. Paulus apostolus pro beneficiis sibi impensis et collatis et fidelibus et omnes homines ad agendas gracias agebat deo [illegible] gracias inducebat dicens Sine intermissione orate in omnibus gracias agite Romanorum i Ephesiorum v i Thessalonicensium v.

Gracie sunt reddende deo singulariter pro ereptione et liberacione periculorum et tribulacionum. Ideo voluit dominus ut liberacionis filiorum Israel de servitute pharaonis nunquam recederet ab eorum memoria dicens Erit quasi signum in manu tua Exodi xiii. Postquam filii Israel liberati transito mari rubro gracias egerunt dicentes Cantemus domino gloriose Exodi xv. Tres pueri benedicebant deum in fornace de ignis medio liberati Danielis iii. Scripsere iudei et plures cum [illegible] de magnis a deo liberati magnifice gracias agunt Machabeorum.

Gracie reddende sunt deo pro impetracione seu recepcione filiorum honorum dicit lauda[illegible]

Anna dum pp̄ria quā recepit ablata sterilitatis obprobrio i Reg i pro Salomone dixit benedictus dominus qui dedit David filium sapientissimum iii Reg v pro concepcione filii dei in se beata virgo laudat dominum
Magnificat anima mea dominum luc i Gracie referende sunt deo pro sanitate recepta de in-
firmitatibus corporis in se vel in aliis Sic cum thobias recuperasset visum ipse et uxor eius et noti eius
glorificaverunt dominum Thob. xi Turbe videntes paraliticum curatum a domino glorificabant deum qui dedit
potestatem talem hominibus mat ix pro vita et sanitate adolescentis accepit omnes timor et glorifica-
bant omnes deum luc vii unus de x leprosis curatus a domino reversus est ad magna voce glorificans
deum luc xvii claudus sanatus a petro surrexit ambulans et exiliens et laudans deum
act iii Gracie reddende sunt deo pro victualibus que deus gerdit homini ad sustenta-
cionem vitam corporalem pascit Sic religiosi faciunt exemplo xpi et apostolorum et nos debemus cum
sumpcioni tibi facere sit quia ipse est qui paret escam nobis et omni carni manum sua aperiens
et implens omne animal benedictione Sic fecit xpus cum multiplicacione panum quum voluit turbam
pascere in deserto quia suspexit in celum gratias agens mat xiiii post cenam est laudare deum
et gratias referre debemus ei qui nos saciavit et pavit et escam timentibus se dedit Exemplo xpi
et apostolorum qui post cenam dicitur ympno gratias reddiderunt cum exierunt in montem oliveti mat
xxvi pro spacio spiritualis et angelica tibi facere Exemplo et consecracione et comunione magne deo
agende sunt gracie Exemplo xpi qui accepit panem gratias agens mat xxvi

De Gratitudine hominibus servanda Capitulum l iiii

Gratus debet esse homo
- liberantibus virtuose
- laborantibus operose
- dona dantibus copiose
- declarantibus serose
- amicantibus graciose

Gratus debet esse homo ei qui eum de aliquo periculo liberavit vel in aqua tribulacione iuvit Sic gratus fuit abrahe rex Sodomorum quia liberaverat eum et populum suum de preda quorum regum offerens ei omnia spolia sed ille sic liberalis no-
luit accipere Gen xiiii Quia moyses liberavit filias Jethro de manu pastorum Jethro sic
ei gratus recipiendo eum in domum et dando ei filiam in uxorem Gen ii Josue bene remunerat
Raab quia liberaverat exploratores spoliatores suos ab hostibus Josue vi Cum Gedeon liberasset populum
Gratus dixit ei populus tu nos domine et esto princeps noster Judic viii Thobias gratus fuit
Raphaeli quem putabat hominem qui liberaverat patrem a cecitate uxorem a demonio et ipsum
a devoracione piscis offerens ei multa Thob. xii Naaman liberatus a lepra multa munera
obtulit Eliseo licet ipse omnia renuisset iiii Reg v Gratus debet esse homo laborantibus
ei et fatigantibus se in eius servicio sibi ut deus retribuendo Deo Abraham ablata a rege
Sodomorum licet pro se tamquam liberalis respuerit voluit tamen ut socii partem prede reciperent
qui secum fuerant fatigati Gen xiiii Dixit laban ad Jacob Numquid frater meus es gratis
servies michi quid volo esse ingratus Deo dabo tibi mercedem Gen xxix Benedixit et David
viros Jabes qui laboraverunt ii Reg ii Helyas assumptus in paradisum ad sepelie-
ndum Saul bene remunerat helizeum qui serviebat ei iiii Reg ii Gratus debet esse homo
illis quibus se obligatur donec retribuerit eis Deo laban videns pocula que servus
abrahe dederat Rebecce sorori sue dixit ei ingredere benedicte domini cur foris stas et
paravit ei hospicium Gen xxiiii Quia regina Saba multa dona donaverat Salomoni
retribuit ei Salomon sic gratus iii Reg iiii Helyas post bona recepta a vidua Sarep-
tana filium eius mortuum suscitavit iii Reg xvii Helizeus bene remunerat mulierem Sunamitem
apud quam invenerat hospitale impetrando ei filium et suscitando defunctum iiii Reg iiii Ple-
ne recognoscebat pauca collata sibi Rufina dicens hic angelum dei recepisti me Gall iii
Gratus debet esse homo instruentibus et consulentibus ei Quia aut consolatoribus patribus
et doctoribus non possumus equalencia reddere vel esse nimis grati Sic pharao multum
fuit gratus Joseph qui eius visionem interpretatus docuit et consuluit in agendis Gen xli

Josue vi

Nabucho[dono]r et Baltazar grati fuit daniel p[ro]p[ter] eruditio[n]e[m] Dan. vj. **Grati debe[n]t e[ss]e ho**
minib[us] et eor[um] he[re]dibus ideo quia tenentur fuit amico et bn[ficium] se fecit ad filios ip[s]i[us] p[ro]p[ter]
e[u]m quesceit amicu[m] sua[m] queret amicu[m] mea[m] j. Reg. xx. Dixit david ad abimelech cui[us] pat[er] mortuus erat p[ro]p[ter] eo Mane mecu[m]
amicia et gratia patris sui ij. Reg. x. Rexcebit david misit seth g[ra]tiam
De Gula et ebrietate cap[itul]u[m] l. v.

Gule vicium sol[et]
Adducere temptaco[n]em dem[onis]
Inducere pollucio[n]em mentis
Inducere teracio[n]em morib[us]
Seducere subu[er]sio[n]em clerici
Abducere religione[m] / ueci[um]
Producere occasione[m]

Gule viciu[m] in temptacio[n]e d[omi]na s[ed] p[ri]mo obtinet locu[m] Nam quia comedere et bibere sunt de nec[essita]te n[atu]re d[iabo]l[u]s ibi laqueu[m] temptaco[n]is abscondit sibi esse uatz audit Sic eni[m] p[ri]mo de gule vicio p[ri]mu[m]
homine[m] in paradiso tempta[vi]t Gen. iij. P[ri]ma temptacio filiorum ip[s]i[us] fuit de potu et cibo Exo. xvj.
et 16 volens d[iabo]l[u]s salua[torem] temptari p[ri]mo de gula qua[m] de alio p[e]cc[at]o temptare eu[m] p[re]sumpsit
Mat. iiij. **Gule vicium** nutrit et nutrit luxuria[m] Nam s[ecundu]m g[re]gor[ium] ventris et genitalia sunt p[ro]pinqua ideo ventre meo estuante deforis spumat in libidinem hinc e[st] q[uod]
loth qui bonus fuit in Sodomis inebriatus ad p[ro]prias filias p[er]uenit et duplex ice-
stum commisit Gen. xix. In huius signu[m] dictu[m] est q[uod] sp[iritu]s inmu[n]d[u]s i[d est] temptacio inmunda luxurie
habitabat in gulosis hominib[us] iuxta p[re]ter Sepulcra patres e[t] gustant core et peacunt
demones intoie in porcos i[d est] temptaciones luxurie in gulosos Luc. viij. **Gule vi-
cium** homine[m] infatuat et dementat ita ut sepius et quid agere debeat no[n] cognoscat Nam
Noe quia erat vir p[er]f[ectu]s inebriatus sic dementatus est ut p[ro]posita omni verecundia denu-
datus iaceret Gen. ix. Esau stultus et demens factus est qui p[ro]pter lentis edulium vendidit
p[ri]mogenita sua sibi Gen. xxv. In questione triu[m] sapientu[m] de fortitudine dixit vnus vinum
p[re]ualet omnibus qui bibit illud p[re]ualet s[ed] in mutando de sapiente in stultu[m] Esdre 3.
p[ro]pter ysayas dicit Vestierunt p[re] ebrietate absorpti sunt a vino ysa. xxviij. **Gule viciu[m]**
deordinat homine[m] in ludis in cibis et in op[er]ib[us] malis ideo q[uia] sedit p[o]p[u]l[u]s manducare
et bibere et surrexerunt ludere et vitulum adorare Exo. xxxij. In epulis fuit ho[m]i[n]es loquaces
res et inordinati auditores ideo sumente et epulas et pocula maledicebat Abime-
lech Iudic. ix. De inordinato p[o]p[u]lo dicit Comederunt et saturati sunt et impinguati et
prouocauerunt te ad iracundia[m] s[ed] p[ro]pter inordinacio[n]em eor[um] Isa. ix. De inordinacione gu-
le s[e]c[un]d[u]m ysa. dicit Vocauit deus ad fletu[m] et ad planctu[m] et ecce gaudium et leticia occidere
vitulos iugulare arietes comedere carnes et bibere vinum Comedamus et bibamus cras
eni[m] moriemur ysa. xxviij. p[ro]pter inordinacio[n]es filiorum quas fecerant in epul[is] Job offerebat cot-
tidie holocausta Job j. p[ro]pter inordinata v[er]ba dicta in epulis diues epulo cruciaba[tur]
in lingua Luc. xvj. **Gule viciu[m]** et si detestabile est in omnib[us] gentib[us] in
clericis in religiosis magis est detestandu[m] ideo dixit deus ad Aaron vinum et omne q[uo]d
inebriare p[ot]est no[n] bibetis tu et filij tui qu[an]do intrabitis thabernaculum Leuit. x. De gule vicio
arguuntur filij hely sacerdotis qui in thabernaculo seruiebant quia nolebant accipere carnes
coctas s[ed] crudas ut sibi eas lacius p[re]pararent j. Reg. ij. Johannes bapt[ist]a qui fuit p[ri]mus
colens s[e]c[un]d[u]m religiosorum inchoans vitam bibebat aqua[m] et obgeiu[m] erat locuste et
mel silvestre Mat. iij. Religiosi et clerici qui sunt circa diuina officia vigilare si gule
deseruiat attendat ad ap[osto]los dei quor[um] ocli p[ro]pter cena[m] sic erant grauati a sompno ut
no[n] possint vna hora vigilare cu[m] deo Mat. xxvj. **Gule viciu[m]** multoci[e]ns
est occasio mortis Nam sub capitulo Sisara[m] ...apulum p[ro]pter crapula[m] perierunt hinc est
q[uod] philistei epulentib[us] et letantib[us] domu[m] cecidit sup[er] eos Iudic. xvj. Amon fuit
ab absolone in conuiuio occisus frondulet ij. Reg. xiij. Comedit Jonathas modic[um]
mellis contra preceptu[m] patris et fuit adiudicatus ad morte[m] j. Reg. xiiij. Benadab rex Sirie

temulentus fuit propinatis ad mortem fugatus iiii Reg. xvi. Propter ebrietatem holofernes judith
opportunitatem habuit occidendi eum Judith xiii. Filiis job vescentibus et bibentibus vinum domus
cecidit super eos Job i. Rursus est Aman a convivio letus et statim fuit cum x filiis crucifixus
Hester v. Item ptholomeus convivio Symonem sacerdotem et cum ibidem cum duobus filiis interfecit i Machab. xvi.
In convivio natalis herodis fuit prophetes baptista impie decollatus Mathei xiiii. Marci vi

De homicidiis Quinquagesimum sextum Capitulum

Homicidia committuntur
- Abundancium iniquitate
- Defendencium nobilitate
- Cupiencium sublimitate
- Lascivientium carnalitate
- Despiciencium potestate
- Exercentium sub equitate
- Ex delinquencium peccati pessimitate

Homicidium aliquis perpetrat ex invidia quia
cum homo videt illum cui invidet prosperari
invidet et ne amplius prosperetur. Sic Cayn
fratrem suum abel solum ex invidia
interfecit Gen. iiii. Tanta erat invidia
Saulis ad occidendum David quod cum
ipsum non valens occidere occidit Abimelech
quia confortaverat eum et occidit etiam illos sacerdotes cum mulieribus et parvulis eorundem
i Reg. xxii. Judei occiderunt salvatorem solum propter invidiam. Sciebat enim pylatus quod per invi-
diam etc. Mathei xxvii. **Homicidium aliquis** facit propter defensionem. Occidit enim aliquis ali-
quem aliquando propter defensionem suam vel alterius. Sic Moyses occidit egyptium calumpniantem
fratrem hebreum ut defenderet fratrem suum Exo. ii. Aliquis homo occidit aliquem pro defensione
populi vel gentis sue. Sic David occidit Goliam pro defensione populi israel cui ille plurimum
insultabat i Reg. xvii. Occidit Abner Asael persequentem eum ad occidendum licet volentem
a persecutione desistere ii Reg. ii. **Homicidia aliqui** faciunt propter superbiam et ambicionem
dominii. Sic Abimelech occidit lxx fratres suos ut ipse solus dominium obtineret Judic.
ix. Zambri occidit Zalam dominum suum ut regnaret pro eo iii Reg. xvi. Athalia tanta
libidine dominandi exarsit quod omne semen regium interfecit iiii Reg. xi. Sellum conjuravit
contra zachariam dominum suum et interfecit eum ut regnaret pro eo iiii Reg. xv. Ptholomeus occidere
fecit Allexandrum regem ut regnum quod desiderabat obtineret i Machab. xi. **Homicidia
multa** exercent proditores et proditorie. Sic Joab misso nuncio ut Abner veniret pacifice
loqueretur cum eo percussit eum in inguine et occidit ii Reg. iii. Idem Joab veniens
ad David cum Amasa salutans eum quasi osculum desiderans percussit eum proditorie et occidit ii Reg. xx.
Tryphon Jonatham et duos filios eius cum recepisset pro deliberacione ipsius centum
talenta argenti a Symone fratre suo occidit i Machab. xiii. Ptholo-
meus ... Symonem sacerdotem et duobus filiis eius quod eos libere desiderans in
quo convivio eos proditorie interfecit i Machab. xvi. **Homicidia fiunt aliquando
iuste**. Cum occiduntur homines convicti coram congruentibus culpis. Nam quia Zebee
et Salmana fratres Gedeonis occiderant ab eo iuste et racionabiliter occisi sunt. Nam omnis
qui acceperit gladium gladio peribit Mathei xxvi. Judic. viii. ii Reg. i. Quia Joab duos
viros proditorie occidit scilicet Abner et Amasa ipsum interfici Salomon mandavit occidi
iii Reg. ii. Duo senes pessimi qui Susannam condempnaverunt morte iuste fuerunt a
populo lapidati Dan. xiii. Anania et Saphira duo mentientes deo et petro subito abie-
runt Act. v. **Homicidium valde deo** displicet quia anima vivit et ipsum clamat
legitur punivisse. Nam homicidium Cayn punivit ante et ... erat adhuc
prohibitio lege scripta Gen. iiii. Ut ostenderet deus quod ipse homicidium abhorreret et homicidium
abhorrere debere sub figure velamine carnem cum sanguine prohibuit manducare. Levit.
Homicidia in anima debent reputari occisi. Ideo rebecca timens ne Esau occideret Jacob
dicebat Cur utroque orbabor filio una die unum scilicet in corpore reliquum in anima
Gen. xxvii. Tantum offendit deum effundendo iniquum sanguinem quod non david quia ipse effuderat

sed Salomon etiam fabricat iii Reg. vii Secunda propheta fecit zachariam iniuste occidi conuenit fuit
punita quia dira passione occisa non est tradita terre sepulture ii paralipomenon xxiiii **Luxuria**
est sepe propter luxuriam propter quam tamen in sacra scriptura que in gestis antiquorum multi
leguntur occisi nam propter luxuriam Sychen defloratus dinam ipse cum patre et populo est occisus
Gen xxxiiii Ozasion vxoris leuite incredibili vocata libidine occisa est magna multitudo
iudicum xx Dauid ut liberius vacaret libidini fecit vriam sibi fidelem occidi ii Reg xi Am-
mon propter luxuriam quam commisit in Thamar ab Absolone infra conuiuium occisus est ii Reg
xiii Adonias quia vxorem patris petiit in vxorem fuit a Salomone fratre suo interfectus iii Reg ii

De honore parentum Capitulum l septimum

Honorare debemus parentes
- Cis loquendo cum reuerencia
- Cis parendo cum obediencia
- Curam gerendo in diligencia
- Non sustinendo ipsos reddendo
- Fructum querendo de complacencia
- Deum timendo de negligencia

Honorare debemus primo patrem et matrem eis reuerenciam exhibendo scilicet reuerenter loquendo et verbis omnibus de eis honorabilia referendo. Sic Salomon honorauit Bersabee matrem suam, quia surrexit de solio
in eius aduentum et fecit solium poni matri sue iuxta se iii Reg ii. Thobias inter alia
que dedit filio documenta dixit honorem habebis matri tue Thob. iiii. Expelleret Christus
de templo dixit vendentes nolite facere domum patris mei &c. Ioh. ii. volens Christus ostendere
quod patrem in minimis et omnibus honoraret per eiectorem demoniorum dixit Ego honorifico patrem
meum Ioh. viii. Christus omnia opera que faciebat patri attribuebat ostendens quo patri honorare
debemus Ioh. x. **Honorare debemus secundo** parentes eorum preceptis et in omnibus obsequendo.
Quia non obedientes preceptis eorum malam mortem subierunt. Ideo filii Heli quia non obedie-
runt ei ut a malis desisterent animam suam amiserunt i Reg. iiii. Ionathas quia non
obediuit preceptis patris sui contra eius mandata modicum mellis comedit sine morte fuit ad-
iudicatus i Reg. xiiii. Puer Christus descendit in Nazareth cum parentibus et erat subditus illis
Luc. ii. Obedire debent filii parentibus secundum voluntatem eorum dato quod verbis non exprimant. Ideo Christus
sciens quod erat de voluntate matris ut pauperibus imponeret adhibere aquam mutauit in vinum
licet mater eius non diceret vinum non habent Ioh. ii. **Honorare debemus parentes**
de rebus in vita et in morte curam habendo in necessitatibus subueniendo. Ideo Dauid in magna
necessitate constitutus curam de parentibus habuit et ipsa Regi Moab diligentiam commendauit i Reg. xxii.
Thobias senior dixit filio suo Cum acceperit deus animam meam corpus meum sepeli et
honorem habebis matri tue Thob. iiii. Pendens Christus in cruce matrem suam dilecto suo commen-
dauit. Ex quo apparet quantam sollicitudinem de ipsa gerebat in vita qui de ea in tali articulo
cogitabat Ioh. xix. **Honorare debemus parentes** eos in nullo contristando. Licet eos
aliquando possimus contristare. Sicut Esau licet esset malus et fratrem suum vellet occidere non tamen
vincere patrem voluit hoc facere ne contristaret eum unde dicebat Venient dies luctus patris mei et
interficiam fratrem meum Gen. xxvii. Timens Iudas contristare patrem ad magnam
penam se obligauit cum dixit ad Beniamin Si non reduxero eum tibi ero peccati reus coram te
omni tempore Gen. xliii. Videns Ioseph quod Iudas cum tanta tristicia accepit verba eius quod non affi-
ceret verba Ruben dicens Duos filios meos interfice si non reduxero eum tibi Gen. xlii. xx
Iudas cum supplicaret Beniamin ait non possum redire ad patrem meum absente puero
ne calamitatis patris mei causa existam Gen. xliiii. **Honorare debemus parentes**
propter fructum consequendum. Nam alicui alii precepto dei non adiecit premium fructibus nisi
soli precepto de honore parentum dicens Honora patrem tuum et matrem tuam ut sis longeuus super
terram et qui maledixerit patri uel matri morte moriatur Exo. xx. Secunda Sem et Iaphet
patrem denudatum honorauerunt accipientes cum eius benedictionem tempore merue[runt]

Gen xi Rubinus prius magne reputacionis erat quam jacob et Esau, postea fuida tibi contendebant
Gen xxvii Cham quia patrem non honoravit sed derisit paciuit maledictionem vidit Gen ix
Jacob dixit ad Ruben non crescas quia ondisti cubile patris tui et dehonorasti et dehonestasti
eum Gen xlix **Honorare debemus** parentes ut dicitur in diccione fugiamus et vbi vnq
qua eos parentes non honorantibus in prius granavit precepit eum dominus per moysen d. Si genuit
quis filium contumacem et lapidibus obruet eum populus deutro xxi Reddidit dominus ma-
lum in amalech quod fecit cum patre suo Judic ix Absolon pessime persequtus est patrem, ideo
fuit morte pessima interfectus 2 Reg xv et xviii duo filii Senacherib occiderunt eum
sed neuter eorum regnum habuit quod debebant hereditem possidere iiii Regum xix

De humilitate Capitulum quinquagesimum octavum.

Humiliari debemus
- In peticione divinorum
- In familiaritate divorum
- In gubernacione subditorum
- In visione inferiorum
- In religione electorum
- In exaltacione priorum
- In reputacione minorum
- In dispensacione laudatorum
- In sumpcione exemplorum

Humiliari debemus deo in oracione pete-
do loquendo humiliter ei et ergo mittens et
et humiliter fruendo Sic Abraham deo
humiliatus loquebatur d. loquar ad dominum
meum cum sim pulvis et cinis Gen
xviii Gedeon humiliter locutus est angelo
misso a deo dicens familia mea est
minima Judic vi David Nathan venit ad Da-
vid ex parte dei David humiliter se habuit
ad eum ii Reg vii destructe domus David populus locutus est domino humiliter se accusando d.
ego sum qui peccavi ii Reg iiii Magna humilitas fuit in magis qui procidentes a-
doraverunt dominum puerum iacentem Mat ii **Humiliari debet homo** dominis temporalibus et
eis diligenter servire et reverenciam exhibere ideo dixit angelus ad Agar Revertere ad dominam tuam
et humiliare sub manibus eius Gen xvi Multum se humiliavit David domino suo Saul
quem debuit sicut generum eius i Reg xxiiii Similiter quando Saul persequebatur eum humiliat
se dicens persequeris pulicem unum et canem mortuum i Reg xxvi Amphiloseth nunc
accusatus a servo et iniuste exheredatus a domino humiliter loquebatur ii Reg xix **Humiles
debent esse prelati** Non se ambiciose prelacionibus ingerendo sicut nunc subdunt humiliter
recusando ideo Moyses sicut quinques excusavit antequam ducatum populi vellet recipere sed
ad ultimum deo volente et iubente suscepit Exodi 18 Non debent prelati ex superbia negocia
ex suo capite facere sed humiliter consilium querere subditorum Jetro consulenti sibi salubriter non de-
dignatus est suo capite facere sed humiliter consilium querere subditorum Non debet esse prelati totum velle sibi superbe sed alii humiliter prestare Nam
precepit Exo xviii Non debet esse prelati totum velle sibi superbe sed alii humiliter presentare Nam ductor
licet Moyses populi ducatum habuit a domino Rogavit tamen Obab ut secum veniret et doctor populi
esset Num x Multum debent homines humiliter recipere placacionibus ut in Gedeone qui licet electus
esset Judic viii Non debet velle prelati salutaciones in foro
in dominum noluit tamen in populo dominari Non debet velle prelati salutaciones in foro
et hominum genuflexiones ante se sustinere et ut deus adorari Nam Petrus non adoravit a Cor-
nelio ait Surge et ego homo sum sicut tu Act x Sic Ecclesie fecerunt Paulus et Barnabas
Act xiiii **Humilis debet esse homo** in videndo omnia non sapiens superbiam apostolus
Rom xii Sic fecit Jacob loquens de Esau humi-
lio servus fecit nam et servo dominus suscitat fidelem Nam et Jacob loquens de Esau hu-
milis videbat Ideo compescuit iram eius Gen xxxiii Roboam humiliter et benigne vidisset
nequaquam x tribus populi perdidisset iii Reg xii preceptum quinquagenaria non est consumpta
ab igne quia humiliter loquebatur iiii Reg i Mulier Chananea humiliter vidit
vasa Christi que apostoli videbant assimilans se catello de micis mense domini impetravit sanitatem
filie impetravit Mat xv Sciens quod a domino verum diligeret eum plus aliis vidit
Petrus humiliter Domine tu omnia scis quia amo te Non dixit plus aliis sicut semper dixit Amo
Johannis xxi **Humiles debent esse** religiosi precibus fratribus exemplo priorum

Obab

religiosorum veteris novi et veteris testamenti, Helye scilicet et Johannis baptiste. Primo namque debent
de se humiliter non superbe sentire et se viles et humiles reputare, sicut Johannes qui dicebat non
sum dignus corrigiam calciamenti eius solvere Joh. i°. Secundo debent de se humiliter loqui sicut Johannes
dicebat Ego vox clamantis in deserto Joh. i. Tercio debent vestibus non pomposis sed humiliter
indui, quia qui mollibus induuntur in domibus regum sunt. In cuius signum Johannes erat indutus
tunica de pilis camelorum Mat. iii°. De Helya similiter dicitur quod erat precinctus zona pellicea circa
lumbos iiii Reg. i. Quarto debent humiliter et non laute pasci. Nec inveniuntur in deserto
cum filii Israel dixerunt utinam mortui essemus in terra Egypti, in qua sedebamus super ollas
carnium Exo. xvi. Sed fuit contentus victu tenui cum Johannes cuius cibus erat locuste et mel
silvestre Mat. iii°. Helye etiam in huius signum angelus solum aquam et panem subcinericium
ministravit iii Reg. xix°. Quinto humiliter debent querere victum. Nec cum superbia exhibere
mendicare, quia Helyas famulus dei a vidua Sareptana buccellam panis humiliter postu-
lavit iii Reg. xvii. Sexto debent humiliter habitare non in altis domibus et excelsis palaciis
sed in locis solitariis et desertis. Ideo dicitur quod Johannes habitavit in deserto Luc. i. **Humi-**
liantes se a domino exaltantur iuxta salvatoris sententiam dicentis: Qui se humiliat exaltabitur.
In cuius signum Saul ita humilis erat quod diceret cum armis super regnum Israel fuit a domino exaltatus
i Reg. x. Veniens Heliseus ad Jordanem primo percussit aquas in pallio dicens et non est aqua
divisa, sed superbe agebat, sed quando nomen Helye per modum invocavit humiliter sic exaltatus
est quod spiritum Helye habuit dupliciter. Propheta fuit et miracula michi iiii Reg. ii. Deserti 2
filii Israel per Holofernem humiliaverunt se et sunt per victoriam exaltati Judith x°. Petro dicenti 8
humiliter Christo Exi a me domine quia homo peccator sum, huic et Christus officium apostolatus primi-
sit Luc. v. Optimam regulam humilitatis et eius exaltacionis audit salvator dicentis: Cum vocatus
fueris ad nuptias recumbe in novissimo loco Luc. xiiii°. **Humiliari se debet**
homo quantumcumque sit magnus. Prima nota superatur capitis. Quanto maior es humilia
te in omnibus. Unde est quod Hester regina abhominabatur signum superbie Hest. xiiii. David
licet iam unctus esset in regem tamen victualia fratribus humiliter deferebat i Reg. xvii.
Propheta magnus Jeremias cum esset vocatus propheta dicebat humiliter Nescio loqui Jeremie i.
Joseph iustus et castus reputans se indignum coniugio virginis voluit eam occulte di-
mittere Mat. i. Johannes ad quem sitientes credentes Christus dicebat Non sum dignus corri-
giam Joh. i. Beata Maria tam venerabiliter salutata et mater dei pronunciata ait Ecce
ancilla domini Luc. i. **Humilis debet esse homo.** Quod aqua bona facit
ut nullum velit inde ventis vane glorie vel ab omnibus laudari. Nam Christus publi-
ca sua miracula prohibebat dici ut patet in lepre mundato Mat. viii°. et de duobus ce-
cis liberatis Mat. ix. et de surdo et muto sanato Mar. vii. et de sua transfiguracione Mat. xvii.
Ad fugiendum iactanciam et vanam gloriam de bonis que agimus et humiliter ...
multum valet exemplum de pharyseo superbo et humili publicano in templo orantibus
Luc. xviii. Petrus loquens humiliter miraculum de claudo sanato sibi attribuere noluit sed
illud attribuit domino Jhesu Christo Act. iii°. **Humilitas hominis** meretur indulgenciam
peccatorum. Nam Achab nequissimus audiens penam sibi debitam per prophetam humiliatus
est et eius penam dominus transtulit iii Reg. xxi. Roboam et eius principes humiliati sunt
et dominus mitigavit sententiam per prophetam ii Paralip. xii. Ezechias humiliatus est ideo non venit
ira dei in diebus illius ii Paralip. xxxii. Nabuchodonosor humiliatus recognovit statum suum
et ideo ad pristinum statum est deductus Dan. iiii°. Quia vero Ninivite humiliati sunt
non est civitas eorum subversa Jone iii. Maria Magdalene que non ad caput sed ad pedes
Christi accessit humiliter peccatorum suorum veniam impetravit Luc. vii. **Humilitatis**
exemplum habemus a Christo in triplici statu scilicet nativitatis vite et mortis. In
nativitate enim fuit humilis quia nasci voluit in pauperi civitate et humili scilicet Nazareth

Unde dixit Nathanael A Nazareth potest aliquid boni esse Joh. i. Tercio quia de humili matre
nata, unde ipsa respexit humilitatem ancille sue Luc. i. Quarto quia in humili loco reclinatus
quia in presepio Luce ii°. De humilitate Christi vite nunc dicitur quia de hac plura exempla
apparuit in humilitate eius maxime quando lavit pedes discipulorum Joh. xiii. De morte autem et
redemptione quod fuit humillima. Caruit enim omnibus que superbi querunt scilicet affluencia terrene
leticia prosperitate, sapientia mundanorum, fama prelatorum, victoria inimicorum, turba famulorum et nobi-
litate amicorum. Econtra Christus sustinuit septem valde humillima que sunt contraria, quia in
passione fuit vestitu spoliatus, in cruce vulneratus, iniustus reputatus, pluries diffa-
matus, corporaliter victus, a discipulis relictus, et ab hiis qui amici esse debebant crucifixus.
Hoc patet Mathei xxvi Marci xv Luce xxii Johannis xix.

De iactancia et gloriacione capitulum l nonum

Iactatores conveniunt
- Alios despiciendo detrahendo
- pompis se ipsos extollendo
- demum se ab aliis obloquendo
- in factis deficiendo a dicendo

Iactatores aliorum facta et personas despiciunt et seipsos extollunt. Sic Galaad dicebat Quis est Abimelech et quis est Sichem
ut serviamus ei. Utinam daret aliquis populum istum sub manu mea q. d. Ego magis
facerem Judic. ix. Grandia verba dixit Rapsaces princeps regis Assiriorum ad regem Ezechiam
extollens suum dominum et seipsum, iiii Reg. xviii. Contra despicientes ipsos et alios iacta-
tores proposuit Christus parabolam de publicano se accusante et phariseo se extollente et alium
despiciente Luc. xviii. Despiciebant pharisei cecum illuminatum et se extollentes dicebant
In peccatis natus es et doces nos Joh. ix. Arrogans dixit Pilatus Christo Nescis quia potestatem
habeo crucifigere te Joh. xix. **Iactatores** ex superbia pompatica magna loquuntur
ex humilitate ipsius ea de quibus iactari potest tacet. Sic Sampson qui inermis interfecit leonem
probitatem suam parentibus noluit indicare Judic. xiiii°. Contrarium est iactatoris se de futuris.
Nam Adonias elevabatur dicens Ego regnabo et tamen non regnavit, iii Reg. i. Benadab
rex Syrie pompose locutus est regi Israel per nuncios, sed bene responsum est ei iii Reg. xx. A-
man superbus pompose se iactavit quod solus ad reginam prandebat qui fuit per modicum
a Loth dedit ei optionem ut eligeret partem quam vellet Gen xiii Constituit David et pre-
ceptum est pro lege quod equa esset porcio euntium ad bellum et remancium ad sarcinas
i Reg xxx **Iusticia exigit** ut qui indiget alieno non furetur nec violenter accipiat
sed convenienti precio emat Sic David gratis noluit accipere aream Ornan Iebusei sed eam iusto
precio emit i Reg xxiiii Audiens Thobias edum balantem dixit videte ne edus
furtivus sit sed reddite eum dominis suis quia non licet nobis aliquid de furto comedere
Thob ii **Iusticia exigit** ut malis retribuatur eadem mensura etiam in pena qua
et ipsi aliis retribuerunt Et ideo iustum est ut non pereat iustus cum impiis ut Abraham
dixit Gen xviii Adonibezech iuste amputate sunt manus suorum sed ipse ampu-
taverat lxx regibus Iudic i Agag qui sine liberis fecit mulieres remansit sine liberis mater
eius i Reg xv Aman suspensus est in eodem patibulo quod ipse paravit Mardocheo Hest
vii Hostes Iudeorum in die eadem occisi sunt quo ipsi Iudeos occidere decreverunt Hest viii
Viri qui fecerant Danielem mitti in lacum leonum missi sunt in eundem et devorati Dan
viii Duo senes qui voluerunt iniuste Susannam occidere iuste sunt a populo interfecti Dan xiii
In eodem loco in quo occiderat Andronicum Oniam fecit ipsum Antiochus occidi Mach
iiii Iason qui multos insepultos interfectos abiecerat illamentatus et insepultus
abiectus est Mach v Antiochus blasphemus et homicida pessimo vite interiit ii
Mach ix Ymo regnum qui voluit (…) dimittere recepit dominus debitum ita dimisit

De iustis latentibus inter peccatores Ca lxxiii

Mt xviii

Iusti inter peccatores inveniuntur
- Caste viventes cum luxuriantibus
- Fide servientes cum ydolatrantibus
- Et innocentes cum malignantibus
- Viri clementes cum mercenariis

Iusti inventi sunt inter luxuriosos ca-
ste et honeste vive-
tes quod magnum est

nam quia omnis caro corruperat viam suam dixit dominus ad Noe te vidi iustum coram
me Gen vi et vii Loth castus et clemens inter habitavit in medio Sodomorum Gen xix
Ioseph in Egipto castitatem fidelis dixit vitam cum muliere lasciva Gen xxxix Su-
sanna iuvencula fuit in Babilone castissima ubi senes inventi sunt impudici
Dan xiii **Iusti inventi sunt** fideles et dei cultores inter infideles et ydolatras
Sic in terra Madian infidelium paganorum exemit dominus Moysi fidelis cum oves pa-
sceret in deserto Exo iii Mardocheus adorantibus Aman et divinos honores impendere
recusavit Hest iii Ezechiel dixit deus in medio incredulorum et subversorum tecum sunt et cum
scorpionibus habitas Ezech ii Daniel et socii eius habitant inter ydolatras Caldeos
adoratores dominum deum suum Dan iii Mathathias et filii eius cum paucis tempore Antio-
chi inventi sunt fideles i Macha i et ii De fide centurionis dixit Christus non inveni
tantam fidem in Israel Mt viii Nicodemus inter Iudeos incredulos venit ad Ihesum no-
cte et credens dixit scimus quia a deo venisti Ioh iii **Iusti inventi sunt** inno-
centes in medio impiorum Sic Samuel cum pessimis filiis Heli nutritus bonus
et innocens permansit usque ad finem vite i Reg ii Thobias de tribu Neptalim sub
regno Salmanasar inter pessimos innocentiam servavit Tob i Iob de terra Hus et gentilis
natus innocens dicebat frater fui draconum et socius scorpionum Iob xxx **Iusti in-
venti sunt** pii et misericordes inter crudeles Iohannas inter populum pessimum et peccatores
innocentiam servavit et iusticiam Ex iii Sic Iudeos qui Christum crucifixerunt Nicodemus

portauit aromatha Joh. 20 Alijs pecatibus crudelis ut xpm crucifigerent joseph pije
petijt corpus ut sepeliret Mat. xxv. Cornelius erat in Cezarea cum omni domo sua
erat crudeles religiosi et timens deum et faciens elemosinam Actuum 10

De lacrimis sive fletu Capitulum lxxvj

Et lacrimatur et plorat homines

pro dolorum demostracione
pro gaudiorum ostensione
pro cupitorum expectacione
pro priorum auscultacione
afflictorum compassione
peccatorum contricione
flagellorum supportacione
amicorum seperacione
petitorum in oracione
gratiosorum indignacione

Et lacrimatur et plorat homines aliquid ex tristicia et dolore de morte carorum et propinquorum Sic flevit Agar volens videre filium morientem Gen. xxj venit Abraham ut plangeret Saram uxorem suam defunctam Gen. xxiij planxit David super mortem Saul et Ionathe et aliorum occisorum
in bello ij Reg. j flevit david pro morte Absolon filij sui licet eum sibi contrarium pro sentiret
ij Reg. xviij In morte Mathathie et Jude Machabei et Jonathe factus est fletus j Mach.
ij et ij et ix occisis pueris per Herodem impletum est illud vox in rama audita
est ploratus et ululatus Mat. ij **Lacrimas fundunt** et plangunt homines
pro gaudio quod habent de aliquo adventu Sic elevata voce flevit Jacob recognita
Rachel consobrinam suam Gen. xxix Esau videns fratrem suum quem diu non viderat lac.
Gen. xxxiij Commota viscera Joseph super fratre suo Benjamin
mas non potuit continere Gen. xliij Joseph ut recognosceret a fratribus elevavit vocem
et lacrime erumpere Gen. xlv In reditu de Babilone videntes edificacionem templi
cum fletu dicens Ego sum Joseph Gen. xlv In reditu de babilone videntes edificacionem
vocem letancium flencium videbant Esdre 3 legente Esdra verba legis omnis populus
flevit Neemie viij Raguel recognoscens Thobiam cum lacrimis de sola
dio et devocione ploravit Thobie vij Thobie redempti occurrerunt parentes et amplexatus est eum Sitis et Gabelus Tho. viij Thobie redempti
pro gaudio ploravit Tho. xiij **Lacrimatur et flevit** aliquid homines pro desiderio
rei quam habere desiderant Sic flevit Esau pro benediccione patris quam desiderabat percipere
obtinere Gen. xxvij vulgus promiscuum quod descenderat de Egipto pro carnium desiderio
flevit Num. xj vociferans omnis turba flevit dicens utinam mortui essemus in terra
Egipti ubi sedebamus super ollas carnium et comedebamus panem in saturitate hic pro desiderio
carnium precedebat Num. xiij Anna parente Thobia mater eius ipsum videre desiderabat irre-
mediabilibus lacrimis flebat dicens heu fili mi ut quid te misimus peregrinari Tho. iij pro des-
iderio celestis patrie dicebat David Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum ita sunt
mihi lacrime mee ps. Mat. filij lunatici filio salutem desiderans obtinere clamat cum
lacrimis Mar. xj **Lacrimatur homines** et plangunt aliquid audientes pia verba more
ti quadam devocione Sic flevit Joseph fratribus cum rogantibus ut oblivisceretur iniurie
ab eis recepte Gen. 50 Saul audita voce David mitia pie loquentis flevit dimissa
iracundia contra cum audiret pia verba Noemi nurus eius non valentes lacrimas
continere levantes voces suas flere ubertim seu flere ceperunt Ruth j **Lacrimatur
homines** aliquid ex compassione quam habent ad alienas miserias Sic flevit omnis populus
Judea in morte Aaron et Moysen et Cephalum remansisse Exo. iij Deut. ij pacimi
plangebant filij Israel ex compassione super filios Benjamin quos ipsi interfecerunt Judic. xxi
scelus commissum in uxorem Levite Judic. xxi audita obsidione Jabes filij Israel compacientes
levaverunt flentes voces suas j Reg. xj lugebat Samuel Saulem quia deus pe-
nitebat quod constituerat eum regem j Reg. xv Manducat Thobias panem cum lacrimis

sup mortuum quem sepelire volebat Tho iij Compaciens Job afflictis dicebat flebam
sup eum qui afflictus erat Job xxx Jeremias compaciens dicebat Quis dabit capiti meo
aquam et oculis meis fontem lacrimarum et plorabo die ac nocte interfectos populi mei Jere
ix Flebant amici Susanne cum viderent presbiteros adversus eam testimonium prestantes Dan
xiij Contristatus est anthiochus animo propter iniquam mortem Onie et flexus ad misericordiam
lacrimas fudit recordatus recordatus defuncti sobrietatem et modestiam quam habebat Machab
iiij Ex compassione flevit Christus et Magdalena sup lazarum defunctum Joh xi propter magnam
compassionem quam habebat ad Christum maria stabat ad monumentum plorans Joh xx Lacrimantur
et flent homines ex contritione peccatorum suorum Sicut cum angelus increpuit filios Israel de
transgressione et coram peccata que coram deo commiserunt elevaverunt vocem suam et fleverunt
Judic ij Cum audisset Josias rex Juda comminaciones scriptas in libro legis domini propter
peccata scidit vestimenta sua et flevit Et ideo misertus dominus placavit iiij Reg xxij Flevit Esdras
et populus propter commixtionem populi Israel ut gentes eorum exemplo prauentes Esdre x Propter
suum flevit David dicens lavabo per singulas noctes lectum meum ps vi Non solum David de
lacrimis fecit lavacrum propter peccata sua sed cibum et potum Ait enim fuerunt michi lacrime mee panes
etc Et alibi potum dabis nobis in lacrimis in mensura Penitentes panem lacrimarum
etc Hunc lacrime lavacrum panis potus quem fecit sibi Magdalena patronam peccatorum sic flet
Luc vij Hunc lacrime lavacrum panis potus quem fecit sibi Magdalena patronam peccatorum sic flet
cum pedes lacrimis irrigavit Luc vij Petrus patrinam recognoscens recognita culpa sua
egressus foras flevit amare Luc xxij Lacrimas fundunt et plorant homines
audientes quia mala que eos oportet pati in futuro vel vident homines audie
aliquos passuros Sicut videns David cum viris suis Siceleg succensam et captivatos
eos Item aliquos passuros Sicut videns David cum viris suis Siceleg succensam et captivatos
adductos captivos planxerunt ipse et populus j Reg xxx Helizeus videns coram se
Azahel cepit flere propter mala que ipse facturus erat Israel cum esset futurus rex Syrie
Sicut ei propheticus spiritus fuerat demonstratum iiij Reg viij Cum audisset Mardocheus iussa
sic ei propheticus spiritus fuerat demonstratum iiij Reg viij Cum audisset Mardocheus iussa
regis contra Judeos prolatam scidit vestimenta sua cum eiulatu clamans animi sui
amaritudinem ostendebat Hester iiij Videns Isayas destructionem populi sui dicebat
Recedite a me amare flebo Ysa xxij Flevit Susanna suspiciens in celum timens
iniuste mortis sententiam Dan xiij Cum anthiochus fecit eidem homini in Jerusalem
factus est planctus magnus j Machab j Videns Jhesus civitatem flevit sup illam
que a Romanis erat funditus destruenda Luc xix Lacrimant et plorant amici
qui a Romanis erat funditus destruenda Luc xix Lacrimant et plorant amici
ex tenerrime diligunt ex quadam teneritudine cordis cum ab invicem separantur Sicut
David et Jonathas facta amicicia cum ab invicem discederent lacrimas uberes effu
derunt j Reg xx Cum recederet Thobias a parentibus parentes eius amarissime fleverunt Tho v
Lacrimant homines et plorant in oratione ex quadam devocione Sicut filij Israel pu
gnaturi cum filiis Beniamin in oratione coram domino ploraverunt Judic xx Anna fle
vit largiter in oratione filium a domino fieri petitura j Reg j Ezechias flevit fletu ma
gno quod revelavit dominus sententiam mortis eius iiij Reg xx Audiens Jeremias statum mi
serabilis ruine per eius reparatione deum cum lacrimis exoravit Bar j Thobias
cecus auditis impropериis ab uxore deum precaturus visum cum lacrimis postulat
Tho iij Sara audita contumelia ab ancilla oravit deum cum lacrimis ab impro
perio liberari Tho iij Populus de Betulia audiens quod Holofernes ab anthiochus qui
obsidebat eam deum exoravit cum lacrimis ut ab eius tyrannide liberaret Judith vj
Stetit Judith cum lecto Holofernis orans cum lacrimis ut deus sibi perficeret cogitatum
Judith xiij David dicebat orans Exaudi domine orationem meam auribus percipe lacrimas
meas ps Paulus positis genibus suis cum lacrimis hiis quibus loquebatur orat dominum
Magnus autem fletus factus est omnium Act xx Circumdederunt petrum vidue flentes et orantes

p dorcas que illos continue respiciebat viduis ut lacrimat et plorat aliquis
invidi de aliena felicitate quadam amaritudine animi videntes eos quibus invidet
non non possunt Nam propter hoc aman vidit mardocheum tam magnifice honoratum fe-
stinavit lugens et operto capite ingredi domum suam hester vi° &c

De liberalitate misericordia et largitate Ca[m] lxxvi

liberalis largus et misericors debet esse homo
- in largiendo cum benivolentia
- in remunerando dignos reverentia
- in defendendo passos violentia
- subveniendo tenuibus ad decentiam
- distribuendo si est indigentia
- restituendo sine negligentia
- in exhibendo sponsis complacentia
- in relinquendo nos affluentia
- pro acquirendo his coincidentia

liberalis et largus debet esse homo in offerendo et donando sine gravando sua sicut dicitur sit beatius quam recipere. Sic liberalis fuit Rebecca ubi et plus offerens quam servus abrahe petebat Gen xxiiii grata liberalitas tempore
necessitatis sic david gratum habuit quod berzellai et sobi david et comitibus eius victualia
detulit ij Reg xvii obtenta victoria de amalechitis david liberaliter multa dona
detulit senioribus iuda j Reg xxx Largus donator et remunerator est xpistus qui relinquenti-
bus temporalia promittit eterna tribuens centuplum in presenti et vite eterne gloriam in futuro mat
xix Non debet liberalis procrastinare sed cito dare quia bis dat qui cito dat sic fecit
qui non dixit latroni cras sed hodie mecum eris in paradyso luc xxiii liberalis debet
esse homo ad honorandum homines dignos honore et maxime ad suum hospitium venientes sic honoravit moyses ietro venientem ad se Exo xviii° Ero
hospitium venientes sic honoravit bersabee venientem ad se. quod surrexit de solio et
Salomon liberaliter honoravit bersabee venientem ad se quia surrexit de solio et
et solium suum fecit iuxta se et quidquid petere se facturum promisit iij Reg ij Ero
assuerus liberaliter et magnifice honoravit mardocheum quem fecit cum indui vestibus
regijs et poni super equum de sella sua hest vj contra Symon non temperat
honorifice xpistum in domum suam xpistus reprehendit eum pro comparatione ad magdalenam quia
introivi domum tuam aquam pedibus meis non dedisti luc vij liberalis debet esse
homo ad defendendum illos quos videt iniurias pati verbis vel factis Sic li-
beraliter egit moyses filias ietro a pastoribus defendendo Exo ij liberalem exemplum
suscepit xpistus per defensione iudeorum Esdre sacerdos Esdre vij xpistus liberaliter
defendebat publicanos et peccatores sibi appropinquantes a murmuracione scribarum et phari-
seorum luc xv et xix xpistus discipulos suos a detractione phariseorum liberaliter defendebat
mat xij luce vj xpistus magdalenam defendebat a iuda arguente a phariseo murmura-
te et a iuda pro effusione unguenti eam prodigam appellante luc vij mar liberalis
fuit paulus qui servum philemonis fugitivum liberavit a pena scribens pro eo exemplum
liberalitatis ad philemonem liberales debent esse homines ad ecclesias ad sancta
sacrificia et ecclesiasticos servitoribus bona temporalia tribuendo quia spiritualia recipiunt in
sacrificia et ecclesiasticis servitoribus bona temporalia tribuendo quia spiritualia recipiunt in
capti. Sic liberales erant filij israel qui in monte purissima plurima optulerunt ad fa-
ciendum opus thabernaculi Exo xxv Sic liberales filij israel ad edificandum thabernacu-
lum ut artifices compulsi sunt venire ad moysen et dicere plus affert populus quam necesse
sit Exo xxxvi fecit rex david reedificari templum et dari sumptus de archa regis
Esdre vj ad sacrificia Ecclesie debemus esse liberales sic dilecentius prestant sumptus ad
sacrificia ij machab ij in paupere minor reputatur liberalitas ideo duo minuta
pauperculae posita in gazophilacio templi muneribus divitum pretulit luc xix°

Liberalis debet esse homo pauperibus et egenis propter amorem liberaliter elemosinas
largiendo nobilibus autem de paupertate propter verecundiam mendicare nolentibus magis
proprium est esse largum. Sic David recepit Miphiboseth qui fuerat nepos regis ut
in mensa sua comederet semper secum ii Reg. ix. Homines boni viri de Jericho captivos
nudos vestierunt et illos qui ambulare non poterant iumentis liberaliter imposuerunt in-
mentis ii Paralip. xxviii. Job liberalis fuit ad pauperes qui ait Cor vidue consolatus sum et
eram pauperum Job xxix. Liberaliter magi Christo pauperi pannis involuto in presepio stabuli
reclinato apertis thesauris munera obtulerunt Mat. ii. Salvator liberaliter pavit pauperem
turbam cum non haberent quid manducarent Mat. xiiii. Multum erat largus Zacheus qui di-
cebat Dimidium bonorum meorum do pauperibus Luc. xix. Religiosi et prelati qui sunt
pauperes Christi debent esse homines liberales. Sic purpuraria liberalis fuit Paulo predicanti
Act. xvi. Naufragis et in periculis positis et paupertatis Paulo et sociis eius barbari hu-
manitatem maximam prestiterunt Act. xxviii. **Liberales debent esse homines**
non auferendo aliena sed restituendo ablata et remittendo que de iure sunt sua. Sic
dixit Moyses regi Edom Licet nobis transire per terram tuam non ibimus per agros nec
per vineas nec bibemus aquam de puteis Num. xx. Rex Cyrus remisit in Ierusalem vasa
aurea que tulerat Nabuchodonosor pater eius Esdre i. Thobias multum fuit liberalis Rapha-
eli quem hominem putabat offerens ei omnia que attulerat Tho. xii. Zacheus in hoc
ostendit magnam liberalitatem qui dicebat Si aliquem defraudavi reddo quadru-
plum Luc. xix. Magna liberalitas apparuit in filio in suo regno cui omnia sunt dimis-
sa Mat. xviii. Liberalis debet esse homo in matrimoniis et desponsationibus et nuptiis tem-
pore dantis quam tempore recipientis uxorem. Talis fuit liberalitas Raguelis qui dedit
Thobie filiam in uxorem dimidium sue substantie pro dotibus dedit ei Tho. x. Rex Asuerus
fecit liberale convivium nuptiis Hester quando eam desponsavit uxorem Hest. ii. Viri etiam
debent esse uxoribus liberales. Ideo dixit Asuerus Hester Si dimidium regni mei pe-
tieris Hest. v. Magnam liberalitatem ostendit Christus in nuptiis quando deficiente vino aquam mu-
tavit in vinum Joh. ii. Valde liberalis fuit ille rex qui fecit nuptias filio suo et mi-
sit servos suos vocare invitatos ad nuptias donec mense discumbentium implerentur
Mat. xxii. **Liberales debent esse** religiosi qui intrant religionem ad dimittendum
vel dandum pauperibus omnia et nihil penitus reservare. Sic cum Christus consulit iu-
veni volenti esse perfectus Vade et vende omnia que habes et da pauperibus et veni
sequere me Mat. xix. Barnabas intrans religionem vendidit agrum et posuit pretium
ad pedes apostolorum Act. iiii. Male successit Ananie et Zaphire prefatam religionem intrantibus
qui partem precii sibi retinuerunt Act. v. **Liberalis debet esse homo** si attendat remunera-
tionis liberalitatem et punitionem aliis pro eorum tenacitate et in preteritis (?). Nam filii
Berzellai a quo David plus receperat de sua familia fecit ii Reg. xix. Regina Sa-
ba multa obtulit Salomoni et Salomon dedit ei omnia que petiit iii Reg. x. Pu-
blius liberaliter recepit Paulum et socios et Paulus uxorem eius egrotam restituit sa-
nitati Act. xxviii. Homines viri Zaphet (?) et Phanuel non fuerunt liberales Gedeoni ab
eo puniti sunt Judic. viii. Nabal propter tenacitatem in maximo fuit periculo
nisi largitas Abigail supplevisset primi Regum vicesimo quinto c.

De locucione stulta mulierum Cam. lxxviii

Locuntur mulieres stulte
- in locutionibus et in ridendo
- in persuasionibus male consulendo
- secreta sermonibus foras exprimendo
- in superlationibus nugia sequendo

Locuntur mulieres stulte aliquando petendo et petitionibus ridendo nam Sara incre-
dula cum risisset mendaciter

videt non risi Gen xviii Stulte loquendo petunt mulieres aliquando impossibilia sicut Ra-
chel dicebat Jacob da michi liberos alioquin moriar qui in sua potestate esset Gen 30 Stulta fuit pe-
titio matris filiorum zebedei, et ideo fuit a domino repulsata quia petebat pro eis quietem ante
laborem, bravium ante cursum, coronam ante victoriam, Mt 20 Importuna petitio
et stulta ancille fecit petrum negare salvatorem Mt xxvi Stulta verba stulta petendo
et querendo aliquando xpm cognosceret dixit illi mulier samaritana Jo iiii Loquntur
mulieres aliquando valde stulte in consiliis per se nescientes Nam a prudentibus nolen-
tes cognoscere sunt addiscere sed suo proprio appetitui credere et stulte aliorum consiliis assentire Unde
Eva stulte locuta est consulendo viro ut de fructu vetito manducaret quia fuit legitur
locuta fuisse cum serpente in suggestione quam cum deo in oratione vel cum viro instru-
ente ut ab eo caperet documentum Gen iii Vxor aman audiens consilium viri de
Mardocheo ille stultus credidit qui crucem excelsam habens fieri iussit Hest iii De hac
materia que plura de consiliis malis c. 32 Loquntur mulieres aliquando stulte
reuelando secreta eis imposita Que continere non potuit propterea stultum est vobis eis reue-
lare occulta Nam vxor Sampsonis statim sui peccatorem dicebat a malo in dampnum
eius aliis reuelauit Jud xiiii Dalida sciens ubi esset fortitudo Sampsonis statim illud
reuelauit inimicis Jud xvi Loquntur mulieres stulte aliquando irridendo eius bo-
nis bonum convertendo in malum Nam quia david cum magna devotione saltauerat
ante archam vxor eius ironice et irridendo dixit Quam gloriosus fuit hodie rex
ii Reg vi Jnsipienter et cum gaudiis exultabant due mulieres coram Salomone pro filio viuo
et mortuo iii Reg iii Vxor Thobie cum ira et irridendo dixit vana facta est
spes tua et Tho ii Nulla dare iuste reprehensa ab ea irridendo dixit amplius
videamus et Tho iii Vxor Job irridendo dicebat Benedic deum et morere Cui Job
quasi stulta locuta es Job ii

De luxuria et incontinencia Ca lxxix

Luxuria vel incontinencia

Multis causa extitit homicidiorum
Eos sibi resistit confusionem plurimum
Hanc sequitur asistit cumulus malorum
Et in fine prestitit penam dampnatorum

Luxuria causa vel occasio extitit et est homicidiorum et effusionis sanguinis Nam

propter violenciam Dyne Sichem et Emor cum civitatibus habitatoribus sunt occisi Gen
xxxiiii Occasione vxoris levite madidi vexata luxuria multi fuerunt homines inter-
fecti Jud xx Amon propter violenciam sororis ab Absolone in convivio est occisus ii Reg
xiii David propter pulcritudinem Bersabee captus fuit per dicam homicidium perpetravit
ii Reg xi Quia Hysbosech reprehendit Abner quod fuerat ad concubinas patris ingressus
facta est indignatio inter eos et ambo per ipsius modicum fuit occisus ii Reg iii et iiii propter
luxuriam Herodiadis Johannes baptista est decolatus Mt vi Luxuria
multi pereunt domesticus et familiaris hostis est et per multum tunc dolet Nam
dicitur voluptate pravitatis Sic decipit Sampsonem per Dalidam Judic xvi Decepit forti-
tate vigentes Sic decepit David per Bersabee qua lavantem aspexit ii Reg xi Decepit
sagacitate prudentes Sic decepit Salomonem per mulieres quibus adhesit iii Reg xi
Diminuit potestate pollentes Sic diminuit Holofernem per Judith qua decepit Judith
xii Destruxit etate senescentes Sic destruxit duos senes propter Susannam quam aspe-
xerunt pulcritudine Dan xiii Luxuriam multa mala sequuntur et multa
incommoda cum sequentibus accidunt propter que est luxuria vitanda ab omnibus hominibus
presertim et familiis detestandum De quibus ponuntur quedam Primum est divina indig-
natio cum severitate Nam causa diluvii videtur fuisse luxuria Quia omnis
caro corruperat viam suam ideo dixit deus delebo hominem quem creaui Gen vi

Tum est diabolica inhitacio cum pcte Nam qui libidini vacant fiu(n)t sub po-
testate demonium Tho vi ygt haut causaz peperut demones interie in portas
ad viij Tercio est glie celestis priuacio deninquite Nam si peiores ductes no fuit
digni regna dei Cmd cit de adulteris fornicarijs et alijs lasciuior quibus Luc xv
Quarto est inidiacio subtre cu paupertate Nam filius prodigus dissipauerat substanciam
luxuriose viuendo Et cum psupsisset omnia ipse cepit ege Luc xv Quinto e libidinis
sit Cupiebat imple ventrem suu i gaupitam suaz Luc xv luxuriosi grauit
pumunt a legibus et a deo pdeo cum relatio eg pur et thamar gressis adulterio
aut dyatte cam ad gburend Gen 38 duo senes luxuriosi volentes susannam
opprime a ppo ? sunt punt Dan xiij Grauit punit qui luxuriant in sacro
Nam tpe antiochi templum luxuria fuit plenum Tdo sume deo displiciit et eos
? in aetate punit Ly marha vi Mulier in adulterio dephensa mandat a moyse lapidari

De maledictione qua deus maledicit homini Ca lxxx

Maledicit deus hominibus {
Primis peccatoribus legem tenentibus
Malis senioribus clericalibus motis
Tardis in sitoribus e more pistorum } Maledicat deus laycos peccatores In cuius figura
ficus qui tamen ad peccatum inducat legit a domino maledictam Gen iij Sic
detestatus est deus peccatum ut no solum peccatores sed et alias creaturas in eorum ope maledicat
pdeo dixit ade ppe peccatum maledicta terra in ope tuo Gen iij peccatum homicidij et effusionem sanguinis
nis innocentis sic deus abhorret ut eis spacium maledicat Sic maledixit Caym et terram que
suscepit sanguinem fratris sui Gen iiij Ociosos more et verbosos in lingwa deus singulariter male-
dicit In cuius figura deus maledixit ficulnee in filijs sed verborum sine fructu operum Mt xxi
Terribilis erit illa maledictio in die iudicij qua dicetur discedite a me maledicti Mt xxv

Maledicit deus clericis et sacerdotibus male operantibus et eorum maledictio peior est
maledictionibus secularium pdeo lamentans Jeremias dixit Repulit deus altare suum maledi-
xit sanctificationi sue Tren ij Sacerdotibus malis loquitur deus per malachiam prophetam dicit
Mittam maledictionem vobis Mala **Maledictorum** tardat deus ppe largam misericordiam
reportatis regaliacionem peccatorum Benedictionem autem festine et liberaliter donat pdeo de male-
dictione dixit daniel ostendens tarditatem Dan x Stillauit super nos maledictio eorum
aut largus sit ad benedictionem in legit Benedictio illius quasi fluuius inundabit Eccli 39

De maledictione qua homo homini maledicat Ca lxxxi

Maledictiones hominum {
Prima fugienda est que e pgenitorum
Secunda cauenda est que est filiorum
Tercia timenda est que est platorum
Quarta deridenda que est hominum malorum
Quinta seruanda que e sorte punitorum } Maledictio patris vel
matris multum timenda
est quia sic benedictio stabili-
at domum filiorum Sic
maledictio inius eradi-
cat funditus Tunc debent filij parentes offendere ne maledicant ab eis Nam quia
Cham offenderat noe ostendens eius nuditatem et deridens ipse et filij filiorum eius male-
dictionem receperunt in eum dixit Gen ix maledictus Cham et p locum a quibus vidi
sicut quantum timebat Jacob et Esau maledictionem patris sui Ista cauit pbenedictionem sollicitat
Vnde et Jacob dixit matri ne pater meus putet me sibi voluisse illudere et inducat super
me maledictionem p benedictione Gen Quintum ma Simeon et leui eorum voluntate patris occide-
runt Sichem dixit Jacob pater eorum Maledictus furor eorum quia pertinax et indignacio
eorum quia dura Gen xlix **Maledicere no debet** filij parentibus carnalibus ut sbditi
spiritualibus pribus et platis Nam qui maledixit patri vel matri male morte moriatur Sed
no solum p carnali patre vel matre accipit sed eos p plata et matre ecclesia exponens Leuitici 20

Derideban't iudei paulu(m) dicte(s) summu(m) sac(er)dote(m) dei maledicis. Sed ille excusauit se d(icen)s
nesciebam fr(atr)es q(uia) princeps e(st) sac(er)dotum. Act. xxiij. **Maledictio platoru(m)** et p(rese)rtim
timenda est siue iusta siue iniusta eciam si plati sunt mali. Nam maledictu(m) erat que kala-
am maledicere voluisset. Num. xxij. Quare demu(m) mandata dei et eccl(es)ie ne maledictionem
et co(m)minatione(m) incurramus caueam(us). Nam multas maledictiones dedit moyses t(ra)nsgressori-
bus mandator(um) dei. Deutro. xxviij. Josue capta iericho dixit maledictus qui edificauerit in
iericho. Josue vj. Saul volens p(er)sequi philisteos imp(re)catus est populo dicens maledictus vir
qui comedit panem vsq(ue) ad vesperam donec vlciscar me de inimicis dei. j Reg. xiiij. Insen-
endi sunt pueri ne derideant platos et senes. Nam pueros deridentibus helizeus ipse
maledixit et vrsi de saltu .i. demones deuorauerunt eos. iiij Reg. ij. **Maledictio**
male viuencium quibus maledicere p(ro)fessio no(n) incubit timenda et curanda no(n) est. Sic so-
domite viri ep(iscop)os maledicebant abymelech. Iudic. ix. Multi obstinati quanto plura
pericula paciunt(ur) plus maledicunt quor(um) maledictio curanda no(n) est. Nam obsessi in
inferno maledicebant ei. Machab. x. No(n) sunt timenda sed deridenda illa maledicta
quam p(ro)ferrent recto illuminato a d(omi)no dederunt maledictiones ei. Tu discipulus ip(s)ius sis.
que maledictio descendat sup(er) nos et maneat nobiscum semp(er). Iohannis ix. **Male-**
dicentes alijs sine causa maledictionibus et alijs penis puniuntur
ideo dixit Jacob benedicendo filium. Qui maledixerit tibi sit ille maledictus. Gen. xxvij.
Semei qui maledixit dauid .i. dixit sibi imp(ro)perio occisus est ab eo. iij Reg. ij.
Sabath qui maledixit suggerente absolom ij Reg. xvj occisus est ab absolone ij Reg.
Semei qui maledixit abymelech fuerunt ab eo sibi inflicti. Judic. ix.
in sichimite maledictiones

De Matrimonio viri et vxoris Cap(itulu)m. lxxxv.

Matrimonio iuncti debent
Omnis h(ab)ere equalitatem
Utraq(ue) nube(n)t ad bonitate(m)
Uxor caue(n)t pluralitate(m)
Mutuo fouere indempnitate(m)
Prolis tenere carnalitate(m)
Huius honor reddat dignitate(m)
Et refugere carnalitate(m)

Matrimonio iuncti vir et vxor debent habere inter se equalitatem. Debet enim vxor viro esse socia no(n) d(omi)na no(n) an-cilla. Ad quod designandu(m) d(omi)n(u)s formauit Evam de costa viri que e(st) in medio non de capite nec de pede. Gen. ij.

Coniuges licet equales sint debet tamen alter alteri obedire et eum reuereri. Nam Sarra o-bediebat Abrahe vocans eum d(omi)n(u)m et Abraham condescendebat Sare. Gen. xij. xviij. et xxj.
Ipsam equalitatem coniugum req(ui)rit ad matrimonium contrahendu(m) consensus vtriusq(ue) partis. Ideo dixerunt parentes re-
becce vocemus et queramus voluntatem puelle. Gen. xxiiij. Et nota q(uod) ista equalitas no(n) est in
sapientia animi vel pulcritudine corporis sed in equacione voluntatis ad bonum. In non ali-
qui expedit ut vir stultus ducat vxorem prudentem que p(ro) eo rogat et saluat vt patet
in nabal stulto et Abigail prudente. j Reg. xxv. Parentes zare nuptiale(m) regulam
dabant sibi docentes eam diligere maritum que dilectio earum quanta est no(n) dixerunt timere
que e(st) similis. Thob. x. Quantum ad actum nupcialem equales indicat ap(osto)l(u)s virum et vxorem
dicens Mulier no(n) h(ab)et potestatem sui corporis sed vir. Similiter vir no(n) h(ab)et potestatem sui corporis sed mulier.
j Cor. vij. **Matrimonio iuncti** licet mulier et vir debeant esse equales in affecti-
onem et consilio vir debet esse caput et mulier sequi virum. Hec aut(em) volens ostendere d(eu)s fecit
primo virum et mulierem de viro formauit. Gen. ij. Ob hanc causam debent mariti vxores rectore
caput membra dirigere sed secreta que ad eum p(er)tinent licet alijs nolit pandere tamen
reuelare. Ideo q(uod) mulieres no(n) sunt secretarie. Nam que sampson vxori sue reuelauit vxor
quam p(ro)ximis voluit reuelare in decepcionem viri alijs p(ro)pellauit. Judic. xiiij. Sicut
caput p(re)cedit ceteris membris sic vir quantum ad vxorem p(re)cedit omnibus filijs et consan-
guineis alijs. Ideo dixit Helchana vxori Melior sum tibi quam x filij. j Reg. j.
Sicut membra conseruat fidelitatem capiti sic vxor debet fideliter viro sic zizania vt fidem

vio integre sua et opposuit se infamie atq; morti Dan xiij Matrimonio iuncti
debent esse vnius viri et vnica viri, Vir enim vincat et habet vxorem et eius
ideo dixit dns erunt duo in carne vna Gen ij Ante diluvium solus lamech duas
vxores habuit qui duplex peccata homicidij perpetravit Gen viij In archa noe tot viros
quot vxores dns iussit reservari vt esset vnica vnius Gen vij Interroganti a xpo di-
scipulis si licet dimittere vxorem et ducere aliam quacumq; ex causa Respondit quos deus
coniunxit homo non separet Mat xix Matrimonio iuncti non debent esse dispa-
ratis vel diverse secte quia vnus alterum cito facit ad malum declinare Nam ideo
Joram rex iuda fecit malum et ambulavit in vijs achab quia filiam eius duxe-
rat in vxorem Ex quo apparet quam multum debet respicere ad parentes puelle qui ducit vxo-
rem iiij Reg viij Ideo filij transmigrationis duxissent alienigenas quas habebant
Esdre x Propter hanc causam increpavit Neemias ducentes vxores alienigenas
et ribcavit Neemie xiij Si forte alter coniugum volt facere malum vel peccatum contra sequen-
do vel alia mala committendo non licet alteri sequi Ideo male se excusabant mulieres
proficiscentes in Egiptum de ydolatria quia sic videbant viros suos Jer xliiij Contra
ananias et zaphira consenserunt in malum ideo ambo pariter sunt puniti Act v
Matrimonium debent contrahere mulieres et viri non ad saciacionem libidinis sed ad dei
laudem et prolis procreacionem hoc se fecisse dicebat Sara filia Raguelis dicens virum
cum timore tuo et non cum libidine dixi consensi suscipere Tobie iij Dixit Angelus thobie
in illis qui vxores accipiunt ut deum a se excludant et libidini vacant sicut equus et mulus habet po-
testatem demonium Tho vj Causam honestissimam ducendi vxorem exposuit Angelus thobie
dicens accipias vxorem cum timore domini et amore filiorum magis quam libidinis Tho vj Propter
hanc causam homines coniugati primus debent vacare deo oracioni quam opi coniugali dixit tho-
bias qui prima nocte 2a et 3a dormivit vxore orac angelus in dormiendo coniungentur Tho viij
Ille qui excusavit se a cena quia vxorem duxerat non deo habere me excusatum sic
exponunt alij quia status eorum qui ducunt vxorem ut libidini vacent ita forte eos alli-
cit quod sepe recedit a diuis Luc xiiij Matrimonium deus in veteri testamento et no-
vo multipliciter honoravit Nam ordinem matrimonialem in paradiso constituit quando mulierem
formavit Gen ij Destruente deo mundum per aquas diluvij solum matrimonio iunctos sal-
vavit scilicet Noe et vxorem eius et tres filios eius cum vxoribus eorum Gen vij Matre sua
xpus voluit desponsari ut eam hereticos qui dampnant matrimonium duceret ipsum esse a diabolo
inventum ipsum matrimonium confirmaret ~~joh ij celeste et spirituale convivium~~ Mat j Luc ij Matri-
monialibus nupcijs xpus cum matre et discipulis voluit interesse et ibi primum miraculum ma-
nifestum operari ut ipsum matrimonium honoraret Joh ij Celeste et spirituale convivium nupcia-
libus nupcijs a deo similatur Luc xiiij Matrimonio repugnat adulterium
quod est maximum vicium et grauiter punitur a deo et propter ipsum mala eterna committuntur ideo
Egipcij magis detestabantur adulterium quam homicidium Nam abraham timebat occi-
di propter Saram et non esset sive vito et pharao cognosceret eam Gen xij Propter Saram
vxorem abrahe flagellavit dns pharaonem plagis maximis et abymelech prospicium
corruit comminando Gen xx Item Ex adulterio nati ut plurimum sunt mali et male mo-
riuntur Nam primus qui legitur deum blasphemasse spurius fuit qui propterea fuit iubente
deo lapidatus Levit xxiiij David propter adulterium homicidium et prodicionem perpetravit ideo
filium abstulit et deus ij Reg xij Herodias ut liberius adulterio cum herode vacaret prophete
caput qui de hoc vicio herodem arguebat fecit in carcere amputari decollari Mar vj Vero

De verendacis Capitulum lxxxm

Verendaces solent { Grauiter committere suspicionem / Sepe premittere deceptionem / Mortis promittere occasionem } { Menti immittere perdicionem / Bonam obmittere relacionem / Falsam promittere assercionem }

Culpe subiunxit confessionem et hic admittit retribucionem. Mendacium est peius quam iniustissimum quod veritati ymmo deo opponitur. Cum enim veritas atque vita ita magis est quam mentiri. Judas quamuis estimabat mentiri quam fornicari, ideo de Thamar cum qua ex pacto fuerat fornicatus misit edum et ea non inventa dixit. Gen. xxxviii. Mendacium non potest nos arguere propter quantitatem mendacii non licet aliam explanare causam mentiri licet aliquando liceat et expediat veritatem tacere. Sic fecit Samuel quando ad ymmolandum domino venit ad ungendum David sacerdote principaliter veniat ad mittendum non ponens. i Reg. xvi. Mendaces quidem decepti. Ideo quidam mendaciorum sunt a dyabolo reprehensi plurimum sed ut heretici monent ut homines trahant ad peccatum. Gen. iii. Gabaonite callide cogitantes Josue mendacio voluit decipere sed ille bono usus consilio pacto inito non fregit et eos ut meruerant in seruitutem redegit. Josue ix. Viro dei qui predixerat Jeroboam destructionem altaris a falso propheta mendacio est deceptus. iii Reg. xiii. Mendaces homines sunt mendaciis homines conduxit ad mortem, ut patet in proxima precedenti hystoria, ubi vir dei deceptus mendacio fuit ab eo occisus. 3 Reg. xiii. prophete mendaces suaserunt Achab ut iret ad pugnam ubi ad mortem extitit vulneratus. iii Reg. xxii. Verba que dixit Judith Holofernis duxerunt eum ad mortem pessimam licet ipsa Judith propter bonam intencionem qua fuit excusetur. Judith xi et xii. pessimum mandatum ad necem Aman ut posset occidere Mardocheum. Hester iii°. Mendaces multum sunt homines proditores. Cum ut predicti vetabant adimplere pallio mendacii eas texerunt. Sic Anthiochus qui post mendacia verba pacifica cum plaga percussit. i Machab. i. Fugit Anthiochia perancto et mendacium destruxit. i Machab. vi. Alchimus proditione volens esse summus sacerdos quod mendaciter dicebat. i Machab. vii. Bacchides et Alchimus loquentes mendaciter statim aliter fecerunt. i Machab. viii. Promisit Demetrius Jonathe multa et liberatus esset cum se gloriacauit. alienauit et obsides pro Jonathe liberacione recepit. Cum in promissis Jonathan et filios misisset. iii Reg. xiii. Ab accusantibus Paulum fuerunt dicta multa mendacia sed de quibus sunt reus. Act. xxv. Item a quibusdam Athenienses. Act. xvii. Coram Felice a Tertullo Act. xxiiii°. Mendaces pessimi sunt testes falsi qui suis mendaciis et assertionibus falsis multum iniuste faciunt condempnari. Sic duo falsi testes contra Naboth proditores eum iniuste lapidari fecerunt, quem blasphemasse deum mendaciter asserentes. iii Reg. xxi. Detestabile mendacium dixerunt duo iniqui senes contra Susanna falsum testimonium proferentes. Dan. xiii. Falsum testimonium illi contra Christum qui principibus sacerdotum de Christo dixerunt. Hic dixit possum destruere templum hoc et post triduum reedificare. Mat. xxvi. Duo falsi testes qui locuti sunt contra Stephanum iniuste eum lapidari fecerunt. Act. vi. Mendaces aliqui sunt propter se et suos mentiri excusando se de malis operibus de quibus aliquis arguit. Sic mentita est Sarra uxor Abrahe timore perterrita non se risisse mendaciter respondit. Gen. xviii. Multa mendacia dixit Pharao Moysi se excusando ne dimitteret populum. Exo. 8 et 10. Ob illum qui mentitur occidit animam et aliquando corpus. Sic Anania et Saphira se excusantes mendaciter coram Petro dixerunt mortui simul interierunt. Act. v.
Mendacium officiosum comunicandum est in puero sed non in futuro. Sic mendacium obstetricum que dixerunt Pharaoni ut filios Israel paruulos non necarent. Exo. i. Propter hoc remunerata est Raab que mentita est officiose in exploratores Israel liberaret. Josue xxvi. Officiose mentitus est Chusi pro saluacione David dum Absolon sui cum patre inuestiguo ita eo teneri. 2 Reg. 17. Mentita est etiam officiose mulier illa que nuncios David in puteo sub velamine celauit. Secundi Regum decimo septimo.

De miraculis potestate diuina factis Capitulum lxxxiiii

Miracla fecit deus

In celo cum corporibus ibi gestorum
Angelis motibus mirac misteriorum
Igneis ardoribus sepe pessimorum
Aere tenoribus pluribus vaporum
Aque liquoribus plus dat humidorum
Terre quam altoribus fructus dat laborum
Vestitus moribus atque iumentorum
Ex precientoribus ortu [illegible] temporum
Hominum saporibus deditus [illegible]
Hominum doloribus [illegible] exercitorum
Hominum saporibus morti deditorum

Miracula fecit deus in celo et celestibus corporibus inter que miracula precipuum fuit prima creacio qua celum creavit in principio et quarta die sole et luna et stellis in signa et tempora mirabiliter ordinavit Gen i. Ista fuit mirabilis mundi creatio quia eius noticia non potuit nisi per revelacionem haberi dicit enim Gregorius omelia i super Ezech de prophetis Moyses prophetavit dicens in principio deus creavit celum et terram etc. Non quod prospexit futura sed quod prospexit occulta. Item Gregorius. Stetit sol ad vocem Josue ducis sol contra Gabaon ne moveatur Josue x. Valde fuit mirabile quod ad peticionem Ezechie sol per lineas retrocessit iiii Regum. Stella que mirabiliter in oriente apparuit magos ad Christum adorandum perduxit Matth ii. In Christi passione facte sunt tenebre sole mirabiliter obscurato Nam cum luna esset xv et sol in parte celi opposita non poterat naturaliter eclipsari Unde miraculum videns Dionysius in Grecia dixit Aut deus nature patitur aut mundi machina dissolvetur Act xvii. In ascensione corpus domini miraculose est elevatum in celum Act i. Paulum miraculose lux de celo circumfulsit et ipse celesti visioni celesti obedivit Act ix. Hora tercia factus est repente de celo sonus et spiritus de celo veniens apostolos illustravit Act ii.

Miracula fecit deus in angelis et celestibus spiritibus quos tamen ministros [illegible] plures in [illegible] deputavit. [illegible] Angeli Loth de Sodomis mirabiliter eruerunt Gen xix. Angelus ad locum flentium veniens filios Israel ad penitentiam mutavit Judic ii. Angelus Heliam fatigatum in itinere aqua et pane subcinericio sustentavit iii Reg xix. Puero [illegible] ostendit Heliseus [illegible] auxiliantium angelorum iiii Reg vi. Resurgente Christo angelus domini de celo descendit et custodientes sepulcrum terruit Matt xxviii. Apostolos in carcere sub publica custodia positos nocte angelus domini liberavit Act v. Angelus liberavit miraculose Petrum vinctum duabus cathenis et a sedecim militibus custoditum Act xii.

Miracula fecit deus in elementis quatuor et ut facilius a legentibus miracula predicta valeant ordinate reperiri de quolibet elemento distincte et singulariter pertractemus. Primo namque mirabilia operatus est deus in elemento ignis. Nam filios Israel in columpna ignis in nocte de egipciaca servitute eduxit Exo xiii. Helyas in ignem consumatum holocaustum miraculose impetravit iii Reg xviii. Ad vocem Helye descendit ignis de celo et duos quinquagenarios devoravit iiii Regum i. Ignis egressus a domino pluit super Sodomam civitates et homines subvertendo vastavit Gen xix. De [illegible] impiorum ignis egressus multos incredulos cremavit Num xvi. Dignum memoria fuit illud miraculum quod tres pueri in camino ignis ardentis ludentes et benedicentes deum illesi et incolumes persisterunt Dan iii.

Miracla multa fecit deus in aere et temporibus contrariis in eadem terra egressos filios Israel de Egipto deus in columpna nubis precedens protegendo precessit Exo xiii. Levavit Moyses manum in aere et facta est grando qualis nunquam fuerat in Egipto Exo ix. Pugnantibus quinque regibus contra Josue pluit deus grandines sicut lapides super eos Josue x. Orante Helya annis tribus et mensibus sex dicitur pluviam non dimisit Jaco v. Rursus iterum eo orante venit de aere pluvia super terram iii Reg xviii. Preclare miraculum ostendit deus tribus discipulis in transfiguracione eius quod loquente deo eos nubes lucida obumbravit Mat xvii Mar ix Luc ix. In ascensione domini corpus in nube a discipulorum oculis est [illegible] susceptum Act i. **Miracula multa fecit deus**

in elemento aque quando firmamentum fecit deus in medio aquarum superiores aquas ab in-
ferioribus dividens / et similiter ex aqua reptilia et volatilia iussit produci pisces
relinquens in gurgitem aves in aere collocavit / Gen i / Cum deus aquis diluvii
totam terram tegeret Noe cum filiis et uxoribus in archa super aquas miraculose salvavit
Gen vi / Valde fuit magnum miraculum quod deus aquas Egipti in sanguinem convertit Exo
Valde magna miracula operatus est dominus qui mare divisit et aque steterunt pro muro a dex-
tris et a sinistris donec filii israel libere transirent Exo xiiii / per lignum ostensum a domino Moysi
aque amare miraculose sunt subito dulcorate Exo xv / Aquam de petra durissima si-
cienti populo deus miraculose produxit Exo xvii / Ingressis filiis israel in iordanem aque
superiores inferiores vero in mare quod mortuum descenderunt et sic ipsi per arentem alveum
transierunt Josue iii / Helizeus suo pallio tangens aquas iordanis ipsas dividens libere
transivit / iiii Reg ii° / Statim Helizeus virtute divina natare fecit ferrum submersum super aquas / iiii
Reg vi / Tempestate in mari domino dormiente commota ad eius imperium mare cessavit
Mat viii / ad preceptum domini discipuli rethe mittentes in mare plenum magnis piscibus
extraxerunt Johi xxi / **Miracula multa** operatus est deus in elemento terre cum enim ari-
da produxit herba et hominem de eius limo factum deliberacione produxit Gen xii / Grande
et terribile miraculum fuit quod se terra aperuit et Datan et Abiron deglutivit / Num xvi / Ho
fuit primum miraculum quod illi de Nazareth ira repleti precipitare dominum voluerunt Cum iret
ipse ambulans se abscondit et terram Ledamus terra et lapides cedentes corpori sua ymagi-
nes tenuerunt impressam Luc iiii° / In passione domini terra mota est et petre scisse sunt
Mat xxvii / Paulo et Syla rectum terre hic motus factus est
et aperta lapidea monumenta sunt / et vincula sunt soluta Act xvi / **Miracula fecit** deus de animalibus terrestribus atque
silvestribus et aliis pluribus contra naturam ipsorum operando Nam Balaam cum iret ad maledicen-
dum populo dei fuit ab asina quam sedebat stimulo redargutus Num xxii / Ad Helyam
perfugam a facie Jezabel corvi panes et carnes quotidie deferebant iii Reg xvii / Danieli
posito in lacu leonum boni leones miram mansuetudinem ostenderunt Dan vi / Piscis qui
Jonam naufragum devoravit per triduum conservavit incolumem et postea liberum in littore
evomendo Jone ii / **Miracula multa** operatus est dominus in hominibus et hoc
multipliciter in multiplicem statum hominum in quibus est miracula operatus et primo
in nativitatibus miraculose homines producendo / Sic miraculose natus est Ysaac per re-
promissionem a domino revelatam Gen xviii / Sampson miraculose genitus dum eius conceptus
ab angelis parentibus nunciatur Judic xiii / Filius Vidue sunamitis fuit per Helizeum a domino
precibus impetratus iiii Reg iiii / Angelus domini qui apparuit Zacharie Johannem miraculose
nasciturum Luce i / primum et maximum et dulce valde miraculum quod Christus deus et homo
est conceptus et natus de virgine / ad quod quidem miraculum annunciandum prophete in utero
matris conclamavit Luce i / **Miracula fecit dominus** in hominibus alendo et po-
tibus nutriendo / et alia que ad vitam corporis pertinent largiendo / Ideo cum deus om-
nium liquore fructuum homini in paradiso tradidit ad vescendum et lignum vite
in medio paradisi posuit ut pomum vetitum delinquens inmori metuendum Gen ii / Dedit
dominus populo esurienti et manna ad manducandum et aquam similiter ad bibendum Exo
16 / 17 / Misit deus carnes in habundancia flagitantibus in deserto Num xi / Quadra-
ginta annis adduxit dominus filios israel per desertum et non sunt attrita vestimenta
eorum nec calciamenta eorum vetustate consumpta Deutro xxix / Pavit dominus cibum
esurienti Helye per viduam Sarapthenam Cuius farina ydrie non defecit nec est quantitas
olei diminuta iii Reg xvii / Helizeum augmentavit dominus oleum in subsidium
mulieris debitis obligate iiii Reg iiii° / De paucis panibus et paucis piscibus saturari
multa milia hominum duabus vicibus fecit et multas fragmentorum reliquias appli

ollegerunt act xv. act v viii deficiente vino in nuptijs aquam in vinum dominus convertit
dominus per quem miraculum est operatus Joh ii. **Miracula operata sunt** a domino in peccatoribus
hominibus eos divino miraculo corrigendo et puniendo. Nam quia omnis caro
corruperat viam suam homines diluvij inundacione purgavit Gen vij. post turris super-
bie tunc edificandum deus linguarum confusione punivit Gen xi. scelus sodomorum
abhominabile a domino fuit divina correctione correctum Gen xix. propter peccatum Core
et complicum eius multa fuit miracula perpetrata Num xvi. propter archam captam
puniens deus philisteos multa miracula est operatus i Reg v et vi. Exercitum regum
Syrie nequiter operantem dominus cecitate percussit iiii Reg vi. Heliodorus voleus expoliare
ac templum miraculose fuit acriter verberatus ii Mach iii. In figura hominum sine fructu
bonorum operum maledixit deus ficulnee et fuit subito arefacta. Act xij. Helymam
magum resistentem apostolo paulo privavit lumine oculorum act xiii. Filij Sceve
Judei in nomine domini et pauli dum sic demones adiurarent ipse insiluit in eos act xix.
Miracula plura fecit deus in hominibus bellis et hominibus vexatis ab alijs eos defen-
dendo miraculis et alios confundendo. Nam per septem circuitus Jericho muri funditus
corruerunt Josue vi. Immisit dominus gladium in castra Madian et se mutua se cede-
bant Judic vij. Jonathas et eius armiger percusserunt tot homines quod factum est mira-
culum et turbata sunt castra i Reg xiiii. Magnum fuit miraculum quod david philisteum in funda
lapide superavit i Reg xvij. Obsidente Jerusalem rege Sennacherib c lxxx v milia hominum
sunt occisa iiii Reg xix. Isa xxxvij. Adversarij Josaphat in semetipsos cum gladijs mutuis
se vulneribus ceciderunt ii Paral xx. Propter auxilium datum a deo vi milia hominum
et xx milia perierunt ii Mach viii. **Miracula fecit deus** in omnibus dole-
ribus et infirmitatibus quacumque fuerint infirmitate gravati. In cuius figura percussi filij Israel
a serpentibus per serpentem eneum qui Christum sine veneno peccati significabat sunt a doloribus liberati Num xxi. Helizeus Naaman leprosum in predictis
flumine septena locione sanavit iiii Reg v. Thobias quartuor annis cecus felle piscis
est miraculose per angelum sanatus Tho xi. Christus multos egros sanavit varijs et di-
versis languoribus Mat xi. Ipse cum in demonte descendit act xij luc xi. In ingressu
quoddam castellum de quibus unus reversus dedit laudem deo Luc xvij. Demoniacos
viri liberavit de duobus Mat viii Luc viii de quo Mat ix de vii Mar i Luc ix et
Mat xv Mar xi de Magdalena dicit eiecisse vii demonia. Et socrum petri iacentem Luc
vii. Angelus xii infirmos sanavit socrum petri a febribus Mat viii. Paraliticum per tectum | 12 infirmos sanavit
dimissum Mat ix. Ydropicum Luc xiiij. Hominem manum aridam Mat xij. Languidum ad pi-
scinam Joh v. Incurvatam mulierem Luc xiij. Filium centurionis Mat viij. Surdum fecit
audire et mutum loqui Mat ix. Filium reguli qui incipiebat mori Joh iiii. Mulierem
fluxum sanguinis patientem Mat ix Mar v. Et malchum servum principis sacerdotum cui petrus
amputavit auriculam Luc xxij. Petrus sanavit claudum Act iij. Umbra petri sanat
infirmos Act v. Et philippo predicante multi sanati sunt Act viij. In urbe lystris pau-
lus claudum ex utero matris sue Act xiiij. Puellam a spiritu phitonico liberavit
Act xvi. Sudaria et vestes pauli languores curabant Act xix. Et ipse patrem publij
febribus et dissenteria laboratem facta oracione sanavit Act xxviij. **Miracula facta**
sunt virtute divina super homines mortuos eos suscitando. Sic helyas filium mulieris
eius hospite a mortuis suscitavit iij Reg xvij. Helizeus filium
Sunamitis suscitavit a mortuis quem ei suis precibus impetravit iiii Reg iiii. Ossa de-
functi cadaveris tangens ipse Elizeus defuncti statim resurrexit iiii Reg xiii.
Salvator vero tres mortuos suscitavit scilicet filium archisinagogi in domo, Lazarum
quadriduanum in monumento Joh xi. In passione domini vero alia scilicet miraculose multa sanctorum corpora

surrexerunt Mt xxvii ipse etiam salvator mirabiliter resurrexit a mortuis ianuis clausis discipulis apparens Io xx. Petrus revocavit Thabitam mortuam et illa aperuit oculos et resedit Act ix. Cum Paulus predicaret cadit de fenestra seu cenaculi adolescens et sublatus est mortuus quem descendens Paulus in nomine domini suscitavit Act 20

De Morte in communi Capitulum lxxxvii

Mortis eventus

Ex preto cedit in orbem introivit
Vita carnis dedita timet hic dum vivit
Sed virtute preditus ipsum contempsit
Quem presule dedita valde gaudivit

Mortis sumat homo per
petium meruerit quam diabolus
motus invidia paravit
Invidia enim diaboli mors

intravit in orbem terrarum Sapie ii. Non solum secundum corpus sed etiam secundum animam homo moritur per peccatum nam dictum est homini a domino Quacumque hora comederis ex interdicto lignum morte morieris Gen ii. Ideo longa vita videbatur esse iustis custodie legis unde longe non venientis ipse Deutro xxii. Obliviscere tamen in memoriam quod patres nostri peccaverunt et mortem intraverunt per successionem vite eque ante diluvium dei et mortuus est Gen v. **Mors timenda est** secundum racionem Cum sit finis omnium terribilium patres enim antiqui mortem timebant. Cum sollicitudine habilitatis anime. Cum quia non poterant in celum ascendere donec salvator ascenderet qui et aperuit ianuam celi ideo Loth timuit montem ascendere ne forte apprehenderet eum malum et moreretur Gen xix. Omnibus Moyses finis domino vellet domino in omnibus obedire tamen videtur quod libenter plus vixisset si deus voluisset. Unde dei vita est deus et Ecce morior in hac humo et Deutro iiii. Ezechias rex bonus et iustus audita morte sua ab Ysaya propheta oracione lacrimabili et elongacionem vite domini exoravit Ysa xxxviii. Jeremias supplicavit Sedechiam regem ne eum occideret et similiter ne in carcere moreretur Jeremie xxxviii. Ante adventum spiritus sancti apostoli mortem timebant nam in passione domini omnes fugierunt Mt xxvi. **Mors bona** in bono statu homini est appetenda et unde aliqui et mali desiderant bene mori Sic Balaam qui dicebat Moriatur anima mea morte iustorum Num xxiii. Thobias iustus mortem desiderabat dicens precipe in pace recipi spiritum meum Tho iii. Apostoli sed post per adventum spiritus sancti confortati ut mortem et libera non timent Act per totum Desiderabat Paulus mortem nam dicebat Non solum ligari sed mori cupio et Act xxi. Idem dixit Si dignum morte aliquid feci non recuso mori Act xxv. Alibi etiam dixit Cupio dissolui et esse cum Christo Phil i. **Mortem desiderat** homines cum aliquas graves sustinet passiones. Ut ab eis careat cruciatum Sic Helias sedens sub iunipero petiit ut moreretur iii Reg xix. Per contumeliam ab ancilla receptam oravit Sara dicens Peto domine ut de vinculo improperii huius eripias me et Tho iii. Per mortis timorem quam Salvator sustinuit ostendit quod non solum mortem sed omne genus turbacionis tolerancie sustinere debet libenter Mt xxvi. Cum Paulus insidias vitaret et de civitate in civitatem fugeret persequentes non timore mortis hoc fecit sed futura sedens et exemplum prebet se utilitati plurimum reservavit Act per totum

De morte horribili impiorum Capitulum lxxxviii

Morte abhorrenda moriuntur

Homicide crudelissimi sanguinem effundentes
Tyranni maliciosi bonos affligentes
Homines luxuriosi et lascivientes
Sacrilegi cupidi bona recipientes
Patri non obsequi nec obedientes
Viri et principes mala suadentes

Morte horribili
de moritur
homicida a
b[illegible] sanguinem
effundentes
Sic Cayn

qui fratrem suum occiderat fuit a Lameth pera interfectus Gen. iiij. Pharao qui submergi fecerat
pueros hebreorum in mari cum exercitu suo submersus Exo. xiiij. Adonibezech qui maximarum
civitatum et pedes preciderat aliis ipse similiter est precisus Judic. i. Zebee et Salmana qui fratres
occiderant Gedeonis a Gedeon similiter sunt occisi Judic. viij. Abimelech qui lxx fratres super lapi-
dem interfecerat fuit ab una femina percussus nomine fragmen et occisus Judic. ix. Adolescens
qui Saul se dixerat occidisse fuit David iussione interfectus ij Reg. i. Latrones qui occiderant
Miphiboseth fuerunt a David mortui cum crediderunt complacere ij Reg. iiij. Joab qui duos
viros justiores occiderat fuit Salomonis iussu interfectus iij Reg. ij. Zambri qui occidit
Helam regem suum post octo dies in ipso palacio se combussit iij Reg. xvi. Achab qui iniuste
fecerat lapidari Naboth canes sanguinem eius potaverunt iij Reg. xxij. Jezabel homicida Je-
hu precipitari mandavit et equorum pedibus conculcari iiij Reg. ix. Athalia que omne semen
regium peremerat et ipsa valde turpiter est occisa iiij Reg. xi. Andronicus in eodem loco oc-
cubuit in quo Oniam fecerat trucidari ij Machab. iiij. Morte horrenda mo-
riuntur tyranni qui alios opprimere delectantur iuste namque tyrannus crudelis per
manum femine clavo et malleo est confossus Judic. iiij. Saul qui se iniuste persecutus
est David proprio gladio interfecit i Reg. xxxi. Impius Benadab a servo suo Azael
fuit dei iudicio strangulatus iiij Reg. viij. Joas tyrannus iniquus qui fecerat Zachariam
lapidari fuit a servis suis interemptus iiij Reg. xij. Holofernes qui multa conculcaverat
fuit per manum femine capite detruncatus Judith xiij. Tyrannus Aman superbus qui se
fecerat adorari fuit suspensus patibulo quod paraverat Mardocheo Hest. vij. Antiochus
qui multorum viscera torserat dolore viscerum est interfectus ij Machab. ix. Jason qui fecerat
captivari multos et expulerat peregrinus est mortuus insepultus ij Machab. v. Mor-
te horrenda moriuntur luxuriosi et maxime qui deserviunt horrende luxu-
rie Nam quia omnis caro corruperat viam suam facte sunt aque diluvii per quas
mortui sunt homines super terram Gen. vij. Super Sodomam pluit dominus sulphur et ignem
et subvertit nephandas civitates Gen. xix. Sichem qui Dinam defloravit mortuus
est a filiis Jacob ipse et omnis populus civitatis Gen. xxxiiij. Filii Beniamin qui uxorem
levite turpiter deluserunt incredibiliter sunt destructi Judic. xx. Amon qui sororem op-
presserat ab Absolone in convivio est interfectus ij Reg. xiij. De hac materia quere in capitulo de lu-
xuria c. 19. Morte horrenda moriuntur qui graviter deum offendunt Nam Na-
dab et Abiu contra dei voluntatem ignem alienum offerentes sunt ab ignis incendio
devorati Levit. x. Blasphemus qui nomen domini blasphemaverat extra castra a populo fuit
lapidatus Levit. xxiiij. Chore Dathan et Abiron quia contra deum et Moysen murmur-
abant absorbuit terra vivos Num. xvi. Goliath superbum et dei blasphematorem Da-
vid puer eius gladio proprio interfecit i Reg. xvij. Sennacherib blasphemus in deum per fi-
lios a propriis filiis est occisus iiij Reg. xix. Sedechias rebellis deo vidit occidi fi-
lios suos ante se et ipse malo genere clausit vitam suam iiij Reg. Alchimus dei ad-
versarius percussus paralisi gravissimo mortuus est tormento i Machab. ix. Herodes qui divinas
usurpaverat laudes percussus a vermibus expiravit Act. xij. Morte horrenda
moriuntur sacrilegi et raptores Nam Achor qui tulit de anathemate Jericho divino
iudicio fuit a domino lapidatus Josue vij. Lysimachus sacrilegus avunculus de turri al-
tissima est precipitatus Machab. xiij. Ananias et Saphira fraudantes de precio agri
qui iam erat deo dicatus dei iudicio morte subitanea sunt extincti Act. v. Mor-
te horrenda moriuntur parentes qui non corrigunt filios delinquentes et filii
parentibus spiritualibus et carnalibus non obedientes vel eos in suis senectutibus derelinquentes
Nam quia Heli non correxit filios suos de eorum sceleribus de sella cadens cervicibus fractis

cerimoniis corripuit j Reg iiii° Absolon non solum non obediens sed persequens patrem suum ca-
pillis suis quercui fuit suspensus lancea perforatus ij Reg xviij pueri mali male in-
stituti qui deriserunt heliseum ab ursis sunt dei iudicio devorati iiij Reg ij° Baltazar
qui non fuit exemplo patris correctus sed corruptus per manum scribentis asscriptum fuit ea nocte
penaliter interfectus Dan v° Morte horrenda moriuntur male consiliarii suadentes
mala et falsa testificantes Nam achitofel quod david dedit malum consilium laqueo se
suspendit ij Reg xvij Siba qui crevit populum contra david fugiens in arbore fuit decapi-
pitatus ij Reg 20 falsi accusatores danielis sunt a leonibus devorati Dan vj 18 Testes
falsi deprehensi a pueris daniele iuste a populo sunt occisi Danielis tredecimo

De Morte preciosa iustorum Capitulum lxxviii

Morte preciosa moriuntur innocentes morientes pro fide vel iustitia paciencie sustinentes et sine tristicia sunt dicentes convertes quod absque malicia capiunt instructores cum zara pena

Morte preciosa mo-
riunt martires qui
pro eorum innocencia
vel iusticia vel pro fide
sustinent passiones Sicut Abel a Cayn est innocens interfectus Gen iiij° Occiderunt
impii lapidibus zachariam filium ioiade et eum martirem effecerunt ij paralip xx°
Iudas dixit Si appropinquat tempus nostrum moriamur in virtute pro fratribus nostris j Macha ix°
per tormenta mortuus est Eleazarus exemplum virtutis et fortitudinis delinquentibus
ij Macha vj Septem fratres cum piissima eorum matre morientes pro legibus exemplum
simile reliquerunt ij Macha vij pro veritate et honestate fuit Iohannes baptista
per herodiadem decollatus Mt xiiij Stephanus plenus spiritu sancto ihesum vidit quem a iudeis
fuit lapidatus Act vij De hac materia legitur Aug iiij de civitate dei . dicens quod deus talem fidem
contulit graciam ut mors que vite contraria constat esse instructio fieret per quam transiret ad vitam
Morte preciosa moriuntur homines tribulati suas tribulaciones pacienter
et sine murmure tollerantes sicut Iob qui in ablacione filiorum et infirmitate corporum
et sine murmure tollerantes pacienter ut in hiis omnibus non peccavit vixit post flagella
tribulaciones sic protulit pacienter ut in hiis omnibus non peccavit vixit post flagella
xl xiiij annis et vidit filios filiorum ad quartam generacionem et mortuus est senex et
plenus dierum Iob xlij Lazarus pauper et ulceribus plenus mortuus in sinum abrahe
est portatus ab angelis Luc xvj Simul sic vixit latro qui pependit ad dexteram
qui penam crucis paciens sustinuit dicens Nos digna factis recepimus est feliciter
mortuus Luc xxiij Salvator vero per multas tribulaciones moriens patri feliciter spiritum
commendavit Iohannis xix et sic oportuit christum mori et ad gloriam patris intrare Luc xxiiij
Morte moriuntur homines qui in mundo bene vixerunt hic non potest nisi feliciter
mori qui feliciter vixit Unde Aug Mala mors putanda non est quam bona
vita precessit Sicut ambulavit Enoch cum deo et tulit illum deus Gen v° Septua-
ginta annorum et completa etate mortuus est Gen xxv Aaron cum expoliasset
se veste induit Eleazarum et abiit Num 20 Mortuus est Moyses famulus dei
iubente deo et eum deus sepellivit Deutro xxxiiij° Currus et equi ignei di-
miserunt heliam feliciter assumentes iiij Reg ij Morte preciosa moriuntur
homines qui cum bona admonicione decedunt eorum filios instruentes Sic Iacob
finita instructione filiorum collegit pedes super lectum et obiit Gen xlix Cum iura-
visset Ioseph fratres quod ossa eius asportarent cum egrederentur de Egipto ad terram promis-
sionis mortuus est in pace Gen 50 David post instructionem filii et facta oracione
in bona obiit senectute j paralip xxix Post admonicionem filii et nepotum dixit
Thobias Hec est interitus meus Tho xiiij Mathatias post benediccionem
filiorum suorum appositus est ad patres suos j Mach Machabeorum secundo

De multitudine malorum et paucitate bonorum Capitulum LXXXIX

Multo plures sunt | peccatores et dampnati celum ascendentibus adiunati | castigati vere continentibus | iniusti infideles fiunt credentibus | dantque hospitalitati iniste se tuentibus

Multo plures sunt de impetrati et filii diaboli quam saluati et filii dei in cuius figura plures fuerunt filii Ismahelis quam filii Ysaac Gen xxv Sexcenta milia hominum numerati sunt Numeri i De quibus soli duo scilicet Caleph et Josue terram promissionis intraverunt in cuius figura maior pars Israel erat Samarie quia x tribus maior aut in regno Juda scilicet plerumque que sole due tribus in Reg xii **Multo plures** sunt luxuriosi et carnales homines quam honesti et casti Nam tempore diluvii solum octo inventi sunt honesti scilicet Noe et uxor et tres uxores filiorum eius et tres filii eius Omnis alia caro corruperat viam suam Gen vi Item Abraham plures filios habuit de Cethura quam de Sara Gen xxv In quinque civitatibus Sodomorum non sunt reperti x boni viri qui carnis vicio contaminati non fuissent Ideo eorum luxuriosorum magna multitudo Gen xviii **Multo plures** sunt homines infideles quam fideles deo et domino temporalibus et platis fuis et amicis Nam inter fideles Joseph qui erant xii solum duo fuerunt qui voluerunt eos liberare ceteris promittentibus eum mortem Gen xxxvii Moyses misit exploratores ad terram promissionis scilicet tantum duo scilicet Caleph et Josue fideliter precesserunt Numeri xiii Plures erant cum Absalon regnum patris usurpante quam fideles cum David iuste et racionabiliter regnante ii Reg xv Dum esset in plebe magna multitudo clamans dimitte Barrabam et dominum crucifige non est inventus unus fidelis qui peteret dominum relaxari Johannes xviii Simile Iudei Rome dixerunt Paulo Notum est nobis quod ubique contradicitur Act xxviii **Multo plures** sunt homines bellantes cum iniusticia pro tyrannis quam bellantes pro iusticia defendendo oppressos Nam tanta erat contra Holofernes ut sicut locuste se facies operirent Judith ii Non remanserunt cum Juda nisi octingenti viri et in exercitu Bachidis et Alchimi potorum viginti milia hominum pugnatorum i Machabeorum ix

De obediencia et inobediencia Capitulum Nonagesimum

Obedire debet homo deo | Non fratribus sibi oppositis | Et presidentibus sibi prepositis | Suis parentibus pacis oppositis | Factis parentibus atque compositis | Non dissencientibus more prepositis | Magna invicem bene dispositis | Precedentibus sibi repositis | Non obsequentibus male compositis

Obedire debemus deo magis quam hominibus qui nobis precipiunt contraria ad salutem Unde Mathatias dixit nunciis regis Anthiochi Et si omnes obediunt regi Anthiocho ego et filii mei obediemus deo i Machabeorum ii Unus illorum septem fratrum qui noluerunt obedire regi ut carnes contra preceptum domini manducarent dixit patri suo in mori presto sumus quam patrias dei leges prevaricari ii Machabeorum vii Petrus et Johannes principibus sacerdotum precipientibus ne in nomine Jhesu loquerentur taliter responderunt Si iustum est vos pocius audire quam deum iudicate Act iiii Deinde cum arguerentur a principibus dixerunt Obedire oportet magis deo quam hominibus Act v **Obedire oportet** platis sive ipsi boni sint sive mali dummodo bona et honesta precipiant Ideo dicit Christus Super kathedram sederunt scribe et pharisei omnia que dixerunt vobis servate et facite Matthei 23 Cornelius dixit beato Petro quando dominus platus reliquerat Omnes nos in presencia tua assistimus sumus obedire quecumque precepta sunt tibi a domino Act x Paulus electo sibi Sylam in sociis perambulabat omnes ecclesias et precipiens obedire precepta apostolorum Act xv **Obedire debet** homo parentibus si non precipiant que discrepant a fide et salute Ideo dicit Paulus filii obedite parentibus vestris in domino Coll iii Joseph obedivit patri suo mittenti eum ad fratres suos quamvis sciret eos accusasse eos ex quo timore poterat se excusare Hec tamen propter hoc obediencie consensit Gen xxxvii David iam unctus in regem obedivit patri

fratribus victualia deportando j Reg. xvij. Thobias iunior dixit patri Omnia que precepisti
faciam pater Thob. v. paratus est qui remanet loco patris obedientie dedere(?). Sic Hester obe-
diebat in omnibus Mardocheo sicut quando eam paruulam nutriebat Hester ij. Puer Ihesus descen-
dit cum Maria et Joseph in Nazareth et erat subditus illis Luc. ij. **Obedire debet ho-**
mo non lingwa solum sed opere Nam magnam obedientiam promiserunt filij Israel dicentes Omnia
que locutus est nobis dominus faciemus et erimus obedientes statim post pauca contrarium fecerunt Exo. xxiiij.
De obedientibus verbo et non facto ponit saluator exemplum duorum filiorum quorum vnus dixit
se iturum et operaturum in vineam et non iuit Alius negauit se et iuit Mat. xxi. **Obedi-**
endum prompte Hec est [illegible] Sic Noe prompte obediuit deo in omnibus que
precepit Gen. vij. Ad prelacias [illegible] assumpti debent quamuis possunt renuere cum humilitate sed ad
voluntatem maiorum promptos obedire exemplo Moysi qui quamquam se excusat de ducatu
populi post pauca humiliter obediuit Exo. xxiiij. Filij Israel ad preceptum domini prompte erigebant tentoria
et ad eius imperium festine et sollicite deponebant Num. x. Cito et perfecte obedierunt
illi apostoli qui statim relictis retibus secuti sunt saluatorem Mat. iiij. Similiter est legitur
de Matheo qui relictis omnibus secutus est eum Luc. v. Paulus audiens vocem Ihesu Na-
zareni prompte respondit Domine quid me vis facere Ubi patet quod correctus et castigatus fit homo
esse obedientem Act. ix. **Obedire debet homo** quantumcumque res sibi mandatur diffici-
lis Nam Abraham mandatum circumcisionis licet esset difficile non distulit adimplere
Gen. xvij. Graue erat Abrahe de filio ymolando preceptum adimplere quod nisi deus aliter
ordinasset sine mora voluit adimplere Gen. xxij. Hanc admonicionem fecerunt serui
Naaman dicentes Si rem grandem dixisset tibi propheta certe facere debuisses. Ubi patet quod
exhortatio valet ad obedientiam iiij Reg. v. Amabilem et difficilem obedientiam adimple-
Rechabite rant Rechabite non bibere vinum nec edificare domos in sempiternum sicut a patre fuerat im-
peratum Jerem. xxxv. Preceptum circumcisionis licet esset difficile saluator voluit in se adimple-
re Luc. ij. **Obedientes ad plenum** temptatorem in mundo vincendo triumphant exaltatorem
in celo ideo dicit Salomon Vir obediens loquetur victorias Prov. xxi. In huius figura quam-
diu filij Israel de mandato domini pugnabant pauci de multis victoriam habuerunt Num. xxi. Pre-
dixit dominus Salomoni quod si eius precepta seruaret poneret in sempiternum super Israel thronum eius
iij Reg. ix. Hanc tamen exemplum obedientie in saluatore nostro ponit apostolus nobis
dicens factus est obediens usque ad mortem et ponit fructum obedientie consequenter dicens propter
quod et deus exaltauit illum et donauit illi nomen Phil. ij. **Obedire nolentes**
sed inobedientes grauiter puniuntur Nam primi precepti transgressio in primis parentibus
grauibus maledictionibus est punita Gen. iij. Filij Israel contra mandatum domini ad terram
promissionis conabantur ascendere et contra domini mandatum euntes ad bellum fuerunt nolente
domino debellati Num. xiiij. Contra mandatum Josue transgressus est Achor ipse fuit a
populo lapidatus et Josue et populus propter illam inobedientiam in bello fuit superatus Josue vij.
Saul qui contra Samuelis mandatum sacrificium obtulit et Agag regi et pinguioribus
contra preceptum domini parcere voluit fuit a domino reprobatus j Reg. xv. 17 Dixit dominus Salomoni
quod si non custodiret mandatum dei deberet de terra suscitare thronum eius ij Paralip. vij.
Vir dei contra preceptum domini cum propheta manducans a leone occisus est iij Reg. xiij.
Similiter percussus est a leone ille qui de mandato prophete noluit vnum de filijs prophe-
tarum. Ubi ostenditur quod obedientiam mandatur nimium caram in hijs que videntur sine racio-
ne [illegible] iij Reg. xx. Jonas qui refugiebat a domino obedire precipienti quod in Niniue
verbum domini predicaret in mari fuit domino disponente submersus Jone ij.

De operante quod deus magis attendit affectum operis quam opus Ca. 91

Operantem respicit deus Si est perfectus in operatione / Si sit rectus in intentione / Si est electus in electione

Operantem attendit deus primo si sit bonus et deo gratus. Nam si persona non acceptatur fructus non acceptatur. Licet cum homo in pollutus faciendo iusta sit ingratus, tamen non quia facit iusta est iustus, sed iusta facit quia iustus est [illegible]. Oculus non quia acute videt est acutus, sed acute videt quia acutus est. Propter quod deus respicit operantem si est bonus quam acceptat vel respiciat eius opus. Cayn namque mala et Abel bona munera obtulerunt, sed deus respexit ad Abel et ad eius munera, ad Cayn vero non respexit. Gen. iiii°. Mirabilia fecit in Egypto Moyses et Aaron, similiter et malefici Pharaonis, sed priorum non vero (?) miracula domino placuerunt. Exod. vii. Bethsamite viderunt archam et sacrificium domino obtulerunt et tamen percussit eos dominus magna plaga, quia propter eorum peccata videre archam domini non debebant. I Reg. vi. Reprobat dominus sacrificia que iusserat fieri et hoc propter offerentium pravitatem. Ysa. i.

Operantem acceptat deus ex intentione, quia licet in operando magis quam ex opere, sicut cum opus commendabile fieri possit ex prava intentione, ut elemosinam dare vane glorie causa propter favorem aut questum malum est ex fine. Unde fieri possit bona intentione ut hominem iniusta corrigere. Oportet operantem et opus esse ordinatum recta intentione. Unde Ambrosius: Operatio tua operi tuo finem imponit. Nam promisso a domino Abrahe filium nasciturum de Sara risit Abraham et risit Sara, sed risus Abrahe non fuit a domino reprehensus quia risit ex leticia promissionis. Risus autem Sare fuit a domino reprehensus quia risit ex diffidentia impetrationis. Gen. xvii et 18. Talia immacula et nobiliora sunt altare et aplices (?) qualia sunt Aaron et filii maiorum (?). Aaron propter bonam intentionem sunt deo grata. Num. xvi. Illorum vero propter intentionem pessimam reprobavit. Pretulit deus duo minuta vidue muneribus divitum quia puriori intentione dabat. Luc. 12 et 21. Desiderabat Zacheus videre Ihesum pura intentione, bonus ideo fuit a domino consolatus. Desiderabat eciam Herodes videre Ihesum et eo viso gavisus est, sed prava intentione motus ideo de eius visione fructum non reportavit seu fructum quem volebat miraculorum sunt. Luc. 19. 23. Tribula (?)

Operantem attendit deus si opus quod facit ex officio sibi incumbit. Aliquin si sibi usurpat quod suum non est non placet deo sed displicet nec acceptat sed tale opus reprobat. Nam Saul expoliavit se et fuit inter prophetas et prophetare cepit, sed peccatum ei prefuit quia non erat sui officii prophetare. I Reg. xix. Oza extendit manum suam et tetigit archam ne caderet de plaustro, sed fuit percussus a domino quia tangere archam erat solum officium levitarum vel sacerdotum. II Reg. vi. Licet offerre sacrificium sit bonum, tamen non nisi sacerdotibus convenit. Ideo Ozias percussus est lepra quia more presbiteri incensum voluit adolere. In Paralippomenon xxvi°.

Oza fuit levita 2 q 1 ple[illegible] ... Regum go io

De Operatione bona Capitulum 9.2

Opus bonum Deus amplificat magnis documentis / placet si edificat legum sacramentis / [illegible] malis innuificat in impedimentis / homines glorificat sub incontinentis / homines magnificat magnis documentis

Opus bonum placet deo in quolibet statu. Ideo precepit, consulit et hortatur. Ideo in statu innocentie posuit deus hominem in paradiso voluptatis ut operaretur et custodiret illud. Gen. ii°. Cumulus (?) hominem post peccatum eiecit dominus de paradiso ut operaretur terram. Gen. iii°. Laudabilia opera patrum precepit dominus imitari dicens: Si filii Abrahe estis opera Abrahe facite. Johannis viii°. Propter hanc causam. Sed in omni gente qui timet deum et operatur iusticiam acceptus est illi. Actuum x. Ut deo placeat Paulus monebat eos (?) Act. xviii. **Opus bonum** et valde deo acceptum est edificare ecclesias. Sicut dominus bonum dat [illegible]

Nam Salomon in medio xx opus templi maxime assumauit iii Reg vi A filiis israel ce-
perunt edificare templum augmentum alia opera impedierunt Esdre iiii precepit darius ut edificaretur
opus domini in plenum et dederunt sumptus de archa regis ne impediret opus domini Esdre vi
Opus bonum multos habet impedientes Nam opera que filii transmigracionis placebat reedificare
in babilonis fuit sepe ab impedientibus molestati Esdre vi et Nee iiii Illud opus
pium quod magdalena fecit unxendo caput et pedes domini Judas cum aliis discipulis volebat
impedire Mt xxvi Opus bonum manifestat hominem sicut fructus manifestat ar-
borem Ideo dixit Salomon attendite a falsis a fructibus eorum cognoscetis eos Mt vii xpc eciam de se
ipso dicebat Opera que ego facio in nomine patris mei illa testimonium perhibent de me Et alibi
Si mihi non creditis operibus credite duo discipuli perhibent de me non cognouerunt dominum donec fuit
cum eo in vias et primo cognouerunt eum in fractione panis Luc xxiiii Opus bonum
largiter remuneratur a deo qui nullum bonum remuneratum dimittit Ideo Ezechias qui fecit
bonum coram domino valde prosperatus est ii paralip 31 et 32 Opus bonum meretur premia remuneracione
indulgenciam peccatorum Nam vidit deus opera niniuitarum et misertus est eius Jone iii Hii
qui acceperunt talenta et operati sunt eos remuneratur sunt in duplum Mt xxv xpc hanc causam
comparat apostolus bona sua semini de quo modicum iacitur et fructus plurimos expectat
ii Cor ix Qui parce seminat parce et metet Thabita propter bona opera que agebat me-
ruit a petro suscitari Act ix Operari nolentes sed vacantes ociositati sua facinora
perpetrauit Et ideo reprehenduntur et acriter puniuntur Nam tempore quo reges ad bella solent
procedere dauid vacans ocio homicidium et adulterium perpetrauit ii Reg xi Requiruntur a domino
ociosi qui vacant opera ad mercedem Mt 20 Seruus qui in uno thalento noluit operari
inutilis fuit a domino reprobatus Mt xxv paulus reprehendit ociosos dicens qui non vult
operari non manducet ii Thess iii Ephes iiii Unusquisque laboret operando manibus suis
quod bonum est ut habeat unde tribuat necessitatem pacienti Hec ille

De oppressione bonorum per malos Capitulum 93

Opprimunt mali bonos:
- Illos inuidentes de felicitate
- Lapsa mente mentalitate
- Illos persequentes ex malicia
- Illos ... dicta veritate

Opprimunt mali bonos aliquando ex mala inuidia quia videt illos feliciter prosperari Sic Caym ex inuidia prema fuit in Abel nequiter et occi-
dit Gen iiii Esau inuidens quod Jacob patris benedictionem habuerat voluit eum occidere xx Gen
quod Egipti inuidentes filiis israel quia crescebant odiebant eos et ipsi eos oppresserunt Gen 27
28 Jacob est compulsus ad laban fugere Exo i Saul ex sola inuidia persequebatur dauid
eo quod sibi victoria sit ascripta i Reg xviii Saluator noster ex sola inuidia fuit passionatus
ab Anna Caypha et iudeis Mt xxvii Opprimunt eciam mali bonos propter
eorum luxuriam quia bonis impedientibus agere non possunt vel quia eos de luxurie
vicio reprehendunt Sic domina cui seruiebat Joseph quia suam concupiscenciam non potuit ad-
implere eum oppressum esse fecit Gen xxxix Sodomite propter suam luxuriam cum in loth vellent
ei inferendo violenciam vexauerunt Gen xix Duo luxuriosi presbiteri susannam propter eorum
luxuriam nequiter opprimebant Dan xiii Herodes propter luxuriam ad peticionem meretricis Johannem
baptistam in carcere decolauit Mt vi Opprimunt mali bonos propter eorum ambicionem
dominium et superbiam Sic Abimelech ambiens principatum fratres suos lxx nequiter
occidit Judic ix Absolon ambiens regnum patris ipsum patrem nequiter persequitur ii Reg
xv et xvi Aman superbia prouocauit mardocheum occidere et iudeos sed deus aliter ordinauit
Hester iii propter superbiam Nabuchodonosor fecit statuam auream pueros vero non adorantes caminum
misit in fornacem et danielem misit in lacum leonum Dan xxviii Triphon
qui propter dominium suum antiochum adolescentem occideret ... Jonathan et duos filios

miserat ysa. xxiiij **Opprimunt mali** bonos ex sola cordis nequicia et mentis
dampnacione Sic impia Jezabel opprimebat heliam prophetam iij Reg. xix. Rex Joram au-
diens famam esse in terra caput helisei precepit amputari iiij Reg. vj. Nequissimus holo-
fernes voluit iudeos opprimere iam de captiuitate reuersos Judith ij° Et sua nequicia
Anthiochus impius hominum cedem fecit ysa. xxiiij° Ex magna cordis nequicia herodes
persecutus est christum et pueros misit Mt ij° Sic herodes agrippa occidit Jacobum et petrum
carcerauit Act. xij **Opprimunt mali bonos** quia bonum veritate loquuntur qua ipsi
habent odio Sic ad imperium Joas lapidatus est zacharias qui eum verissime instruebat ij
paralip. xxiiij Sic Jeremias fuit a Rege missus in carcerem quia nunciauerat veritatem Jere-
mie xxxvij Ananias filius propheta mendacis voluit confundere Jeremiam prophetam veri Jere. xxviij Pri-
cipes sacerdotum et seniores coram interdixerunt apostolos quia veritatem domini loquebantur Act. v
Judei lapidauerunt Stephanum quia non poterant resistere veritati Act. vj et vij Paulus quia
predicabat publice veritatem multas oppressiones a iudeis sustinuit Act. xiij. 14. 16.

Sequitur de Oratione Capitulum V

Orare volentes attendere debent — Personas que requiruntur et quas deprecantur / Tempus quod requiritur hiis qui orant / Modus qui requiritur qui postulant / Causam qua pervenit qui exaudiatur / Fructum qui acquiritur et que dona dantur

Orare volentes debent primo attendere qui sunt illi qui debent orare et pro quibus debent facere suas oraciones Ubi sciendum
quod orare debent presidentes singulariter pro sibi subiectis Eligentes specialiter pro suis electis Omnes ho-
mines generaliter pro omnibus abiectis. **Primo orare** debent prelati pro sibi subiectis quia proprie
officium est ut suis oracionibus a populo iram dei auertant Sic cum propter adoracionem vituli deus
voluit populum destruere Moyses eorum prelatus fecit oracionem veniam eis a domino impetravit
Exo. 32 per oracionem Moysi absorpti sunt qui devorabant castra murmurantes prelabore
Num. xi Maria propter peccatum suum facta est leprosa sed Moyses prelatus eius pro ea dominum exoravit
et restituta est pristine sanitati Num. xij Ex aspectu populo ab ignitis serpentibus orauit Moyses
se et salubre remedium habuit Samuel dixit ad populum Absit a me hoc peccatum quod ces-
sem orare pro vobis ostendens quantum peccant prelati qui pro suo populo non orant j Reg. 12. Bo-
nus prelatus erat beatus paulus qui dicebat thimotheo sibi subdito Sine intermissione habeo
tui memoriam in meis oracionibus ij Thimo. j° **Orare debent** electores cum ad eleccionem
alicuius prelati conveniunt ut deus illis provideat de prelato ydoneo qui populum sibi subditum
bene regat In cuius figura ipse dominus volens inducere ad hoc ait Rogate dominum messis
ut mittat operarios in messem suam Mt. ix Apostoli volentes eligere unum de discipulis in apostolum
premissa oracione dixerunt Tu domine qui nosti corda omnium ostende quem elegeris Act. j°
Cum dixisset dominus segregate mihi barnabam et paulum in opus ad quod assumpsi eos sed in
applacione sua erant in oracione et imponentes eis manus dimiserunt Act. xiij et deinceps **Orare
debent omnes** homines pro peccatoribus et iniustis qui per se non sunt apti ad adorandum
Sic devote orauit Abraham ut parceret sodomitis Gen. xviij Moyses multociens
orauit dominum ut plagas auferret ab egipto et licet Egipcii essent mali fuit a domino
pluries exauditus Exo. 8. 9. 10 Summus pontifex Onias orauit pro Eliodoro qui templum
voluit spoliare ij Macha. iij Salvator ut pro iniquis nos orare doceret Mt. v Et ipse
pro crucifixoribus orauit Luce 23 Similiter orauit Stephanus pro suis persecutoribus Jeremias
flexo Act. vij Apostolus paulus pro peccatoribus orabat ut deus vocaret eos ad penitenciam Ide-
o dicebat Oramus semper pro vobis ut dignetur vos deus vocare ij Thess. j. **Orare volen-**
tes debent attendere tempus quod sit est orandum Ubi non quod orandum est omni tempore et in omni opere sed
maxime et principaliter est orandum quando ab exterioribus agentibus tunc disponitur locus volentibus vim prestitur

Cenam quicumque aliis appenint, primo ergo orare debemus cum ad aliquem locum pergere volumus
ut dominus in viam pacis dirigat pedes nostros et custodiat nos angelus domini euntes commorantes
et redeuntes Judith ppt hanc causam orauit deum in principio itineris et sicut euenit
nobis et pspere Esdre viii Augustinus considerabat Judith quod debebat ire ad holofernem cum diceret
nichil aliud fiat prius nisi oro Judith viii Recedens paulus a filiis de ecclesia per pul.
vos sermones diuinos orauit Act 20 Idem paulus dicebat Romanis obsecratis si quomodo prospere
iter habeam Rom. i Orare debet homo cum debet aliqua verba proponere vel ad interro
gata rñdere ut dominus tangat et mundet labia sua ut digne verba proferat cum labia
ysaie calculo mundauit ignito ysa vi Neemias orauit deum celi cum debebat ad interrogata
rñdere Nee ii Hester locutura ad regem assuerum rogauit mardocheum ut congregaret iudeos
qui erant in susis ut ipsi et ipsa pro ea dominum precarentur Hest iiii Paulus aplus ista considerans
dicebat colosensibus fratres orate pro nobis ut sermo dei currat et clarificetur vnde forte superfluit cognoscendum
quod predicatores in principio sermonis petunt oronem fieri ut digne proferant verbum dei Coll
iiii Orare debet homo cum debet cibum sumere et cum accepit orare et grates referendo
largo modo fundendo orationem Sic Neemias orauit dominum deum celi bibere Nee ii Sal.
uator ut cum discumbere faceret multa milia hominum quos de panibus paruulis saciauit priusquam
comederent comederent in celum oculis eleuatis Joh vi in cena in qua corpus
corpus suum sciscitans in gracias egit quod de mensa cum aplis surgeret grates reddiderunt quando
ympno dicto exierunt in montem oliueti Mt xxvi Orare debet homo ut
eo tempore quo in vnoquoque nobis aduersitatibus opprimit, recurramus ad deum qui nos ab ad-
uersitatibus liberet Sic Thobias cecus ex improperiis tribulatus confugit ad orationis reme-
dium Tho iii filii Israel tribulati ab olosferne tribulati orantes ad dominum clamauerunt Judith iiii
Tribulatus et afflictus mardocheus pro se et populo deum exorauit Hest iiii Azarias
et socii eius in fornace tribulationis ad orationis remedium confugerunt Dan iii Jonas
afflictus in ventre ceti orauit et saluus est a domino eductus Jone ii Judei in tribula-
tione positi orauerunt et fuerunt a domino exauditi in Machabeis in Saulus ad terram prostratus et
cecatus veniens damascum orauit et illuminatus fuit Act ix Cum petrus haberetur in car-
cere tribulatus oro pro eo fiebat sine intermissione ad dominum Act xii Orare volentes de-
bent attendere modum orandi scilicet qualis debet esse oro Circa quod sciendum digne orare
volentes orare debent cum solitudine oriositatis tenuitudine deuocionis, quantitate
veritatis Rectitudine sine vilitatis Solliaitudine assiduitatis Primo oracio
debet esse solitaria et separata a tumultu et solliaitudine humane solliaitudinis Nam Jacob
deuote orare desiderans sequestrauit se Gen 32 Oro sit solitaria et mentalis clamat
in aure dei Sic patet de moyse mentaliter et solitarie deprecante cui dixit deus quid
clamas ad me deprecatus dominum deum pro populo Exo xiiii ingressus secreto iacuit
in terra in Reg xii Dimissa turba ascendit xpus in montem solus orare Nos orare soli-
tarie instruendo Mt xiiii Ascendit petrus orare in superiori domo ut posset orare
diuina ab aliis separatus Act xi In templo paulus orans vidit mirabilem visionem
scilicet xpm apparentem sibi per quod datur intelligi quod sic solitarie et deuote orantes deus
multiplicat consolat Act xxii Oracio secundo debet esse lacrimosa teneritudine deuo-
tionis Ideo Ezechias conuertit se ad dominum et orans cum lacrimis fuit a domino exaudi-
tus iiii Reg xix Conuertit Ezechias faciem suam ad parietem et orauit cum lacrimis
Ideo dixit ei dominus Audiui oronem tuam et vidi lacrimas tuas iiii Reg 20 Susan-
na flens aspexit in celum et orauit ad dominum et oro eius exaudita est Dan
xiii Magdalena in sua conuersione non legitur orasse vocaliter sed creditur eam orasse
mentaliter et flevisse cum lacrimis pedes domini rigauit Luc vii Oracio tercio
debet esse iuncta multitudine hominum in vinculo caritatis Augustinus cum plures deo oro aliquam

multitudinis vel pactatis eorum qui sunt in caritate coniuncti. Ideo sacerdotes et viri unanimes
cum mulieribus resolutis crinibus deum orabant et extensis manibus dominum deprecabantur in Iudith iiii°
Iudas et qui cum eo erant simul dominum deprecabantur ut eriperet eos ab impiis [illegible] in Machab.
viii° Salvator dixit Si duo ex vobis consenserint de quacumque re petierint [illegible]
fiet eis. Erant omnes discipuli in oratione cum mulieribus unanimiter et Maria matre Ihesu act. i
omnes fideles in primitiva ecclesia erant unanimes in oratione et doctrina apostolorum act. ii
Cum orassent discipuli unanimiter una voce motus est locus in quo erant congregati et
repleti sunt omnes spiritu sancto et verbum dei loquebantur cum fiducia act. iiii. **Oratio quarto** debet
esse humilis et sui status recognitiva. Nam miro modo fuit humilis et devota oratio
Manasse ut intuenti apparet in prologo (?) ysaie. Daniel intelligens captivitatis esse completum ...
... dominum exoravit Dan. ix. Brevem et humilem modum orandi habuit qui genuflexo adora-
vit dominum dicens Domine si vis potes me mundare matth. viii, mar. v, luc. vi. Humilis erat centurio
pro paralitico suo indignum se reputans presencia ihesu christi matth. viii. Adorandi humiliter nos docu-
it exemplum de humili publicano. **Oratio quinto** debet esse continua sive assidua ut
si statim quod petit homo non optinet nichilominus adhuc oret. Nam helyas orans pro
pluvia cum puerum mitteret usque ad septem vices nichil penitus apparebat quem orationis
instancia immobilem conmendat iii Reg. 18. Non dimisit daniel propter decretum darii
quin oraret ter in die flexis genibus sicut ante facere consueverat Dan. vi. Ad hoc etiam nos hor-
tatur dominus dicens Oportet semper orare et numquam deficere Luc. xviii. Ad orationis instanciam et ipse dominus
nos inducit exemplo vidue que a iudice cum importunitate iudicium petebat. et exemplo amici
qui panes instanter sibi peciit accomodari Luc. xi. 18. Paulus apostolus qui orare sine
intermissione monebat 1 Thess. v. Hoc idem ipse sollicite faciebat dicens Sine intermissione
memoriam vestri facio in orationibus meis Rom. i. **Orare volentes** debent attendere
causas et modos quibus exaudiantur. Notandum sciendum quod sunt quidam qui secundum suum appe-
titum exaudiuntur. Quidam secundum appetitum suum non exaudiuntur. Quidam bonum concupitum
plus assecuntur. Quidam magis expeditum adipiscuntur. **Quidam exaudiuntur secundum**
eorum appetitum et placitum, sed non ad utilitatem ipsorum. Nam peciit populus in deserto
carnes et dominus iratus concessit eas, per quod patet quod non fuit exauditio set signum divine dilec(tionis?)
Num. xi. Item placuit domino quod filii israel peterent regem et tamen eos exaudivit ad liciendum N°
1 Reg. viii. **Orantes aliqui** non exaudiuntur quia non petunt bona sibi vel licita
Et ratio quia mali sunt ipsi et indigni qui petunt. Sic dominus david orante pro populo licet
devote oraret quia tunc non erat dignus exaudiri ii Reg. xii. Magne reprobacionis erat oratio
Ieremie quando dicebatur ei deus Noli orare pro populo isto neque sumas pro eis laudem et orationem quia
non exaudiam te Ier. xi. Et iacobus dicit petitis et non accipitis eo quod male petatis Iacobi
pro populo indigno et malo dixit deus Cum multiplicaveritis orationes non exaudiam. Manus
enim vestre etc. Isa. i°. **Orantes aliqui** exaudiuntur ad votum et utilitatem. Quia bona et
sibi convenientia et expedientia petunt. Sic exaudivit dominus Ninivitas clamantes et
orantes ad dominum peccata remittens et a subversione liberans civitatem Ione iii°. Sic etiam
exaudivit Susannam cum eam a morte et infamia liberavit Dan. xiii. Hoc modo
exaudiuntur omnes de quibus quere .i. de effectibus orationis c. 2. **Orantes aliqui**
exaudit deus non ad votum sed ad utilitatem. Quia non suum concupitum sed providet illis
deus melius quam petunt. Quod manifeste patet in paulo qui precavens carnis stimu-
lum ut amoveretur ab eo pluries exoravit qui non amovit, sed melius ei concessit scilicet
graciam superandi dicens Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. **Orare
volentes** debent attendere orationis effectum vel fructum. Quem quoque oratio acquirit
vere sciendum quod digne orantes et petentes a domino accipiunt peccatorum remissionem graciam

filiorum adeptionem gaudiosam aduersariorum depressionem iniosam temptatorum repulsionem v-
tuosam et signorum patracionem fructuosam. Primo oracio impetrat remissionem peccatorum
vnde per oracionem moysi dicentis aut dimitte eis hanc noxam aut dele me de libro vite
tuo ad cuius oracionem dominus populo suo peccatum dimisit Exo xxxii propter hanc causam docuit nos
saluator debitores peccatorum remissionem petere in dominica oracione d. dimitte nobis debita nostra
matt vi in cuius signum dimisit rex omne debitum seruo qui eum rogauerat licet peccata
sint que ei dimissa fuerant repetita matt xviii Orare secundo impetrat filios hijs
qui racionem naturam non poterant gignere filios procreare nam ysaac pro rachel coniuge sua deum precatur steri-
li et filios meruit obtinere gen xxv. Anna similiter deum deuote orauit ad lacrimas et
filium precibus a domino impetrauit i reg i. Elizeus hospite sue sterili impetrauit a domino filium
quem sterilis suis oracionibus suscitauit iiii reg iiii. Zacharie et Elizabeth sterilis et ambo
processissent in diebus suis angelus apparuit zacharie d. Exaudita est oracio tua vxor tua
pariet tibi filium et vocabis nomen eius Johannes luc i. Oracio tercio tribuit victoriam
de inimicis et aduersarijs nam in bello filiorum israel contra amalech plus fecit moyses
orando quam Josue pugnando Exodo pugnatur filij israel contra philisteos rogauit sa-
muelem orare pro eis ut victoriam obtinerent i reg vii Josaphat rex juda timore
perterritus propter multitudinem que veniebat contra eum totum se contulit ad orandum ii paralip xx
Judith quod voluit decapitare holofernem dominum pro victoria exorauit Judith xiii Commissurus
judas bellum contra Gorgiam orauit et obtinuit victor belli i machab iiii Ille qui in ca-
put in exercitu contra bachidem ipse fuit orans et exercitum debellatur i machab ix Jonathas
cum paucis pugnaturus cum multis orauit et victoriam impetrauit i machab xi Judas
et qui cum eo erant inuocato domino per oraciones aggressi sunt contra exercitum Nicanoris manu
quidem pugnantes sed corde orantes belli victoriam habuerunt ii machab xv. Dicebat
paulus obsecro vos ut iuuetis me oracionibus ut liberet me deus ab infidelibus Rom xv
Oracio quarto expellit dyabolum et eius temptaciones Ideo Raphael angelus monuit tho-
biam ut tribus diebus abstineret ab vxore et tamen ipse cum ipsa oraret quoniam in
eis dyabolus haberet potestatem Thob vi propter assiduam oracionem Chananee filia eius a demonio
liberatur matt xv Cum discipuli quesiuissent demonem non possent eicere et interrogarent dominus
dixit eis hoc genus demoniorum non eicitur nisi ieiunio et in oracione matt xvii Cum paulus
iret ad oracionem obuiauit puelle habenti spiritum phitonicum quem paulus expulit in nomine
domini Act xvi Oracio quinto facit opera miracula nam per oracionem helye clau-
sum est celum ne plueret et per oracionem eius ad pluuiam est apertum iii reg xviii Ad
deuotam oracionem helye puer qui erat mortuus suscitatur iii reg xvii Martha et
maria deum orauerunt lazarum suscitari Johannis xi Decem leprosi orantes ad deum me-
ruerunt recipere sanitatem luc xvii Petro et Johanne ascendentibus ad oracionem liberauit
claudum a ventre matris sue Act iii Similiter petrus et Johannes orauerunt pro illis de
samaria et imponebant manus super illos et spiritum sanctum accipere faciebant Act viii
patrem publij febribus dissenteria laborantem paulus sua oracione sanauit Act xxviii

De ornatu mulierum Capitulum vi

Ornatus mulierum { Est ad perducendum deceptorem / Ad peccatum reprehensionem } Ornatus mulierum sepe fit ad decipiendum homines Sic
aliquando ipse ut viris placeant ornari se dicunt nam Thamar volens de
juda socero suo concipere vestibus viduitatis depositis ornauit se et habitu paruit
ab eo Gen xxxviii Jezabel audito aduentu yehu depinxit oculos stibio iiii
Reg ix propter ornamenta que Judith assumpsit potentem holofernem decepit Judith
x Dicit prouerbium mulier ornatu meretricio preparata ad capiendas animas prouerb vii

Non sine causa dicitur autem faciem tuam a muliere compta quia sic decipit et inclinat ad peccatum Eccli ix. Ornari non debent mulieres bone et honeste que soli deo placere desiderant ideo hester quando debuit intrare ad regem non quesivit aliud muliebrem cultum quem querebant alie mulieres hester ii. Comptura differret deo ornamentum calciamentorum et lamina tortorum ysa iii. Mulieres non sint contextis capillatura vel auro aut veste

De paciencia et mansuetudine in iniuriis capitulum vii

Patienter sustinere debent iniurias multi propter iii

Pacienter debent
- attendentes propinquorum offensiones
- respicientes divinorum correptiones
- pacientes tormentorum afflictiones
- removentes deceptorum illationes
- audientes benignorum responsiones
- attendentes exemplorum orationes

pacienter sic debent iniurias condonare inimici et iniuriam si aliquid vindicabiliter alterius offenditur videatur vel corripitur. Sic pacienter tulit ysaac et sic minime quando abraham pater eius voluit ipsum immolare Gen xxii. Joseph pacienter tulit iniuriam quam ei fratres ipsius intulerunt citra pacem illata sibi ab eisdem fratribus iniuriam ~~quam ei fratres~~ clementer indulsit Gen xxxvii et l. Cito orauit moyses pro maria sorore sua que eum offenderat murmurando Num xii. David persecutorem pacienter sustinuit quem ei ipsius filius inferebat ii Reg xv. Thobias pacienter tulit consortionem uxoris opprobria Tho ii pater et uxor ibidem. Pacienter debent sic fieri et subditi si aliqua molesta recipiunt a dominis et prelatis. Domini etiam et prelati pacienter sustineant si aliqui a subditis offenduntur. Nam miphiboseth pacienter tulit iniqua iniquitatem quia david tulit eum cum ii Reg xviiii. Una mulier in adulterio deprehensa scribarum et phariseorum accusationem sustinuit et nichil accusata audit ipsius ecce ne lapidaretur misericordiam liberauit Johannis viii. Similiter prelati et domini debent esse pacientes si aliquando offenduntur a subditis. Nam moyses pacienter murmur populi sustinuit et misit aaron intercedere pro eis Num xvi. Sara pacienter sustinuit contumeliam ab ancilla sibi vituperose illatam Tho iii. Pacienter debet homo tribulationes et penas a deo inflictas vel pro deo et eius fide susceptas sustinere. Sic thobias excecatus pacienter sustinuit et portauit Tho 2 et 2. Job fuit paciens perdendo sua filios et quasi se ipsum per quem infirmitatem qua nichil uxore et amicis plus inferentibus desolationes quam consolationes Job per totum. Alacrem pacientiam habuerunt tres pueri in fornace qui noluerunt ydolis ymmolare Dan iii. Eleazarus dura sustinuit pro observancia legis cruciatus Machabeorum vi. Septem fratres cum matre coram rege in eorum tormentis mirabilem pacientiam habuerunt ii Machabeorum vii. Pacienter ferentes iniurias non debent ultionem querere de offensis licet ipsi valeant vindicare. Nam saul noluit sustinere quod viri qui ei detraxerunt occiderentur in detractionis vindicta i Reg xi. Noluit david occidere saulem persequentem eum licet pluries potuisset i Reg xxiiii. Sic etiam david noluit quod abysai eum de semei qui ei maledicebat vindicaret ii Reg xvi. Helizeus etiam non permisit quod viri occiderentur qui venerant capere eum sed plene ipsos refectos libere abire permisit iiii Reg vi. Non solum vindictam non debet homo querere de offensis sed offendenti debet ex corde dimittere non solum semel sed pluries. Nam petro querenti quotiens dimitteret proximo respondit christus non solum septies sed usque septuagesies septies Mat xviii. Ad paciencia portandum et ultionis iniurias dimittendum inducit nos christus exemplo servi nequam cui dimissa fuerunt x milia talenta Mat xviii. Paciencia confert humilis ~~humilis~~ humilis et benigna responsio. Sic etiam dura et aspera irritat iniuriosum quia responsio mollis frangit iram. Sermo durus suscitat furorem. David quia ad duram responsionem nabal fuit perditus ad humilem responsionem abigail mirabiliter est

Cominado de

placatus 4 Reg. xxv. Filii Effraim intendentes arcum Gedeonem sedati sunt propter eius humilem responsionem Judic. viii°. Et Roboam non consilium senum renuens responsum populo reddidit in impacienciam et indignacionem populum ad indignacionem 3 Reg. **Paciencie exemplum** habemus a Christo maxime ut credimus. Nam legimus quod ... pati venerat Judeos pluries deliquisse novimus Luc. iiii°. Joh. viii. Exemplum eciam paciencie habemus a Christo tempore passionis qui in paciencia sustinuit verbis et factis in verbis detractores contumeliosos et contumeliosos in factis illusionibus verberacionibus crucifixionis et mortis Mt. 26. 27. Luce 22. 23.

De paupertate et inopia Capitulum 98

Pauperes spiritu debent
Inductiva detestationum et aliarum, destructiva federationum. Societas malorum vitan-
da est ne homo cum eis malus efficiatur. Ideo salubriter recessit Abraham de Caldea
ubi erant homines ydolatre Gen. xi. Non solum corpore sed et mente dicit glossa vitare malam soci-
etatem. Ideo dominus dixit ad Abraham cum iam exisset corpore: egredere de terra tua Gen. xii. No-
luit probus ambulare ad sceleri licet esset placatus et signa dilectionis ostenderet Gen. 33. Reversi placatus
filiorum Israel voluerunt cum eis edificare sed ipsi soli vos bono consilio noluerunt Esdre 4. Cum irent
omnes ad simulacra Thobias solus fugiebat in Jerusalem vitans eorum consortia Thobie 1.
Societas mala causa est perdendi consolationes divinas. Nam donec Abraham fuit
inter Caldeos non legitur aliquas consolationes habuisse sed illis relictis habuit plures Gen. xii.
et ideo fugiente Jacob malum fratrem dominus multiplicavit eum confortavit Gen. xxviii. **Societas
malorum** ducit homines ad magna pericula. Nam propter societatem et habitationem quia Loth
habuit cum illis de Sodomis debellatus et captus fuit Gen. xiiii. Ideo precepit Moyses recede-
re de tabernaculis impiorum ne cum eis perirent Num. xvi. Occasione Achor qui tulit
de anathemate fuit populus in prelio superatus Josue vii. Propter quosdam qui commiserunt facinus
fuerunt quasi omnes filii Beniamin destructi Judic. xx. Propter quosdam malos de domo Saul
facta est fames in terra donec occisi fuerunt ii Reg. xxi. Josaphat bonus fuit sed occisus in-
dens cum Achab ad prelium 3 Reg. xxii. Homo dei dixit ad Amasiam quod debellaretur si
iret cum Israel qui tunc erat malus 2 Paralip. xxv. Cum Judas Machabeus fuit sociatus bonis
ut fugit et non fuit debellatus 1 Machab. ix. **Societas malorum** causa est multarum in-
iuriarum. Nam Loth multas iniurias et iacturas sustinuit a Sodomitis cum quibus habita-
bat Gen. xix. Judei mali sic concitaverunt bonos ut Paulum facerent lapidare Act. xiiii.
Demetrius argentarius in Epheso omnes bonos turbavit Act. xix. **Societas mala**
causa est peccatorum multorum. Nam Jonadab qui habuit Amnon cum pravis dedit consilium quod
opprimeret Thamar sororem suam ii Reg. xiii. Multi pravis nefactis rebellionem propriam adhese-
runt Absoloni regi suo rebellaverunt ii Reg. 17. Ozias fecit malum coram domino quia erat ge- Ochosias
ner et sequens domum Achab pessimi iiii Reg. 8. Amicicia duorum seniorum malorum fuit
causa mali imponendi Susanne et mortis eorum Dan. xiii. Petrus qui fuit tunc iustus prius
quod Christum negavit quia cum discipulis est confessus Mat. xxvi. Helymas magus querebat
avertere proconsulem a fide ideo et assidebat Act. xiii. **Societas malorum** facit eos con-
cedere populo dei Num. xxii. Adonisedech et quatuor reges concordes fuerunt contra Gabaoni-
tas qui fecerant pacem cum Josue. Jabin rex Asor et 30 reges contra Josue et filios Israel
pacem facere et concordiam Josue. Madian et Amalech et ceteri orientales contra populum dei
concordaverunt Judic. vi. In passione Christi Herodes et Pylatus facti sunt amici Luc. xxiii.

De spe et longanimitate Capitulum CXXV.

Sperare debent homines
peccatorum remissiones licet differantur
devotorum consolationes quando tribulantur
triumphorum coronaciones quando preliantur

Sperare debent homines et expectare bonum promissum licet differatur. Nam
multis annis expectabat Abraham filium quia centenarius erat quando natus est
Isaac Gen. xxi. A promissione facta Abrahe usque ad ingressum seminis sui in terram promis-
sionis fluxerunt anni 430. Expectabat Symeon in Jerusalem consolationem Israel et adventum
promissum Christi Luc. 2. Ascensurus Christus in celum precepit apostolis ne discederent sed expectarent
promissionem Act. 1. **Sperare debent tribulati** tempore consolationis. Nam
dum Israel flagellatur longo tempore in Egipto et in deserto … venerunt ad terram pro-
missionis que erat patribus repromissa ut Exo. 2. Item propterea afflictus corpore orbatus

filiis spoliatus reliquis dicebat Job Si occiderit me in ipso sperabo Job xiij Increpantibus Thobie irridentibus eum et dicentibus Ubi est spes tua respondit filii sanctorum sumus et vitam illam expectamus quam daturus est deus hiis qui non mutant fidem suam ab eo Thobie ij Susanna cum esset morti adiudicata erat cor eius fiduciam habens in domino Dan xiij Unus illorum vij fratrum cruciatus a tyranno ait de celo membra ista possideo sed propter dei leges hec ipsa despicio quia ab ipso me recepturum spero ij Machab vij **Sperare de deo** victoriam docemur in bello Nam filii Israel contra tribum Beniamin superbientes debellari sunt tandem sperantes in domino victoriam habuerunt Judic xx Dixit david philisteo Tu venis ad me cum gladio et hasta Ego autem venio ad te in nomine domini Sperabat enim per deum victoriam obtinere et sic factum est primi Regum xvij

De Stragibus hominum diversis Capitulum C.xxvj

Strages fiunt et multe valde De delinquentibus pro malefactis ut puniantur / De non credentibus veris indiciis ut confidant / De innocentibus dei iudiciis que ignorant / Strages hominum concedit deus fieri propter varias causas. Nam terribilis strages hominum et animalium facta est tempore diluvii quando soli octo anime relicte remanserunt Gen vij Item multi homines perierunt diversis plagis in Egipto et in mari rubro Exodi xiiij Exodi primo sexcenta milia hominum bellatorum et fortium a xx annis supra mortui sunt Num xiiij Non intraverunt terram promissionis nisi duo scilicet Caleph et Josue sed omnes perierunt in deserto propter peccatum eorum Occasione uxoris levite lxv milia hominum sunt mulieres et pueri sunt occisi Judic xx Propter superbiam numerationis populi per david ceciderunt lxx milia virorum ij Reg xxiiij **Strages magna** facta est de infidelibus a fidelibus adiuvante deo Nam magnam cedem fecerunt filii Israel de Madyanitis ad preceptum domini quas ceperunt que fuerunt xij milia virginum omnes autem mulieres corrupte et viri sunt occisi Num xxxi Tempore Josue sunt occisi infiniti homines infideles terram illam inhabitantes cum in castris Josue per totum Temporibus debbore Gedeonis et Jepte multi sunt occisi ut patet Judic per totum Item Philisteo Sabaoth multi philistei sunt occisi ij Reg xviij Adversus Balthasar vj milia hominum perierunt Et cxx milia fugaverunt cum datum a deo ij Machab viij Item prelia que gessit Judas Machabeus contra Appolonium et Seron principes exercitus eius de quibus habetur j Machab iij Legitur xij habuisse victorias ab viij capitulo ij Machab usque ad finem in quibus multa milia hominum sunt occisi In primis ceciderunt de hiis qui erant cum Nicanore ix milia Item ea de hiis qui cum Thymotheo et Bachide xx milia Item ea in duobus vicinis Arabibus et filiis xx milia consequenter ad Thymotheo xx milia Item cum lysia xij milia deinde in Carnion fortissima civitate xij milia Item in Ephron xxv milia Item in castris Anthiochi Eupatoris viij milia Item ad Nicanorem xxx milia Simul omnium occisorum cc xxxv milia hominum **Strages hominum** facta est aliquando occulto iudicio dei aliquando etiam de bonis Nam magnam stragem fecerunt illi quattuor reges qui debellaverunt quinque reges licet eorum nullus non puniat Gen xiiij In diebus heli qui fuit capta archa tradiderunt de Israel pugnatorum xxx milia j Reg iiij Contra Zara regem Juda habentem in exercitu suo ccclxxx milia pugnatorum Ethiopes qui decies centena milia et vicerunt Ethiopes adiuvante deo ij Paralip xiiij Phacee filius Romelie occidit una die de Juda centum et xx milia bellatorum ij Paralip xxviij Tempore superbi Aman ceciderunt in regno Asweri lxxv milia Judeorum Hester ix Quando Anthiochus recepit plures in Egipto sunt interfecti lxxx milia et vincti xl milia et non minus venditi ij Machab v Occisi cum Judas cum multis et reliqui fugerunt primi Machabeorum nono etc

De superbia et vana gloria Capitulum C.xxvij

ceciderunt

Phacee

Superbi et vanagloriosi sunt | Contra suis superioribus inobedientes / A suis superioribus cito discedentes / Dedignanti in omnibus bonis consistentes | Superbi sunt inobedientes deo et suis maioribus Nam primus homo propter excellentiam quam appetiit cum audisset Eritis sicut dii etc.
de ligno vetito comedit et deo inobediens fuit Gen iii^o Agar ancilla cum se concepisse
concepisse se videns despexit dominam suam Gen xvi Pharao superbus nolens deo obedire di-
xit nescio dominum et israel non dimittam Exo v Rebellio et inobedientia Chore et complicum
ex superbia magna processit Num xvi **Superbia et elacio** ducunt homines ad
depressionem et humilitatem quia qui se exaltat humiliabitur et qui se humiliat exaltabi-
tur. Nam superbi volentes edificare turrim habuerunt confusionem linguarum Gen xi Graviter
fuit punitus pro elacione david qui numeravit populum ii Reg xxiiii^o Aaman qui — Aman hest 50
volebat ab omnibus adorari fuit in patibulo suspensus Hest vii Baltazar pro superbiam
mortuus est et darius ei successit Dan v Nabuchodonosor propter superbiam suam depositus est de
solio suo et gloria sua ablata est Dan v Nicanor ita erat superbus quod credebat pu-
deos angelos ipsos in campo videbat et tamen fuit debellatus Machab viii^o fugatus tur-
piter Anthiochus de qua fide superbe locutus est sed deus percussit eum plaga insanabili
ii Machab ix Herodes superbe indutus cum populus clamaret et voces dei habita ab angelo
est percussus Act xii **Superbi desiderant** gloriam et honores Nam Saul petiit — 12
a Samuele coram senioribus honorari i Reg xv Populi ad custodiam terre dixerunt
faciamus nobis nomen grande i Machab v Contra gigantes de prima genitura quod
ffraym natus est ante Baal Gen viii^o Esau ante iacob Gen xxv Manasses filius — Abel
Joseph antiquior effraim qui tamen habuit benedictionem dextre Gen xlviii^o David fuit mi-
nor fratribus i Reg xvi Adonias natus est ante Salomonem et tamen Salomon obtinuit
regnum iii Reg ii **Superbia** est causa multorum peccatorum Nam voluntas domina-
di quam habuit Roboam timens ne populus redderet ad domum david fecit eum ydolatrare
iii Reg xii Post victoriam habitam de Arphaxat Nabuchodonosor amplius elevatum est cor eius
et civitates gentes et regna destruxit Judith i Anthiochus superbe intravit sanctifi-
catum cum superbia et accepit altare aureum i Machab i Althimus superbe et false accusat
iudam et populum iudeorum Machab vii Discipuli cum gloriarentur dicentes demonia eis
subiciuntur nobis Christus respondit videbam sathanam sicut fulgur de celo cadentem sic et
nos ad peccata trahet Luc x **Superbi sunt** dedignantes etc. Nam Amalech per-
cussus a iuvene vocavit armigerum suum dicens percute me ne dicatur quod a femina
occisus sim Judic ix Nicanor iudeis dicentibus Est deus potens in celo qui iussit
custodiri sabbatum indignatus respondit Et ego potens in terra qui impero nego-
cia Regis ampliari Machabeorum ii xv.

De suspicione et falsa credulitate Capitulum Cxxviii

Suspiciosi sunt | Uxore zelantes male cogitantes / Falsorum credentes atque opinantes / Honorum proximorum prave iudicantes | Suspiciosi sunt zelotipi de suis uxoribus Nam cogitavit Abraham quod non erat timor
dei in civitatibus et quod occideretur propter uxorem suam Gen xx Rex fuit suspectus
contra Aman et ille iacet super lectum Hest rogans eum pro salute sua dixit
rex quod reginam volebat opprimere Hest vii **Suspiciosi sunt** ut plurimum fla
credentes Nam suspicatus est laban quod iacob esset furatus deos quos et scrutatus
omnem supellectilem suam et tamen furat rebecca Gen xxxi Jacob videns tunicam
tinctam sanguine credidit Joseph esse mortuum Gen xxxvii Fratres Joseph introducti
ad comedendum crediderunt quod vellet eos subiugare servituti Gen xliii Cum missi

missi

Sampson in domum patris sui pergens uxorem quam acceperat credentes quod odio repudiasset
eam et tradiderunt eam alii Iudic. xv. Videntes discipuli ambulare dominum super mare
putaverunt fantasma esse Mat. xiiii. Discipuli timebant Paulo adherere suspicantes
eum non esse discipulum Act. ix. **Suspiciosi omnia** bona sua vertunt in malum.
Nam Heli videns non sentiens estimavit eam esse ebriam i Reg. i. Misit David nun-
cios ad consolandum regem Amon super mortem patris principes autem eius suspicati
sunt quod causa explorandi venisset ii Reg. x. Cumque Jeremias iret ad terram Benia-
min custos porte ei imposuit quod ad Caldeos iret Jer. xxxvii. Tortores qui Eleaza-
rum torquebant arbitrati sunt verba eius ex superbia ii Mach. vi. Phariseus qui invi-
taverat Christum videns mulierem flentem supplicantem et murmurat Luc. vii. Alius pha-
riseus videns publicanum orantem suspicatus credidit de eo malum Luc. xviii. De
apostolis variis linguis loquentibus dicebant Iudei quod musto ebrii Act. ii. Bar-
bari videntes viperam pendentem ad manum Pauli et non aliquid mali sentientem credi-
derunt eum esse homicidam et magnum Actuum xxviii.

De temptatione quod deus temptando probat homines Ca^m C xxix.

Temptat deus homines
- In voluptatibus sunt obsequentes et credendo
- In prosperitatibus se corrigentes bene vivendo
- In adversitatibus sunt patientes non murmurando

Temptat deus ho-
mines ut probet si sit ... et obediens vel sibi
credat. Sic temptavit Abraham et dixit ei Tolle filium tuum et offer illud etc. Gen.
xxii. Dixit dominus ad Philippum Unde ememus panes ut manducent hii? hoc autem
dicebat temptans eum. Ipse enim sciebat quid esset facturus Joh. vi. **Temptat**
homines prosperitatibus temporalibus et spiritualibus utrum bene faciant. Sic temptavit
populum in deserto Ecce pluam vobis panem de celo colligat singulis diebus quod suffice-
re possit ut temptem populum utrum ambulet in viis meis vel in lege mea Exo.
xvi. Loquente domino Moysi cunctus populus audiebat voces videbat lampades
ardentes et montem fumigantem et dixit Moyses ut probaret vos venit do-
minus ut non peccaretis Exo. xx. **Temptat deus** homines seu probat tri-
Delenit bulationibus utrum patientiam et virtutem habeant. Ideo non debent sentientes
dentes de tam punitionibus ut per ipsas probat. Ita si custodierunt eius mandata
Iudic. ii. Dereliquit dominus Ezechiam ut temptaretur et scirentur omnia que erant
in corde eius quando venerunt nuncii regis Babilonis ad eum ii Paralip. xxxii.
Pro quo Thobias fuit cecatus deus habuit temptationem ... permisit domino
evenire illi ut posteris eius exemplum patientie daretur Thob. ii. Judith dixit
tempore obsidionis Holofernis memores esse debetis quomodo temptati sunt patres ut pro-
barentur si vere colerent eum Judith viii. Job post multas tribulationes dicebat
probavit me quasi aurum quod per ignem transit Job xxiii. Probavit Christus Petrum ambu-
lantem super mare per ventum validum scilicet tribulationum Mat. xiiii.

De eo quod homo non debet temptare deum Ca^m C xxx.

Temptare non debet homo deum
- Se exponendo ad magna pericula cum desperatione
- Petendo temporalia miracula

Temptare non debet homo deum exponendo se periculis sic desperatus omnibus obsisti-
natis. Sic deus non permisit non nocebat nichil. Ideo Abraham ingrediens
Egiptum prudenter tacuit Saram esse uxorem suam ne se et illam
discrimini poneret Gen. xii. Simile fecit idem Abraham Gen. [illegible] et Isa-
ac eciam fecit idem Gen. xxvi. Nisi enim sic fecissent deum quodammodo temptassent

ut dicit doctor Greg. Aug. Quia semel superati filii israel iterum opposuerunt se filiis te-
ptatores deum et ducentes archam domini fuit archa capta et ipsi debellati. Reg. 4.
Iactabat david se ignaturum per saulem quia unctus erat a samuele Ro tamen quinto
non acceptavit ut angelus eriperet eum sed permanet inter et beatum aspiciendum tenuit
Saraa cum angelus cum ato liberare potuisset. Tho. 3. Salvator temptatus ut se de pinna-
clo templi precipitaret audit dyabolo Scriptum est non temptabis dominum deum tuum et potuit
tamen aliter descendere ut non exponeret se periculo. Mat. 4. Luc. 4. Paulus cum posset exceptare
et mandato evadere voluit tamen per sportam dimitti de muro. Act. 9. Cum tribunus vel-
let facere paulum torqueri dixit se esse civem romanum. Act. 22. Cum licet iniquum
iudicem cesarem appellavit. Act. 25. **Temptant deum** obstinati et peccatores
tempore eorum prudentes Sic populus israel temptavit multociens deum in deserto. Nu. 14. Ozi-
am qui statuerat populo tempus reprehendit iudith dicens Qui estis vos qui temptatis
dominum. Iudith 8. Iudeis querentibus si licet tributum dari cesari ut ihesum caperent in
sermone Cognita ihesus quid me temptatis ypocrite ostendite mihi etc. Cognita eius eorum
nequitia. Mat. 22. Cum eiecisset ihesus demonium et locutus esset mutus. Quidam
temptantes querebant signum de celo. Luc. 11. Unde increpans dixit petrus zaphire uxori
sue Anane Quid convenit vobis temptare spiritum dei. Actuum quinto.

De Temptatione dyaboli Capitulum CXXXI.

Temptationi dyaboli non est credendum
- Quia sagittat cum fraudulencia licet offe(rat)
- non est credendum quia mediante verba laborat licet prefe(rat)
- Non est obsequendum quia tenacit cum violencia licet ipse
- Sed est resistendum perimitur et cum prudencia illam resiste

Temptat dyabolus sagaciter et cum fraudulencia Nam in serpente callidus humanum
genus temptans incepit a parte debiliori id est a muliere Item exemplando a longe incepit
et non excerrupto comedere pomum suasit Item non temptavit mulierem de peccato ad ce-
millam licet inclinaverit sed esu pomi suavis et de agnoscere sciendi et de digni-
tate maiori. Gen. 3. Sagaciter consurgens sathan contra israel cum incitavit david ut
faceret populum numerare. 1 Paralip. 21. Sagaciter dyabolus permanet morte et eum misit in cor
ut traderet eum iudas. Ioh. 13. **Temptat etiam dyabolus** mentiendo et vani
pallio ostendendo Nam negavit penam transgressionis Dicens Nequaquam moriemini et eri-
tis sicut dii scientes bonum et malum. Gen. 3. Salvatori ostendit omnia
regna mundi dicens Cui volo do illa et scriptum est enim angelis
suis deus mandavit de te etc. Mat. 4. Luc. 4. Obstinatum temptat dixit petrus Anania
Cur temptavit vos sathanas mentiri spiritui sancto. Act. 5. Temptat etiam dyabolus tribulationes
inferendo Sic precepit temptare Iob in rebus suis filiis et persona. Iob 1. et 2.
Dixit xpistus Symoni Sathan expetiit vos ut cribraret etc. Luc. 22. Tempta-
tiones volentes vincere vir debet sapienter uti et resistendo et non debet aequales reverenciae
homini que credit de eorum vel simili vel maiori esse temptatum sed alieno districto
reverentes ad peccatum provoti sunt. Dan. 13. Temptatores docuit nos vincere dominus
ihesus xpistus in sua temptacione qui fuit temptatus de tribus scilicet gula superbia et
avaricia ad que pertinent omnes temptationes reducuntur et non per potenciam sed per sapientiam et scripture
verba vicit et vincere nos docuit. Mat. 4. Luc. 4.

De Timore dei Capitulum CXXXII.

Timere deum homo debet
- ut possit resistere in persona qui decipiatur
- ut possit desistere ab offensione ne teneatur
- ut possit persistere in dilectione et bono impleatur
- ut possit resistere nequitie quem perimatur

Timere deum homo debet quia nostra ad beatitudinem consumma-
tur non potest esse homo securus

Nam angeli in celo et primi parentes in terrestri paradiso peccaverunt Gen iii. Loth qui inter pessimos peccatores fuit bonus qui cum deserto peccavit inebriatus cum filiabus suis Gen xix. **Timor dei** facit hominem a peccato desistere et peccata cavere. Ideo accusabat Abraham quod Abimelech faciet eum occidi propter Saram dicens cogitavi quod non esset timor dei in isto loco Gen xx. Obstetrices timuerunt deum ideo non occiderunt filios hebreorum Exo i. Junior Thobias qui cupiebat nuptias cum timore dei non intravit ad uxorem usque ad diem tercium Tho vi. Eleazarus noluit vetita manducare sed tormentatus ait domine propter timorem tuum libenter hec patior ii Mach vi. **Timor domini** causa est quod homo bona operetur et diligat deum. Ideo voluit dominus filiis Israel timorem mittere et legem cum tonitruis et igne dare Exo xx. Post transitum maris rubri quia timuit populus dominum crediderunt deo et Moysi servo eius Exo xiiii. Abdias dispensator domus Achab quia timebat deum abscondit prophetas et pavit eos cum Jezabel volebat eos occidere iii Reg xviii. Plus timens Thobias deum quam regem rapiebat corpora mortuorum et sepeliebat eos Tho ii. Judith vidua quia timebat deum sic operabatur ut nullus de ea loqueretur malum verbum Judith 8. Inter alia de quibus commendatur Job quod esset bonus et iustus et timens deum Job i. Viri timorati sepelierunt Stephanum quod est opus nunc Act viii. Occasione Cornelii deum timentis dixit Petrus in omni gente qui timet deum et operatur iusticiam acceptus est illi Actuum x. **Timorem domini** non habentes communiter puniuntur. Nam homines quos misit rex Babilonis ad habitandum Samariam non timuerunt deum et misit dominus leones qui interfecerunt eos iiii Reg xvii. Jonas qui deum non timuit tempestatem meruit quam nautae videntes timuerunt deum Jone i. Ob hanc causam dicit dominus Timete eum qui potest animam et corpus perdere in gehennam Mat x. Servus qui punitus est servus qui non timens deum non multiplicavit talentum quid fiet de illis qui vivendo luxuriose omnia bona dissipaverunt Luc xv. Valde communiter puniuntur illi qui opera iniusticie [illegible] peccaverunt deum non timentes exemplo sic puniuntur qui opera pietatis et nunc non fecerunt [illegible] xv.

De Timore quo mali timent bonos Capitulum CXXXIII

Timent mali bonos { credentes adesse pugnatoris potenciam / videntes inesse puniatoris sententiam } Timent mali bonos quos sciunt deum esse cum eis et pro eis pugnare. Ideo dixit Abimelech ad Abraham deus tecum est in cunctis que agis iura ne noceas michi Gen xxi. Egipcii insequentes Israel dixerunt fugiamus Israel dominus enim pugnat pro eis contra nos Exo xiiii. Videns Saul quod dominus esset cum David cepit timere eum i Reg xviii. Herodes metuebat Johannem sciens eum iustum et sanctum et deo amicum Mar vi. Timent mali bonos propter vindictas et plagas quas viderunt fieri ab ipsis vel a deo pro eis. Nam princeps quinquagenarius qui tercius veniebat ad Heliam [illegible] quia non fecerunt aliud duo fuerunt ab igne consumpti iiii Reg i. Cum completa esset [illegible] timuerunt omnes gentes [illegible] i Mach vi. Cecidit timor Jude et fratrum eius super omnes gentes propter victorias et pervenit ad regem i Mach iii. Audierunt adversarii que operatus est Jonathas in bello et timuerunt i Mach xii. Postquam Lysias fuit debellatus a Juda voluit pacem cum eo promittens omnia se facturum ii Mach xi. Post tribulacionem mortem Ananie et Saphire erant discipuli in porticu Salomonis ceterorum autem nemo audebat se coniungere illis Actuum v. Facto terre motu Paulo et Sila orantibus in carcere custos carceris tremefactus cecidit Actuum xvi.

De Tyrannorum nequitia Capitulum CXXXIIII

Tyrannorum nequicia apparet

Cum intuitur excellentes eos deprimentes
Gaudet se amare subiectos multa promittendo
Tollitur laticie impotentes eos occidendo
Perseguitur eos clare corrigentes penas inferendo
Amplectitur valde care delinquentes iustos affligendo
Collabitur tormentare morientes malis complacendo

Tyrannorum nequicia est quia intuitur exstirpare omnes quos regere et protegere tenetur. Nam pharao malas vias invenit ut possit extinguere filios israel homines affligendo laboribus et pueros submergendo Exo. i. Abimelech filius Gedeonis ut solus dominaretur lxx fratres suos occidit iudic. ix. Post multa beneficia a david recepta Saul querebat eum ad mortem et occasione ipsius occidit lxxxv sacerdotes i Reg. xxii. **Tyranni** proditores sunt et que promittunt non servant. Nam pharao nequiter multa promisit Moysi que postea non servavit sed in contrarium venit Exo. v. 8. Nequiter et proditorie Tryphon occidit Jonatham cum duobus filiis i Machab. xiii. Herodes simulans se velle adorare Christum volebat occidere et occasione ipsius occidit omnes pueros qui erant in Bethleem et finibus eius Matth. ii. **Tyranni delectantur** in crudelitate. Nam lxx reges amputatis manuum et pedum summitatibus faciebat reliquias colligere sub mensa reliquias iudic. i. Manasses rex iuda effudit sanguinem innocentem iiii Reg. xxiiii. Cum omnes habitatores orbis cogerent honorare holofernem, serenitatem eius non attendentes Judith iii. Aman magis crudelis precipiebat omnes iudeos occidi cum solo Mardocheo precepit Hester iii. Nabuchodonosor fecit occidi filios Sedechie in oculis eius et eum postea excecavit Jere. lii. Nabuchodonosor crudeliter fecit socios Danielis mitti in fornacem ardentem Dan. iii. Effusiones sanguinis et multa alia mala et crudelia leguntur de Anthiocho i Machab. i. Lysias Anthiochum et Lysiam Demetrius voluit occidere sed iussit occidi i Machab. vii. Immo crudelitatem fecerunt tyranni iussi ab Anthiocho in Eleazarum et septem fratres ii Machab. vi et vii. **Tyrannorum iniquitas** crescit in reprehendentes et corrigentes eorum vitam. Nam propter Jeroboam apprehendi prophetam qui arguebat eum iii Reg. xiii. Achab fecit poni Micheam in carcere et sustentari pane et aqua quia eum arguebat iii Reg. 22. Occidit Zachariam filium Ioiade prophetam arguentem eum sicut erat et filium Ioiade a deo iiii Reg. xvi. Nabuchodonosor percussus plaga propter superbiam suam et blasphemiam nativam multos occidit Exo. i. **Tyranni bonos opprimunt** et malos absolvunt. Nam Jezabel fecit heliam qui ad mortem et prophetas Baal volebat salvare quos tamen helias occidit iii Reg. xix. Naboth bonus lapidatus fuit procurante Jezabel sed non alii testes qui fuerunt contra eum iii Reg. xxi. Anthiochus Menelaum sacrilegii accusatum absolvit et accusatores occidit ii Machab. iiii. **Tyranni** ad peticionem malorum opprimunt bonos ut malis complaceant. Nam ad peticionem principum propter Sedechiam Jeremiam incarcerari Jere. 38. Andronicum rogatum et excitatum a Menelao occidit Oniam summum sacerdotem ii Machab. iiii. Herodes Johannem iniustum ad petitionem saltatricis decollari fecit Matth. xiiii Marc. vi. Pilatus in Christo causam non inveniens mortis ad peticionem sacerdotum ipsum flagellatum occidit Luc. xxiii. Occidit Herodes Jacobum et videns quod placeret iudeis incarceravit et petrum Actuum xii. Ad peticionem questuariorum magistratus fecerunt Paulum et Silam flagellari Act. xvi.

De Tribulacionibus et earum utilitatibus Capitulum CCCXXXVI

Tribulacionum effectus sunt
- patientes confortare adducendo consolacionem
- delinquentes demonstrare ostendendo deviacionem
- penitentes amare inducendo ad contricionem
- sustinentes coronare removendo indignacionem
- impenitentes conturbare confundendo punicionem

Tribulaciones pariunt prosperitates scilicet consolaciones et prosperitates. Nam ioseph plus crevit in exilio et prosperatus est plus quam si fuisset
inter fratres suos Gen xli. Quanto magis pharao filios israel affligebat plus multiplicabantur
et crescebant Exo i. Heliam persecutam a iezabel angelus confortavit et panem et aquam
ostendit iii Reg xviii. Excecatum et derisum Thobiam deus multiplici consolatus est
Tho. vi. Job sustinuit tribulaciones in rebus in quibus fuit spoliatus in filiis in quibus
fuit orbatus in persona vel in corpore in quo fuit plagatus et in anima verbis
uxoris et amicorum iniuriatus et quia hec omnia paciencia portavit Job multas conso-
laciones recepit Job penultimo. Ezechiel in medio captivorum vidit mirabiles visiones
ubi fuit mirabiliter letatus Ezech i. Pueri in camino ignis receperunt angelicam
consolacionem cum quibus Nabuchodonosor vidit similem filio dei ut appareat deum esse
cum tribulatis Dan iii°. **Tribulaciones** veniunt aliquando propter peccata hominum. Nam
tribulati fratres ioseph dixerunt merito hec patimur quia peccavimus in fratrem nostrum ioseph
ideo venit super nos tribulacio Gen xlii. Item post obitum Jude Machabei sur-
rexerunt iniqui peccatores facta est fames magna i Mach ix. **Tribulaciones**
aliquando ducunt homines ad penitenciam et contricionem. Nam filii israel afflicti a philisteis dixe-
runt peccavimus Jud x. Videns Daniel tribulaciones populi propter peccata elacionis sue hu-
militer recognovit culpam suam et petivit penitenciam i Mach (?) iiii. Nabuchodonosor com-
mutatus in bestiam recuperavit sensum suum et penitens laudavit deum ii Mach (?) i (?) …
Tribulacionum remedium est oracio. Nam in tribulacionibus clamaverunt ad te
et tu exaudisti eos Neemie ix. Susanna in desperacione mortis posita non habens reme-
dium ad dominum adiutorium flens oravit et suspexit in celum Dan xiii. Dum a ca-
sibus (?) … non elevet se in altum et velit
inbuit (?) … et in ea posita … recepit (?)
… celum Dan xiii°. **Tribulaciones** permittit deus sustinere bonos a malis
ut magis mereantur. Nam propter veritatem quam Jeremias populo predicabat fuit percussus
et incarceratus Jer xxxvii. Zacharias (?) … factum erat ab impiis in omnibus conatibus
qui sacrificare nolebant i Mach vi. Natus in mundo dominus passus est et cito persecutus
ab impiis qui compulsus est fugere in egiptum Mat ii. Lapidato Stephano facta
est persecucio in apostolos et dispersi fuerunt per mundum predicare Act viii. Propter quosdam sua
Paulus passus est multas tribulaciones a judeis. Nam primo voluerunt capere
eum sed dimissus est in sporta per murum Act ix. Item Paulus et Barnabas eiecti
sunt de finibus eorum et excusso pulvere de pedibus Act xiii. Item cum te listris prius recepe-
runt honorem postea lapidatus est Paulus Act xiiii. Occasione puelle divinantis
Paulus et Silas fuerunt cesi et incarcerati Act xvi. Multas alias persecuciones et tri-
bulaciones eorum require in actibus apostolorum usque ad finem libri. Ab adventu spiritus sancti
usque ad persecucionem plurimus sub Domiciano fluxerunt anni circiter l. et in toto illo
tempore plures non fuerunt tot et tantas tribulaciones. Hec tamen ecclesie profuit quia cum fuit
in exilio in pathmos relegatus Apocalipsim fecit per totum.

De veritate que parit odium Capitulum CXXVI

Veritas parit odium
- cum de offendiculis bona quis loquatur
- cum de delinquentibus quisquam corrigat
- cum perversis gentibus quis se commisceat

Veritas odium parit cum quis bona et de iniquis illic an loquitur. Nam si Balaac rex moab multum dolebat quia Balaam benedicebat dei populo
hec esset bona. Hec enim tamen honoravit quidem eam detineat honorem Num xxiiii°

iratus est Saul contra Jonathan quia veritatem dicebat excusando David i Reg. xx. Cum Achior dixisset veritatem de populo Israel indignatus Holofernes voluit eum occidere Judith v. Maledixerunt Judei ceco nato et eiecerunt eum extra synagogam quia veritatem dicebat de Christo Joh. ix. **Veritas parit odium** quia reprehenduntur et arguuntur mali. Propterea Jonathan filius Gedeonis fugit Abimelech qui oderat veritatem arguendo eum et eos qui eum elegerunt Judic. ix. Achab oderat Micheam prophetam quia dicebat ei veritatem arguendo eum iii Reg. xxii. Cum propheta Ananias increpasset regem Asa iratus rex misit eum mitti in nervum ii Paralip. xvi. Precepit populus lapidare Zachariam et filium Joiade quia arguebat eum et prophetabat veritatem ii Par. 24. Quia Johannes Baptista arguebat Herodem pro veritate iussus est incarcerari et decollari Mat. xiiii. Mar. vi. Odiebant Pharisei Christum veritatem loquentem et quia reprehendebat ypocritas Luc. xi. **Veritas parit odium** in malis hominibus propter eorum perversitatem. Unde quia Jeremias predicabat veritatem missus est a principibus in lacum ubi non erat aqua Jeremie xxxviii. Pro eo quod Daniel dixit Bel et draconem non esse deos missus est a principibus inter leones Dan. xiiii. Verbis veris Eleazari in veritate ubi sunt impii qui in eum fuerunt iniquiores ii Macha. vi. Principes sacerdotum cesis denunciaverunt apostolis ne in nomine Jesu veritatem loquerentur Act. v. Audientes Judei verba Stephani dissecabantur cordibus et stridebant dentibus in eum Act. vii. Multos adversarios habuit Paulus pro veritate quam predicabat Act. xx.

De unitate et communione Capitulum C.xxxvii

Unitas et concordia est
- Deo placabilis atque graciosa
- Malis odibilis bonis optata
- In bello stabilis et victoriosa
- In quibus eligibilis hec est fructuosa
- Vite perfectibilis et religiosa

Unitas multum placet deo et sibi plurimum graciosa est. Ideo ex uno homine voluit humanum genus procedere ad ostendendum quam grata sit ei unitas in pluribus. Unde Augustinus ait Creare voluit unum unde multitudo propagaretur ut hoc monitu unitas in multis propagaretur Gen. i. **Uniti** debent esse homines ad bonum sed non ad malum. Unde populus Israel unitus fuit ad recipiendum legem Exo. xix. Auditis a Moyse verbis respondit cunctus populus una voce cuncta que locutus est dominus faciemus Exo. xx. Ad fabricandum templum et vestes sacras obtulit multorum populus unanimiter mente Exo. 35. Congregatus est omnis Israel quasi vir unus ad plateam et dixerunt Esdre ut afferret librum legis Nee. viii. Cum exposuisset Achior verba Holofernis omnis populus cum lamentatione et fletu preces domino effuderunt Judith vi. **Uniti** et non divisi debent esse homines in bello temporali et spirituali. Unde congregatus est omnis Israel quasi vir unus ad pugnandum et vindicandum flagicium uxoris levite Judic. xx. Congregati sunt omnes quasi vir unus ad succurrendum fratribus in Jabes Galaad i Reg. xi. **Uniti debent esse** clerici et seculares in electionibus. Ideo venerunt universe tribus Israel unanimiter ad David in Hebron ut ungerent eum super Israel regem ii Reg. v. Post mortem Jude aggregati sunt omnes unanimiter et dixerunt Jonathe Te eligimus hodie esse nobis principem i Macha. ix. **Uniti et unanimes** debent esse religiosi et apostolici viri. Ideo post ascensionem domini omnes discipuli erant unanimiter in oratione et sic invenit eos spiritus sanctus Act. i. Omnes qui credebant erant simul pariter et habebant omnia communia Act. ii. Post mortem Anania et Zaphira factus est timor in ecclesia et erant omnes unanimiter in porticu Salomonis Act. v.

De voto et eius observancia Capitulum C.xxxviii

Votum et eius observancia — Replecio tormentorum habet efficaciam / Dispersio vovendorum habet efficaciam / Impletio promissorum habet efficaciam — Vovere debent tribulacionibus oppressi ut a tribulacionibus liberentur. Nam Jacob fugiens persecucionem fratris vovit votum domino si fuerit deus meus Gen xxviii. Debellato Israel et ablata ab eo preda votum vovit deo Israel et postea victor fuit Num xxi. Viri qui erant in navi cum Jona tempestatis timentes immolaverunt hostias et voverunt vota deo Jone i. Anthiochus pessimus percussus est a deo insanabili plaga vovit se iudeum fieri ii Mach ix. Votum indiscretum non debet homo facere et si fecerit non debet servare. Tale fuit votum Jepte quod promisit immolare quod primo sibi occurreret Judic xi. Pro indiscreta et mala causa vovit Absolon volens rebellare patri ii Reg xv. Crudele votum et impium fecerunt Judei dicentes devovimus nos nichil gustare donec occidamus Paulum Act xxiii. **Votum facientes** votum debent reddere deo. Anna que vovit pro filio obtinendo statim que obtinuit filium adimplevit votum i Reg i. Locuta est plus cum votum sponte promiserit quia in toto corde quod voverat deo offerebat i Paral xxix. Asa rex Juda que voverat pater suus obtulit in domum domini argentum et aurum ut ostenderet quod vota patris debent reddere filii et heredes ii Paral xv. Rex Artaxerxes precepit Esdre et populo ut facerent munera que promiserat deo i Esdre viii. Omnis populus post victoriam venit in Jerusalem et obtulerunt holocausta et vota sua Judith xvi. Heliodorus flagellatus et per oracionem sanatus hostias oblatas votis reddidit [illegible]

Aza

Artaxerses

De zelo bono contra peccatores Capitulum CXXXIX

Zelus bonus — Arguere palam delinquentes / Graviter punire transgressores — Zelus bonus acuit arguere publice delinquentes. Nam videns Neemias omnia portantes et uxores ducentes alienigenas obiurgavit eos Nee xiii. Helyas arguit populum errantem et prophetas Baal iussit occidi iii Reg xviii. Onias sacerdos zeli arguit et restitit Simoni volenti aliud in civitate moliri ii Mach iii. Amore zelo fiebat Phinees [illegible] Beniamin [illegible] et [illegible] Act xiii et Act xvi. Dominus increpabat dicens scribas et phariseos dicens ve vobis scribe et pharisei et ypocrite Mat xxiii. Gravidi zelo arguebat Stephanus Judeos dicens dure cervice Act vii. Paulus cum [illegible] reprehendit qui dixit o plene omni dolo et omni fallacia Act xiii. **Zelus bonus** est circa [illegible] et punire [illegible] in delinquentes. Zelo [illegible] filii Jacob [illegible] Sychem punierunt Gen xxxiiii. Moyses iratus est pro vitulo facto a populo et tabulas confregit et populum graviter punivit Exo xxxii. Multum placuit deo zelus Phinees qui suffodit adulterantes Num xxv. Precepit Josue Achior lapidari et suppellectilem eius comburi quia tulerat de anathemate Josue vii. Graviter vindicaverunt filii Israel scelus in uxore Levite commissum Judic xx. Hic rex Jehu fuit malus tamen laudatur quia domum Achab destruxit et aram Baal devicit iiii Reg x. Magnus erat zelus Mathathie qui trucidabat homines super aram i Mach ii. Christus eiecit dominus vendentes et ementes de templo facto flagello de funibus Luc [illegible] Joh ii.


Zelus indiscretus est qui procedit non ex scientia caritatis sed ex invidia [illegible] non ex [illegible] caritatis sed ex displicencia [illegible] vanitatis [illegible] denuo. Zelus indiscretus est qui non [illegible] sed ex invidia [illegible] Josue videns duos prophetantes in castris voluit quod Moyses prohiberet eos


castr


Mat xi Male zelabant pharisei pro observacione sabbati qui convivia arguebant xpm
curantem egros mat xii luc vi Johannes Evangelista prohibuit quendam eiicere de-
monia quia non sequebatur xpm luc ix **Zelus indiscretus** et malus
est quando correpcio non procedit ex iusticia sed ira vel ex vindicta sicut Abysai
qui voluit amputare caput Symeon maledicentis David sed David non per- Semei
misit ij Reg xvi Jonas iratus propter ederam desiccatam nolebat quod deus de-
strueret Ninivitas Jone iiij Jacobus et Johannes irati quia illi dominum non
susceperant voluerunt quod ignis de celo descenderet et consumeret non recipientes
sed xpus reprehendit eos luc ix Arguit xpus petrum quia amputavit auriculam
servi quia non erat tempus vindicte sed paciencie mat xxvi Repleti sunt iudei
zelo contra paulum et Barnabam act xiii **Zelus indiscretus** est qui
est inordinatus amor ad personam vel ad rem unam sicut filii prophetarum
faciebant circa heliam in aliquo monte vel valle cum enim deus assum-
psisset iiij Reg ij Cum dominus diceret se passurum a iudeis petrus incre-
pavit eum dicens absit hoc a te mat xvi Pharisei plus zelabant detraccio- tradicionibus
nibus suis quam de divinis mandatis mat xv Emulator erat paulus paternarum [illegible]
tradicionum quando accepit Epistolas ut persequeretur xpianos Actuum xiii

Biblioteca

Venerabili viro domino Jacobo de ... Bernardus solo nomine
monachus vtinam xpo similis rogatus instanter vobis in loco solitudinis
mee composui aliquam generalem et compendiosam librorum bib
lie noticiam conscribere Pro amore vestri cum adiutorio dei finaliter prout
melius aut breuius potui conscripsi que amicabiliter et seriose postulastis non
omnia tangendo generaliter sed aliqua conscribendo particulariter Que in se
ex corde et studiose in speculatis magnum fructum exhibere deo poterit
Vnde sicut ait venerabilis pater bernardus in libro suo de contemplacione
animi Est anima rudis et carnalis de multis ~~cogitat~~ multa scit
pauca Est anima contemplativa et spiritualis de paucis cogitat multa
scit ... Commentator Auerrois in Methaphysica sua dicit Et multo melius est
scire de rebus nobilibus modicum quam de ignobilibus multum Modo ita est quod sa
cra scriptura excedit omnem scientiam quod omnis alie scire de ... ista est
... cognoscere et secundum ista et nulla alia nisi ista ducit in mente ad vitam beatam
que est sola vita sanctorum quia mortem nescit Ideo dicit saluator ad legisperitos
Joha v. Scrutamini scripturas in quibus putatis vos vitam eternam habere Nec est
ad dubium quin ad vitam perducat beatam cum sit quoddam instrumentum per veni
endi ad eternam felicitatem Et finis huius scientie beatitudo eterna est Immo sine
dubio consequentur omnis eam sane intelligentes et secundum sanam ipsius instru
ctionem viuentes secundum quod dicitur Eccli xxiiij Qui elucidant me vitam eternam ha
bebunt Petrus de Riga in aurora sua esse dicit Et omnis scriptura cuius
deus auctor est continet nisi precepta et prohibiciones comminacionibus terret et
allicit promissis precipit enim bonum et prohibet malum comminatur penam et pro
mittit gloriam Vnde doctor egregius b. aug. super Gen. ad litteram dicit Et maior
est huius scripture auctoritas quam omnis humani ingenii perspicacitas propterea eam
tam vtilia studeamus vt videamus quid sit scire et cognoscere illum a
quo dependet celum et cuncta que visibiliter subsistunt, vnum scilicet christum Ex
quo omnia per quem omnia in quo omnia ipsi sit laus et gloria Hanc sanctorum
dorum scriptura in isto sacrosancto et catholico libro qui biblioteca dicitur continetur
Vnde Jeronimus O studiosa anima que scripturas sacras inebriaris dulcedine
Que ipsius epularis delicijs Que illius oblectaris dulcedinis origine
Eam componis in ea contubernium dei maiestatis Hec est per scripturam sacram ho
minibus diuinitus inspirata Que fidelibus tradita est in libris veteris et novi
testamenti et homo constitutus in hac tenebrarum et lacrimarum valle ducitur
ad cognicionem dei conseruatur a malis instruitur in bonis moribus et dirigit
in viam salutis Vnde sicut illud apostolus ad thimo. 3 in epistola enim omnis scriptura
diuinitus inspirata vtilis est ad docendum et arguendum et ad corrigendum
ad erudiendum in iusticia vt homo sit perfectus ad omne opus bonum







par est in verbis …

Nempe gerit flores bernardi nobiliores

par est in verbis id opus odoriferis herbis

Cum non essez circu
exercitio magnopere
occupatus · placuit
michi ut opuscula
viri illustrissimi beati Ber
nardi egregii abbatis Cla
revallensis diligenter inspicere
do percurrerem · et siquid in eis
laudabile memoriaque dignum
precipue de virtutibus excipiens
scripto breviter comendarem nec
defuit voluntati mee divine
gratie auxilium · sine qua nec
cogitare sufficimus bonum Ipa
itaque me preveniente et sub
sequente propositum meum effectui
mancipavi · multa enim plura
quam ab initio decreveram · que
visa sunt michi multum utilia
et dulcedine edificationis re
dundantia · non solum de virtutibus
verum etiam et de vitiis ac ceteris
necnon et quibusdam distin
ctionibus valde utilibus ex libris
predicti viri nominatissimi di
vina mediante gratia colligens
uno volumine coartavi · Verum opus
id quod de diversis rebus mentionem facit
secundum diversitatem rerum de quibus loquitur
in diversos libros distinguitur
et decem librorum tractatibus con
cluditur · Primus liber tractat de
deo patre et filio et spiritu sancto
Secundus de homine et anima Tercius
de prelatis et monachis Quartus
de clericis Quintus de virtutibus Sextus
de vitiis · Quatuor sequentes
libri videlicet septimus Octavus
nonus et decimus de quibusdam

distinctionibus valde utilibus specia
liter loquuntur · In quorum ordina
tione alia vero quam in ceteris observa
vi precedentes aut libri solummodo
propter dissimilitudinem materie · per
se singuli divisi sunt Isti vero non
solum causa materie sed precipue propter
modum et dispositionem capitulorum
inter se differentium ab invicem
distinguuntur Septimi enim libri singula
capitula duplicia quia de dua
bus rebus principaliter agunt Octa
vi vero triplicia · quia de tribus rebus
unumquodque eorum tractat Nonum
aut quadruplicia quia singulorum
quadruplex est causa Decimi
vero capitula possunt dici diversi
loqua · quoniam de diversis rebus qua
libet existit mentio Sciendum autem
quod in quibusdam huius operis
locis non eodem modo nec eodem
ordine · sunt disposite sunt · quo
in libris ex quibus excepte sunt
scripte leguntur · quoniam alibi plus
alibi minus positum est Quedam
enim propter compendiositatem et quia
minus ad rem pertinere videbantur
pretermittendo transmisi · aliqua
vero propter sensus et materie conve
mentiam hinc et inde sumpta
intermiscui Nonnulla etiam raro
tamen in alia verba commutavi · Non
obstante si ad sermonum verba citata
sunt recurres ordinem alicubi
in hoc opusculo minus plus
re vel aliter invenies quam in
textu libri positum est · Novus quod
huiusmodi ordinationis causa
extitit · non ita predicta · Ut autem
inspectis foliis lectori citius
quod voluerit occurrat · in titulis

cuiuslibet capituli cuius sit ineluit est pnotatu Quia vo
de diuisis tractatibus ac variis
eplis presens opus collectum
est et ob hoc diuersas ac
multimodas sententias simul
positas in plerisque locis huius
opis inuenire contingit propter
eu quo tractatu quo sermone
uel qua epla singule sententie
inquirende sint iuxta eas in
capitis inimo est annotatum
ut si forte tanta varietas au
ctoritatum contextum ac inter
rupte ac inordinate materie
quantulacumque discordia stu
diosi lectoris intellectum ob
scurauit aut etiam falsitas
aliqua siue defectus quolibet
mo corrigens ipum impediret
et propter huiusmodi obscuritate
elucidandam ad fonte originale
vn hec desceuderunt recurrere
desideraiuit annotationes ibi
scriptas considerat et sic quo sit
eu ad hec requirenda veterum
agnoscens facilius inuenire va
leat quod querebat Preterea
sup addidi in vltimis huius
opi quedam vera tocius consolatois
plena et sup mel et fauum
dulcia de beatissima virgine
dei genitrice maria Singulis
etiam sermonibus pfati venerabilis
pris excepta que per capi
tula distinguntur cum quibus locis
sunt sumpta per anotationes
ibi iuxta se positas desigui

Incipiunt capitula primi libri

Incipiunt capitula libri octavi

Incipiunt capitula noni libri

Incipit liber primus excerptorum collectarum de diversis opusculis beati Bernardi egregii Abbatis Clarevallensis editus ab episcopo petro Senonense de eo quid est deus in libro de Consideratione Capitulum primum et

Secundum b. Ber. Si insti fuerimus debemus

Quid est deus Qui est
agito quidem Nil compe
tencius eternitati que
deus est Si bonu Si
magnu Si beatu Si sapiente
vel quicquid tale de deo dixeris
In hoc vno restauratur quod est
est Nempe hoc est ei esse quod
hec omnia Si et centum talia
addas · non recessisti ab esse Si
ea dixeris Nil addidisti · Si
non dixeris nichil minuisti · quod
itern deus sine quo nil est tamen
nil esse sine ipso potest · Ipse sibi
ipse omnibus est · et per hoc quo
dammodo solus ipse est · qui sum
ipsius est Et enim esse Sic omnia
in ipso · sic ipse in omnibus · Quis
est deus · Cui secula accesserunt
nec decesserunt · nec tamen coeterna
Quid est deus · ex quo omnia
per quem omnia in quo omnia / quid
est deus / quo nil melius cogitari
potest Non est in deo nisi deus / quod
hoc est veritas · Sapiencia est
deus · Benitas simul bonum
Dominus sabaoth Iudicans omnia
cum tranquillitate placidissimus
Clementissimus pacatissimus Qui
solus sola nescit ignoranciam
Tota lux oculus et qui numquam
aliquem fallitur qua numquam
clauditur qui extra se non quit
lucem ut videat Ipse qui videt
ipse vnde videt / Amat ut cari
tas / Novit ut veritas Sedet
ut equitas / dominatur ut maie
stas Regit ut principium Tuetur
ut salus Operatur ut virtus

Revelat ut lux assistit ut pie
tas Quid ergo deus est quod
aduersos spectat finis quod ad
electos salus · Quod ad se
ipse novit Quis est deus
voluntas omnipotens Benivolentis
sima virtus · lumen eternum
Incommutabilis racio · Summa
beatitudo Creans mentes ad se
participandum viuificans ad
senciendum Afficiens ad optandum
dilatans ad capiendum Iustifi
cans ad promerendum Accendens ad
zelum / fecundans ad fructum
dirigens ad equitatem conformans
ad benivolenciam Moderans ad
sapienciam Roborans ad virtutem
visitans ad consolacionem Illuminans
ad cognicionem · perpetuans ad
mortalitatem Implens ad felici
tatem Circumdans ad securita
tem Inuisibilis et inaccessibilis
in se / in suis spectabilis atque
mirabilis / et solus mirabilis / qui
facit mirabilia magna solus
In consilio magnificus et laudabilis
In iudicio iustus et terribilis / In
regno gloriosus et admirabilis
Hic rector est morum / in iudicio
discretor morum / In regno distri
butor premiorum Totus suavis est
totus salubris est Totus dele
ctabilis est Totus denique
desiderabilis In ipso siquidem
plenitudo graciarum vniuersitas
miseracionis / Inexhausta fons
pietatis Affluencia tota spiri
tualis vngenti Qui omnia
solo verbo et corpora creavit

et spiritus qui de sola voluntate
celer sufficit efficienciam
causa creandis rebus quam
ordinandis prout voluit valet
cui vult quando vult Qui solus
docet tam angelum sive hominem
scientiam instrumento non querit
nec corporee auris set nec sibi
omnibus per se infundit per se
innotescit preter capitur a paruis
Solus nullius indiget Solus et
sibi et omnibus de sola omnipotenti
voluntate sufficiens. Cuius
omnipotenti arbitrio inclinant
presto est / Omne opus omne
altum inclinat / de adversa ce-
dit / omne creatum fovet / doc-
tus movet sine lingua / plectitur vel
tenet sine manibus / sine pedibus
currit et succurrit pereuntibus
solo spirituali nutu cum vult ad
quecumque vult agenda concurrit
Soli deo idem est facere / quod loqui
idem loqui est velle Sic quidem
apud deum nec unum desidet
ab intellectione quia veritas est nec
scientia a bono quia vita est / nec modus
a facto / quia sapientia est O veritas
eternitas caritas O beata et
beatificans trinitas O veritas eterna
patria celestis finis Tu es vera
libertas / tu vita / tu gloria / tu
sufficiencia / tu beatitudo Tu
perfecta et sancta voluntas et
requies beatorum spirituum Quod

**ubique est deus in quibus-
dam Capitulum secundum**

Ubi est deus Quid dixi
superius Deus ubi non est
altior est celo / inferno
profundior / latior terra / mari pro-
fusior Nusquam est et ubique est
quia nec abest ulli / nec capitur
ullo loco / ubique enim regnat /
ubique imperat / ubique maiestas
eius / omnia replet / complectitur
universa / omnia omnibus est / quia omnia
continet / nec quicquam est omnium
preter Nam quod in se est lucem
habitat inaccessibilem / et pax eius
exsuperat omnem sensum / et sapien-
cie eius non est numerus / et magnitudinis
eius non est finis / nec potest eum
videre homo et vivat / non quod longe
ab uno quoque qui esse omnium est
Sine quo omnia nichil Sed et tu plus
intimus et nichil eo presencius est
et nichil incomprehensibilius Quid
namque cuique rei presencius est quam
esse suum Quid cuique tam
incomprehensibilius quam esse omnium
Sane esse omnium dicimus deum
non quia illa sint quod est ille / sed
quia et ipso / et per ipsum et in
ipso sunt omnia Esse ergo est omnium
que facta sunt ipse factor eorum
Tali profecto modo dignatur illa
maiestas suis esse creaturis
Omnibus quidem quod sunt animantibus
quod et vivunt sensu tamen vegetabi-
libus racione vero vivencibus virtus
vincentibus gloria

**Quomodo deus est
in creaturis Inter positione
sive diffusus est Capitulum tercium**

Deus qui ubique equaliter
totus est per suam simplicem
substanciam aliter tamen in racionabilibus cre-
aturis quam in ceteris inspiratur Aliter
in bonis quam in malis est per
efficaciam Ita sane est in
irracionabilibus ut tamen non capiatur

ab ipis vt ronablib3 aut oib3
quide capi pot · per cognicom
Sed a bois tm capit etia per
amorez Iti solis go bois ita
est ut etiaz sit cu ipis pp̄ter
concordiaz volutat/ Nam dū
suas volutates ita subdant
ut deū nō deceat nolle q
ipi volūt/ per hoc q ab eiq
volutate nō dissenciūt/ deū
sibi spalit' iūgut/ Deus quide
equalit' atq indifferent' vbiq3
presto est diuīe vtiq3 pñcia
maiestat' et magītudīe ṽtut'
sue Verū tn̄ ecibitae quibusd
loge quibusdaz pp̄e esse dicit'
angloz dūtaxat et hoim r
ronabliu creaturaz/ Demq3
loge a peccoribus salg Veteru
a sctis pia dispēsacoe ad epq
et nō ex toto/ s3 iuxta aliq'
aliqn longe se facit peccoribus
supnacue/ qz loge est atq in
ita hoc est et in in mia
Quaobrez ad dum orat scus
et dicit Nō declines in ira a
seruo tuo scies qz in mia po
tuit declinaē pp̄e ē dominq
sctis et alctis suis etiaz cū
loge esse videat' et nō eqlit'
oib3/ sed aliqs plus aliqs mīg
pro meritoz diūsitate Quod

vnq est deus. sup cant
ca sermone lxx c̄am iiij

Habet in natura sim
plicissima dei diuītas
quasi vnū respicie multos/ et
q̄i multos vnū/ Nec ad multa nec
multq/ nec ad paucitatē rarū
nec ad diūsitatē diūsus/ nec
restitq ad vnū/ nec anxiq ad
curas/ nec perturbatq seu tur
bulentq ad solicitudie Sed
sane vnū intentq et nō detectq
sit plurib3 et nō distentq Sola
sūma increata natuā qd est
deus/ hāc sibi vendicat mera
et singlarez sue esencie simplitez
et nō aliud et aliud nō alibi
sed nec modo quiq3 et modo
informat' in ea/ nempe in
semet manes qd h3 est semp
et vno modo est in ea et
multa vnū et diūsa in idem
redigant' ut nec de numero
sitate rerū sumat pluralitez
nec altnacom de veritate sē
ciat · loca oia cōtinet/ et
queq3 suis ordinat locis/ nusq3
cōtenta locoq Tempa sb
ea trāseūt nō ei futura nō
expectat · pterita nō recogitat
pñcia nō experit'/ Vnū in deo
sit/ et cū deo/ Magnitudo
bonitas iusticia sapīa Nec
em aliunde bonq qz vnde ma
gnq et bonq nec aliunde
sit/ hec oia est/ qz vnde
h3 hoc quoq3 nō nisi in seipo
Multa dicūt' in deo esse/ et
quid est sane katholice qz/
sed multa vnū verbo causa
dicimq bonū · magnū · iustū
et innūa elia Sed hec oia
vnū in deo et cū deo/ deus
ipse catholice est tam nō
h3 hoc et illud/ per quam
nō h3 hec et illa Et qui ē
nō que est · pura simplex
integer pfectus constans

sibi nil de temporibus, nichil de
locis, nil de rebus trahens in
se, nil ex se deponens in eis,
non habens quo ad numerum dividatur,
neque que colligat ad unum.
Unum quippe est, sed non unitum.
Non partibus constat ut corpus,
non affectibus distat ut anima,
non formis substat ut omne quod
factum est. Ipse forma sibi, ipse
sibi essentia est. Non est formatus
deus, forma est. Non est
affectus deus, affectio est. Non est
compositus deus, merum simplex est.
Simplex idem quod unum. Tam
simplex deus quam unus est. Est
autem unus, et quomodo aliud nil.
Si dici possit, unissimus est. Unus
est sol et non alter, una luna
quod eque altera non sit. Atque
illud quidem, deus sed plus. Quomodo
plus? Unus est et sibi. Et hoc
vis tibi declarari? Idem est sibi
et unimodus. Non sic unus sol, non
sic una luna. Clamat uterque
non esse se unum sibi, ille suis
motibus, illa etiam defectibus
suis. Deus autem non modo non unus
sibi, sed in se unus est. Nichil
in se nisi se habet. Non ex tempore
alterationem habet, non in substantia
alteritatem. Hinc de eo Boecius:
Hoc vere unum in quo
nullus est numerus, nullum in eo
aliud preter idem. Compara unitati
huic omne quod unum dici potest, et
unum non erit. Ex eo quod trinus
est deus et de unitate
trinitatis, quia tres persone una
substantia sint. In quinto
libro de consideratione
capitulum octavum.

Deus trinus est, deus tamen
et singula persona. Quid ergo
destruimus quod dictum est de unitate,
cum inducimus trinitatem? Non, sed
statuimus unitatem. Dicimus patrem,
dicimus filium, dicimus spiritum sanctum.
Non tamen tres deos, sed unum. Substantia
una est, persone tres sunt. Una
vero substantia, tres persone, una substantia sunt,
una natura, una essentia, una
divinitas. Personarum proprietates non
aliud quam personas, ipsasque non aliud
quam unum deum, unam divinam substantiam,
unam divinam naturam, unam divinam
et supremam maiestatem catholica
confitetur ecclesia. Quod si dividere
quis conetur vel personas a substantia
vel proprietates a personis, nescio
quo trinitatis se assertorem possit excusare,
qui in tantam rerum excessit numerositatem.
Dicimus itaque tres, sed non ad preiudi-
cium unitatis; dicimus unum, sed non
ad confusionem trinitatis. Neque enim vacua
nomina sunt, nec absque significantia
cassa vocis. Queris quomodo
hoc possit esse? Sufficiat tibi tenere
sic esse. Non hoc cognitum perspicuum,
sed fidei est persuasum. Sacramentum
hoc magnum est, et quidem venerandum,
non scrutandum. Quomodo
pluralitas in unitate et in hac
unitate, aut in ipsa pluralitate?
Scrutari hoc temeritas est, credere
pietas est, nosse vita et
vita eterna est. De ex-
cellentia divine unitatis
ut supra de consideratione
ad Eugenium papam
in libro quinto capitulum septimum.

Precurrat nunc considera-
cio tua multa una commi-
nencia unius singularis
omnibus fiat evidentior. Est unitas
que collectiva potest dici.

cum ubi causa multi lapides fiunt
acervum unum. Est unitas constitutiva
cum multa membra unum corpus
vel multe partes unum quodcumque
totum constituunt. Est et coniu-
gativa que fit ut duo sint sed
una caro. Est et nativa qua
anima et caro unus nascitur homo.
Est unitas potestativa qua homo
virtutis non instabilis nec dissimilis
sed unus sibimet semper nititur
inveniri. Est consentanea cum
per caritatem multorum est cor unum
et anima una est. Est et vo-
tiva cum anima votis sibi adherens
deo unus spiritus est. Est et dig-
nativa unitas qua limus noster a
dei verbo in unam assumptus est personam.
Verum hec omnia quid ad istam
summam atque ut ita dicam unicam
unitatem ubi unitatem consubstantialitas facit.
Horum unum quodlibet illorum si assi-
miles erit quoquomodo unum
si comparaveris nullo modo. Igitur
inter hec omnia que unum
recte dicuntur arcem tenet uni-
tas trinitatis quo tres persone
una substantia sunt. Secundo loco illa
precellit qua e converso tres substantie
in christo una persona sunt. Porro hec
et quecumque alia dici una possunt
sitne illius unitatis imitatione
non comparatione una appellari
recta sobriaque probat consideratio.
Nec abducimur ab hac unitatis
professione assertione trinitatis cum
in hac trinitate non recipiamus
multiplicitatem sicut nec solitu-
dinem in unitate. Quamobrem
cum dico unum non me trinitatis
turbat numerus qui essentiam non
multiplicat non variat non partit.
Rursus cum dico tria non me ar-
guit intuitus unitatis quod illa
quecumque tria seu illos tres
nec cogit in confusionem nec in
singularitatem redigit. Porro me
sentire fateor et de illa unitate
cui secundum ab ista inter cetera
una honor est dari. De illa
unitate qua tres substantie in
christo una persona sunt. In quin-
to libro de consideracione c. vij

Dico in christo verbum animam
et carnem sine confusione
essentiarum unam esse personam
quia sicut in illa singulari divini-
tate trinitas est in personis unitas
in substantia sic in unione dei et
hominis trinitas est in substantiis
unitas in persona. Et sicut ibi
persone non scindunt unitatem sic
unitas non minuit trinitatem
ita et hic persona non confundit
substantias nec substantiarum ipse
persone dissipat unitatem. Summa
illa trinitas hoc nobis exhibuit
trinitatem opere mirabili opere
singulari inter omnia et super
omnia opera sua. Verbum enim
et spiritus et caro in una con-
venere personam et hec tria
unum et hec unum tria sunt
non confusione substantiarum sed unitate
persone. Nec negaverim ad
hanc illud quoque genus unitatis
pertinere qua anima et caro
unus est homo. Decuit quippe
familiari similique cum hominis
convenire constitutione quod pro
homine constitutum est sacra-
mentum. Decuit et cum summa
que in deo est et deus est
unitate congruere ut quomodo.

Ubi tres psone una essentia
ita hic convenientissima q̄dā
contrarietate tres essentie s̄t
una psona. Vides ne pulchre
inter utraq̄ʒ unitatē hanc
collocatā in eo utiq̄ʒ qui consti-
tutus est mediator dei et
hominū homo xp̄us ihūs. Pul-
cerrima inq̄ʒ convenientia.
ut salubre sacramentū congrua
quadā similitudine ambobus re-
spondeat et salvanti uʒ et sal-
vato. ita hic unitas duabus
consistens media unitatū alti-
orem cognoscit quantū supe-
re inferior tantū inferiore
superior. Tantoq̄ʒ demq̄ʒ utriq̄ʒ
expressiorem vim in se profert
eā psona in qua deus et homo
est xp̄us. ut si duo illa de se
invicem pdices nō errans ho-
minē sc̄ʒ deū. et deū hominem
ve catholice q̄ʒ pronuncias.
Nō aut̄ simil̄ et carnē de aīa
et aīam de carne nisi absur-
dissime dicas. et simil̄ aīa
et caro unus sit deus. Nec mirū
si nō eque potes cū sit sua
illa vitali. et si valida intere-
dente atq̄ʒ suis affectibus astri-
gere sibi carnē ut sibi divinitas
hominē illū qui pdestinatus ē
filius dei in virtute. longa
catherna et forti ad stringē
divina pdestinatio ab eterno
est enī. Eius longius eternitate
Eius divinitati potencius. Inde
est q̄d nec morte intercedente
illatenus incidi hec unitas
potuit et si carne et aīa
ab invicē separat̄ mansit et
inseparatione inseparabilis

unitas. Nec enī que ex parte
contingit separatio potuit unitati
prestabilē pmanenti in totis tribus
cū sine coniunct̄ sive disiunctis sc̄ʒ
corpe et aīa duobus nichilominus
psociavit. in tribus unitas pso-
nalis est q̄ʒ unus xp̄us unaq̄ʒ
psona verbū aīa et caro.
etiaʒ mortuo homie perduravit

De distinctione triū gradum
in domini incarnatione. ad
Eugenium papaʒ in q̄nto
li. de ꝯsideratione c. viij.

Miratur ē in mirabili sa-
cramento dominice incarna-
tionis mire et decentissime
et distinctissime gradus novū
antiquū eternū. Novū aīa que
de nichilo tūc creata creditur
eū infusa. antiquū caro que a
primo usq̄ʒ idem homie ex adaʒ
producta cognoscitur. Eternū
verū q̄d ab eterno patre illi coe-
ternū genitū indubitata veritate
asseritur. Verbū enī q̄d erat a
principio apud deū et deus erat
aīa que de nichilo creata ē
et ante nō erat. Caro que
de massa corruptionis sine
corrupcione aliqua divino segre-
gata artificio. qualis nulla
iaʒ caro erat. vinclo indissolu-
bili in psone coeunt unitatē.
Habes in hiis triplex genus
potentie. q̄d factū ē de nichi-
lo aliquid. de vetusto novum
eternū beatitudq̄ʒ de dampnato et
mortuo. Quod nō erat crea-
tū q̄d pierat reparatū q̄d super
aīa erat. Paulominus ab an-
gelis est minoratū. Quis hoc
ad nrām salutē. Consultū per
eminen modū. Primum quidem

quos peccato redactos in nichilum
per hoc quodammodo iterato creati
sumus et sumus inicium aliquod
creature eius. Deinde quod a corrupcionis
servitute in libertatem filiorum dei
translati in novitate spiritus am-
bulantes. Postremo quod de pote-
state tenebrarum vocati ad re-
gnum claritatis eterne in quo rex
et consedere nos fecit in Christo. **Quomodo
comprehendi potest deus in
hac vita In quinto libro de
consideracione capitulum nonum**

Studeamus ut amonet
apostolus comprehendere cum
omnibus sanctis que sit longitudo
latitudo sublimitas et profundum.
Comprehendere dicit non agnoscere
ut non curiositate contenta sciencia
tota cura fructum inquiramus. Non
in cognicione est fructus sed in
comprehensione. Noviumque hoc est
enim deus longitudo propter eternitatem
latitudo propter caritatem sublimitas
propter maiestatem profun-
ditas propter sapienciam. Numquid ideo
arbitramur nos comprehendisse.
Non ea disputatio comprehendit
sed sanctitas. Si quomodo tamen com-
prehendi potest quod incomprehensibile est.
Et nisi posset ut comprehenderetur
cum omnibus sanctis. Sancti ergo com-
prehendunt. Queris quo sancti
Comprehendisti et nosti. Quod
ex tuo non experimento scies. Sanctum
facit affectio sancta et ipsa ge-
mina. Amor dominum sanctus et
sanctus amor. Hiis perfecte
affecta anima velut quibusdam
duobus brachiis sinus comprehen-
dit amplectitur stringit tenet.
Et timor quidem sublimi et pro-
fundo amor longo lato corresponde-
spondet. Quid tam timendum

quam potestas cui non potest resistere quam
sapiencia cui abscondi non potest.
Timerat minus timeri deus altitu-
dines. Nunc autem profecto apertissime tuae
illum cui nec oculus deest omnia
videns nec manus omnia potens.
Quid item tam amabile quam amor
ipse quo amas et quo amaris.
Amabiliorem tamen iusticia eternitas
facit que non excidit. Foras
mittit suspicionem. Dona ergo
perseveranter et longanimiter
et habes longitudinem. Dilata
amorem tuum usque ad inimicos
et latitudinem tenes. Esto eciam
timoratus in omni solicitudine et
sublime profundumque apprehendisti.
Aut si mavis quattuor eque
tuis. Primis quattuor responderi
facit hec. Si stupes si paves
si ferves si sustines. Stupenda
plane sublimitas maiestatis
pavenda abyssus iudiciorum
ferviorem exigit caritas eternitas
perseveranciam sustinendi. Quis
stupet nisi qui contemplatur gloriam
dei. Quis pavet nisi qui scru-
tatur profunda sapiencie. Quis fer-
vet nisi qui meditatur caritatem
dei. Quis sustinet et perseverat
in amore nisi qui emulatur
eternitatem caritatis. Nempe
eternitatis quandam ymaginem per-
severancia prefert. Denique sola
cui eternitas redditur vel
pocius que eternitati hominem
reddit. **Quod deus est precium
verborum et virtutum In
libro quinto de Considera-
cione ad Eugenium papam
Capitulum decimum**

Quid est deus non minus pena perversorum quam humilium gloria. Est enim tenabilis quedam equitatis directio indeclinabilis atque indeclinabilis quippe attingens ubique cui illisa omnis pravitas conturbetur necesse est. Quid nisi in hac omne tumidum et distortum impingat conquassetur. Ve universo quod obviam forte inderit cedere nesciat rectitudo non et fortitudo est. Quid iniquis voluntatibus tam contrarium tam adversum quam se conari impingere semper et frustra ad oppositum voluntatis. Hec sola profecto adversionis resentibus pena. Quid tam penale quam semper velle quod numquam erit et semper nolle quod numquam non erit. Verum tamen dampnatam quam voluntas addicta habet necessitati volendi nolendi quod ut ad eternum ita sit non nisi per ipsa ita non nisi misere moveatur. Incentivum non obtinebit quod vult et quod non vult in eternum nichilominus sustinebit. Digne omnino ut qui ad nil umquam afficitur quod decreat ad nichil umquam quod liberat evadat. Certus hoc facit. Recte deus nunc qui et cum perverso perverteris cum omne adversum et sibi adversari neque ita est non pot deo esse amicum quod et sibimet coherere. Sed qui arguetur a deo arguetur a se ipso. Numquam recto pravum convenit habet enim sibi invicem adversantur et si non invicem ledant lesio aliqua est. Absit ut dei. Est et turpium pena deus est enim et quod tu iniustis obstinatis flagitiosis quam iniuriis. Iustitia omnis qui male agit odit lucem. Sed dico. Numquid non poterunt declinare omnino omnia. Lucet ubique et si non sibi. Semper in tenebris lucet et tenebre non comprehendunt. Videt tenebras lux cui hoc est videre quod lucere sed non vicissim a tenebris ipsa videtur quia tenebre eam non comprehendunt. et videntur ergo ut confundantur. et non vident ne consolentur.

De adventu domini corporali in prima parte. Sermo primus de adventu domini super septem columpnis c. xi

In adventu domini si personam advenientis intueor non capio excellentiam maiestatis. Si attendo ad quos venit dignationis magnitudinem expavesco. Si considero propter quid venit amplector quo ad possum inestimabilem latitudinem caritatis. Si modum cogito exaltationem cognosco humane conditionis. Venit siquidem universitatis creator et dominus venit ad homines venit propter homines venit homo. Venit medicus ad egrotos. redemptor ad venditos. ad errantes via. ad mortuos vita. Venit non perdere sed salvare ipse non ligare. Sic porro inestimabilis dignatio et penitus incogitabilis. quod in tantis tamque honorem pretoremque. tanta descendere dignata est celsitudo. Iam quod dubitet magnum aliquid in causa fuisse ut maiestas tanti de tam longinquo in

locum tam indignum descendere di-
gnaretur. Plane magnum aliquid
quia misericordia magna, et miseratio
multa, et caritas copiosa. Ad
quid enim venisse credendus est, aut
querendam quippe ovem centesimam
que errabat de montibus properat
et ut manifestius confiteantur domino
misericordie eius et mirabilia eius filiis
hominum. Propter nos venit. Mira quidem
dei dignatio. Magna dignitas
hominis sic quesiti in qua si
gloriari voluerit non erit insipiens
non quod aliquid esse videatur tanquam
a se ipso, sed quod tanti fecerit eum
ipse. Omnes enim divicie, omnis
gloria mundi et quicquid in eo concupis-
citur minus est ad hanc gloriam, immo
nec est aliquid in eius comparacione

Quod per adventum domini manifestata est benignitas illius. Originale parte sermonis de Epiphania Apparuit c. xi

Priusquam appareret dei humanitas
latebat et benignitas. Ap-
parebat autem eius potencia in
rerum creacione, apparebat sapiencia
in earum gubernacione, sed benignitas
maxime apparuit in humanitate. Si-
quidem et prius erat. Nam misericordia domini
ab eterno. Sed unde tanta cognosci
poterat? Promittebatur, sed non sen-
ciebatur. Unde et a multis non cre-
debatur. Sed venit in carne divinitas
ut vel sic carnalibus exhiberetur,
et apparente humanitate benig-
nitas agnosceretur. Ubi enim dei no-
tescit humanitas, benignitas late-
re non potest. In quo enim magis
commendare potuit benignitatem suam
quam suscipiendo carnem meam? Ad
tanto opere declarat eius misericordiam quam
quod ipsam suscepit miseriam. Quid
ita pietate plenum, quam quod dei
verbum propter nos factum est fenum. Ma-
gis etiam minorem se fecit in huma-
nitate, tanto maiorem exhibuit
in bonitate, et quanto pro me
vilior, tanto michi carior est.
Magna plane manifesta benig-
nitas dei humanitas, et magnum
benignitatis indicium declaravit, qui
humanitati addere dei nomen curavit.
Propterea nos gaudere oportet quod
in terra venit, nunc enim facilis
ad indulgenciam est. Certe quam facilis
modo, tam ~~facilis~~ difficilis erit
postea. Et sic sit modo, non est qui
reconciliari non possit. Verum post
paululum nemo qui possit. Re-
vera sic benignitas apparuit ultra om-
nem spem, ultra omnem estimacionem, sic ut
expectare possimus iudicium distri-
ctum. Immensus est et infinitus
in iudicio et in misericordia. Multum
ad ignoscendum, multa ad ulcis-
cendum. Sed misericordia quidem prora
sibi vendicat ut si voluerimus
districtio inmaxime non possit in
nos sevire. Propter hoc enim beni-
gnitatem prerogavit ut per eam
reconciliati severitatem videamus.
Sicut propterea voluit non solum ad
terras descendere sed etiam innotescere,
non solum nasci sed agnosci.

Quod celatum fuit diu dominice incarnationis sacramentum. In expositione super Missus est c. xiii

Oportebat a principe mundi
aliquamdiu celari divini con-
silii sacramentum, non quod deus si
palam opus suum facere vellet
impediri ab eo posse metueret,
sed quia ipse qui non solum po-
tens, sed etiam sapiens quicquid
voluit fecit, sic in omnibus
operibus suis quasdam rerum vel
temporum congruencias propter decorem

consuetudine servare consuevit ita
magnifico opere suo non reparacio-
nem tantum penitenciam sed etiam pru-
denciam suam ostendere voluit et
quamvis illius aliter quo vellet
non perfici potuisset placuit ei
tamen eo pocius et modo et ordine hominem
sibi reconciliare quo noverat ceci-
disse ut sicut dyabolus prius feminam
seduxit et post modum virum per
feminam vicit ita ipse a femina
virgine seduceretur et post a viro Christo
capte debellaretur quatinus malicie
fraudi dum ars pietatis illuderet
et maligni fortitudinem virtus
Christi contereret ipse deus et
prudencior appareret et forcior
Ita quippe debuit incarnatam
sapienciam spiritualem vincere maliciam
quo non solum attingeret a fine
usque ad finem fortiter sed et
disponeret omnia suaviter (attingit
autem a fine usque ad finem id est
a celo usque ad infernum utrobique
fortiter quia et desuper expulit
superbum et apud inferos expoliavit
avarum Conveniens ergo erat ut
suaviter quoque omnia celestia scilicet
et terrena disponeret quatinus
et illic deiectos inquietum
reliquos in pace firmaret et
hic debellaturus invidum nobis
ipsius sue humilitatis et mansue-
tudinis valde necessarium exemplum
relinqueret sicque mirabili fieret
moderamine sapiencie ut et suis
suavis et hostibus fortis
appareret De spiritu sancto
et multiplici operacione eius
In prima parte sermonis de
penthecoste ca^m quar-
tum decimum

Pater spiritus filius spiritus sanctus
est spiritus tamen sanctus specialiter
spiritus dicitur quia ab utroque
procedit firmissimum et indissolu-
bile vinculum trinitatis tamquam spiritus
sanctus quod sit donum patris et filii
verum sanctificans creatura quamvis
pater quoque et spiritus sanctus idem et filius
et spiritus sanctus sit dulcissimum
enim quidem est in deo spiritus sanctus
est benignitas dei et idem ipse
deus De spiritu sancto testatur scri-
ptura quia procedit spirat in-
habitat replet glorificat Pro-
cedit de duobus modis unde et
quo unde a patre et filio quo
ad creaturam quamvis pater quoque et spiritus
sanctus idem et filius et spiritus sanctus
processio a patre et filio tenebras
posuit latibulum suum sed processio
ad homines iam est manifesta
Et prius quidem cum sic oportebat
signis visibilibus non visibilis spiritus
suum declarabat adventum nunc autem
signa quo spiritualiora sunt eo magis
congrua eo magis videntur spiritu sancto
digna Procedendo predestinat spi-
rando vocat quos predestinavit in-
habitando iustificat quos vocavit
replendo accumulavit meritis Spiritus
iste odit sordes nec habitare potest
in corpore subdito peccatis Suum enim
est proprium peccata repellere Ipsi etiam
proprium est peccata odire nec in uno
domicilio pariter morabuntur tanta
mundicia et immundicia tanta
per quem sicut pater et filius
unum sunt sic et nos simus unum
in ipsis Spiritus iste super apostolos
in igne apparuit propter lucem pariter
et ardorem Quos enim reple-
verit et spiritu fervidos et in veri-
tate agnoscere facit quia sola est
misericordia qua eos preveniit

et perduxit. Ipse est qui sedere facit
in domo unanimes qui habitare facit
unius moris in domo ut sedeat
super sedentes et requiescat super
humiles et trementes sermones suos.
Ipse est qui virgini obumbravit
ut virginis corpori temperaret
divinitatis accessum et apostolos in-
dueret virtute ex alto ferventissima
scilicet caritate. Denique ipse est in
quo clamamus Abba pater. Ipse
est qui postulat pro sanctis gemiti-
bus inenarrabilibus et hoc quidem
in corde nostro. Christus autem in patris
hic in nobis interpellat pro nobis.
Ita in patre delicta donat cum
ipso patre. Advocatus nunc in cordi-
bus nostris ad patrem, deus nunc in cor-
de patris. Itaque quod postulamus
ipse idem donat, qui donat ut
postulemus, et sicut nos erigit
per quandam fiduciam, ita deum incli-
nat ad nos magis per misericordiam
suam. Porro ad faciendum bonum
quod in nobis bonus spiritus operatur
profecto monet docet et movet.
Excitat memoriam rationem docet mo-
vet voluntatem. In his enim tribus
tota consistit anima nostra. Me-
moriae suggerit bona in cogita-
tionibus sanctis atque ita ignaviam
nostram corporemque repellit. Ipse
ea quotiens huiusmodi suggestionem
boni senseris in corde tuo, da
honorem deo et age reverentiam
spiritui sancto cuius vox sonat in auribus
tuis. Ipse namque est qui loquitur
iustitiam. Rationem movet qui
docet rationem. Multi siquidem
monentur ut bene faciant et
minime sciunt quid agendum sit
nisi assit divina gratia spiritus, et
quia inspirat cogitationem doceat
in opus proferre, ne vacua sit
in nobis gratia dei. Quid quod

scienti bonum et non facienti peccatum est illi. Propterea non solum
moneri et doceri verum etiam
moveri et affici ad bonum necesse
est. Ab eo utique spiritu qui adiuvat
infirmitatem nostram, et per quem
in cordibus nostris diffunditur caritas
quae est bona voluntas. Spiritus
sanctus caritas et benignitas est
in quo praedestinati signamur ab aeterno.
Spiritus sanctus remissionem operatur
peccatorum facit sollicitum ambulare
cum deo scrutatur profunda peccato-
rum, discretor cogitationum
et intentionum cordis qui nec
minimam paleam intra cordis
quod possidet habitaculum possidere
residere sed statim igne subtilissimae
circumspectionis exurit. Spiritus dul-
cis suavis, qui nostram voluntatem
erigit et dirigit ad suam ut eam
veritatem intelligere et ferventer
efficaciter implere possimus.

Quod non semper eodem modo sit spiritus sanctus in viris spiritualibus sed modo veniat modo recedat. Super Cantica sermone xvij capitulo [illegible]

Venit et vadit sicut vult
spiritus sanctus et nemo
facile scit unde veniat aut
quo vadat. Et istud fortasse
sine damno salutis nescire
licet. Ceterum qui veniat
vel quando vadat is plane
periculosissime ignorat. Verum
vero haec spiritus sancti circa nos
dispensationem quidem vicissitu-
dines, vigilantissime non ob-
servantur, fit ut nec absentem
desideres nec praesentem glori-
fices. Nempe qui ideo rece-

dit ut audiq requirat quo
nia mo si ab esse nescit re
quitur Et rursu qui dignat
ad hoc redit ut consolet
qualit digne pro sua ma
iestate suscipit si nec adee
sentit aspens quam que ignat
abscessu patet seductori et
que redditur non observat et
ingrata visitacom Nunquam quo
sine nra conscia magna vncio
que docet de oibus tollitur
a nobis Nunq cum venit inve
niat inparatos Ep suspesos
voltus expansos quam habites
sinus ad largam domini bndctiz
vigilandum pro inde omi hau
est quam nescimus qua hai spus
venturus sit seu iterum abiturus
Item et redit spus et qui stat
eo tenore Defrite cadit nare
est sed non collidit quam dominus
rursu supponit manu sua Et
has altnate vices in hys qui
spirituales sunt non cessat Semique
septies cadit iustus et septies
resurgit si tamen cadat in die ut
se cade vidaat et cecidisse do
leat et resurge cupiat et
requirat manu adiuvat Itaque
qui in spu ambulat nequaquam
permanet in uno statu nec adh
spe felicitate psicit et non est
in homine via eius sed quead
mod ei spus moderator dispesit
Nunc vult nunc segnius nunc
altius que recto sint dissolvisit
et ad altiora se extendit Ergo
cum corpus accidia vel tedio affi
ciant Noli propterea diffidere aut
dissere a studio spirituali sed

iuvat require manu exalsi te
obsecrans donec divina suscitate
gra fcus promcior alacior quam
curras Sed aut quidem adest
gra delectare in ea ut non te
extimeo domum dei iure hedita
rio posside ita ut securus de eo
quasi nunquam perdere possis ne subito
forte cum retraxerit manum et
subtraxerit donum tu animo cadas
et estior fias quam oportet Laeta
bis porro consilio sapiens In die
bonorum non immemor esse malorum
Ergo in die virtutis tue noli esse
secura sed clama ad deum et dic
Cum defecit virtus mea ne dere
linquas me Porro in tpe tenta
conis consolare et dic Exspe
me post te Sic te non deseret
spes in tpe malo nec in bono
providencia decit eritque inter
adversa et pspera tenes quadam
christum ymaginem utique hanc
inviolabilem et inconcussam constans
anima equitatem benedices deum
in omni tpe

De multiplici spiritus in prima parte sermonis de pentecoste capitulum sedecimum

Vere multiplex spus qui
tam multipliciter filiis ho
minum inspiratur ut non sit qui
se abscondat a calore eius Sed ad sen
sus ad usum ad miracula ad
salutem ad auxilium ad solacium
ad fervorem Ad usum quidem
vite bonis et malis dignis
pariter et indignis communia bona
habundantissime tribuens ita
ut videatur discrecionis limite

non tenemur. Ingratus est qui in
his quoque beneficium spiritus non agno
scit. Ad miraculum in signis et
prodigiis atque in virtutibus quas
per quoslibet manus operatur
ipse est antiqua miracula su-
scitans ut ex presentibus fidem astruat
preteritorum. Sed quia nonnullis hec
quoque gracia sine propria utilitate largitur
tercio infundit ad salutem
cum in toto corde nostro revertimur
ad dominum deum nostrum. Porro ad
auxilium datur cum in omni colluctacione
adiuvat infirmitatem nostram. Nam cum
testimonium perhibet spiritui nostro quod
filii dei sumus ea inspiracione
ad consolacionem datur. Datur etiam ad
fervorem cum in cordibus perfectorum
vehemencius spiritus validum
ignem caritatis accendit ut non solum
in spe glorie filiorum dei sed etiam
in tribulacionibus glorientur contu-
meliam gloriam reputantes obpro-
brium gaudium despectum exaltacionem.
Pauci sunt qui in hoc spiritu reple-
antur. Pauci qui studeant emulari.
Contenti sumus angustiis nostris
nec respirare in libertatem illam
nos saltem ad eam suspirare co-
namur. Inmo eciam spiritum vivifica-
torem adiutorem confidentes quoniam
dabit pater qui in celis est spiritum
bonum petentibus se. Oremus ut di-
gnos nos inveniat vel pocius
efficiat quatenus veniat ad nos et
faciat apud nos mansionem
ad laudem et gloriam domini nostri
Ihesu Christi qui est super omnia
benedictus deus in secula Amen.

De adventu domini

Capitulum in prima parte sermo
de adventu de septem tenim
stamine capitulum xvii

Sicut ad operandam salutem
in medio terre semel venit
in carne visibilis deus ita
quottidie ad salvandas animas
singulorum in spiritu venit et invisi-
bilis. Propterea dignum est ut si non
valet infirmus in occursum tanti
medici procedere longius saltem
conetur erigere caput et aliquantulum
assurgere venienti. Non te oportet
o homo maria transfretare non pe-
netrare nubes non transalpinare.
Non est inquam grandis tibi
ostenditur via usque ad temetipsum
occurre quoniam prope est verbum in ore
tuo et in corde tuo usque ad
cordis compunctionem et oris confes-
sionem occurre saltem exeas de
sterquilinio miserie conscientie quoniam
indignum est illuc auctorem puritatis
intrare. Et hec quidem de eo ad-
ventu sint dicta quo singulorum
mentes invisibiliter dignatur illustrare
potencia. Tripliciter enim eius
adventum novimus. Ad homines in
homines contra homines. Ad homines
quidem indifferenter non autem in
homines et contra homines. Primus
et tercius noti sunt utpote mani-
festi. Medius spiritalis et occultus
est in quo delectabiliter dormi-
unt qui eum noverunt. In primo
quidem in terris visus et cum
hominibus conversatus est. In postremo
vero videbit omnis caro salu-
tare dei nostri. Medius occultus
est in quo soli eum in seipsis

vider electi et salue fiunt cue
eoru Primo ergo venit in carne
et in firmitate in hoc medio
spu in virtute In ultio in gloria
et maiestate. Per virtute enim
puenit ad glam. qz dominus virtu
tu ipse est rex glie Adventus
siquidez iste medius via quedam
est per qua a primo veniatur
ad ultim In primo fuit xpus re
demptio nra ad singlos ad
oes cmiter venit in mia et
veritate ubi cum ita multa fuit
de mnfacione psstimos sre ob
livio veritas / no ocimus ibi
deus Sz neqz ubi tior multz
ex recordatione veritas / nlla aut
de memoria mie cosolacio Na
neqz veritatez tenet q miam
ut vere est no agnoscit / nec
vera esse sn veritate mia pt
Utrqz ubi mia et veritas ibi
sese etiaz iusticia et pax oscu
lant / nec abesse hiis potest
cuiq in pace fcy e locz eiq
de querendo deum sup can
simone lxxv. Ca^m lxxiiij

Magnu bonu querere deu
Ergo hoc nlli in bois
anime sm existimo premu in
bonis ultim in psectus e vitutu
nlli accidit cedit nulli Cui ac
cedit quia nlla perdit cui cedit
qui enim magis cosumatos e que
cum vitus ascribi possit no querenti
deu / Aut quis umqz querenti deu
No pedu passibz sed desideriis
querit deus Et utiqz no ex
tinxit desiderium sctm felix in
ventio sz ostendit Nuqz cosumatio
gaudy cosumatio dicit plenum
magis est illi Na ipm flama
bit et ad implebit leticia / sed
desiderio no erit finis et per
hoc no querendi Tu ergo cogi
ta si potes querendi hoc stu
dii sine indigentia et desideriu
sn anxietate aliter psectio co
pia excludit Quo modo sit
pt adventus sive visitatio
deum sup can simone
lxij Ca^m decimum non

Venit dominus accelerat
properat ad est respicit
alloquitur venit affectu et studio
miserendi Accelerat subveni
ri zelo Properat humiliando se
ipm Ad est presentibz Respicit
in futuros / loquitur docens fracies
de regno dei / Hic est adventus
sponsi Benedictiones et divine
salutis cu eo Et universaqz
de ipso fiet / affluunt delicias
redundancia ete iocundis ac sa
lutaribz sacramentis. Utrooqz
amat vigilat et observat Et
beata quia dominus invenit vigila
tem No ensibit illa / nec pterit
abea / sed stabit et loquetur
ei / Loquet amatoria / loquet
siquide ut dilectus Universitas
in nobis est a deo vigilans
et observans tpus visitationis
sue sponsiqz advenientez ita
per singla eius momenta di
ligenter explorans / ut cu venit
et pulsaverit cofestim aperiatur
ei / Quo ergo cui ex officio

loqui est nec tacere licet. Quicquid
illud est quod de huiusmodi vel meo
vel alieno tenero cum puncto et est
facile plures experti queunt. Si
igitur admonitus fueris vel foris ab
homine vel intus a spiritu de tuenda
iusticia et servanda equitate
istiusmodi salutacionem sponso crede
ut profecto prenuncia imminentis
adventus sponsi et precio quasi
ad ignem suscipiendum atrium et
superni visitatorem. Nichilominus
vero spes eius accedebit si sermo
instruxerit de humilitate vel pa-
ciencia sive etiam de fraterna
dilectione et obediencia defe-
renda prelatis. Maxime autem
de sectanda castimonia sanctimonia
et pace et cordis puritate que-
renda. Quicumque itaque sive de
his sive de aliis quibuslibet
virtutibus suggestionem intus senserit omnino
sentit significacionem esse in visitacione
dei virtutem nimirum anime mee.
Unde si corripuit me iustus in
misericordia et increpavit me corripiendi
sentenciam sciens quod emulacio
iusti et benivolencia iter fa-
cit et qui ascendit super occa-
sum. Bona occasio cum ad corre-
pcionem iusti stat homo et cor-
ruit in viciis et dominus ascendit
super illud conculcans illud
pedibus et conterens ne resurgat.
Non ergo contemnenda est incre-
pacio iusti qua ruina peccati
cordis suavitas est necnon
et dei via ad animam. Unde
nec ullus omnino sermo qui edifi-
cet ad pietatem ad virtutes ad

mores optimos negligenter est
audiendus quem et illic iter
quo ostendetur salutare dei. Unde
si sermo gratus venerit et placidus
quamquam pulso fastidio cum desi-
derio audiatur iam non modo venire
sponsum sed accelerare eum est
cum desiderio venire credendus
est. Illius namque desiderium
tuum creat et quod eius sermonem
properas admittere inde est quod
festinat ipse intrare. Iam etiam
ignitum eloquium sentis atque
ex eo constrictus vel in recordacione
peccati recordare tunc de quo dicitur
scriptura: Ignis ante ipsum precedet
et ipsum prope esse non dubites.
Denique iuxta est dominus hiis qui tri-
bulato sunt corde. Si vero
non solum compungeris in sermone
illo sed et converteris toto
corde ad dominum iuras et sta-
tuis custodire iudicia iusticie
eius, etiam adesse ipsum iam
noveris presertim si te maiori
se fecerit in amore eius. Et
enim utrumque de illo legimus
et igne videlicet ante ipsum
precedere et ipsum nichilominus
ignem esse. Differunt autem
quod is qui premittitur ignis ar-
dorem habet sed non amorem, co-
quens sed correctiones movens
non promovens. Tantum ad
excitandum premittitur et preparandum
scilicet ad commovendum quod ex
te sis quo dulcius sapiat
proximus quod ex deo moveris.
At vero ignis qui deus est
consumit quidem sed non affligit.

aud[illegible] suavitas

audet suaviter desolatur feliciter
Est enim vere carbo desolatorius
sed qui sic in vicia exterat vi-
gentis ut in anima vite exhibeat
incitamentis. Ergo immutaris in vir-
tute qua et in amore quo
inflammaris dominum presentem in-
tellige. nam dextera domini facit
virtutem. Non autem fit hec muta-
cio dextere excelsi nisi in fervo-
re spiritus et in caritate non ficta.
Deinde hoc igne consumpto omni
labe peccati et rubigine viciorum
sic iam emundata ac serenata
consciencia sequatur subito quedam
atque insolita latitudo mentis
et infusio gracie illuminantis intellectum
vel ad scienciam scripturarum misteriorum
noticiam quorum alterum puto nos
oblectandos alterum propter edificandos
proximos ~~edificium~~ recordari velim
absque dubio respicientis est iste
oculus qui lucem iusticiam tuam
et educens iudicium tuum tamquam
meridiem. Et sane non hostio
aperto sed per angusta foramina
vel tante claritatis radius se infundit
stante adhuc dumtaxat hoc
angusto pariete corporis. Erras
si aliter speras ad quantamcumque
cordis proficias puritatem pro
hunc tante dignacionis et misericordie
respectum sequitur. Vox blanda
et lenis multum divina insinu-
ans voluntatem quod non est aliud
quam ipse amor qui ociosus non
esse potest de hiis que dei sunt
sollicitans et suadens. Quomodo
perfecte unitur anima cum deo
Super Cantica sermone lxxi capitulum xx.

Bonus paterfamilias dominus qui
suorum domesticorum curam gerit
in diebus malis ut alat eos in
fame cibat illos pane vite et
intellectus et sic nutriens ad vitam
eternam. At pascitur ita puto in
liliis pascitur ipse quidem escis
quibus libenter vescitur profectibus
nostris. Etenim gaudium domini fortitu-
do nostra. Ita ergo et cum pascitur
pascit et pascitur cum pascat simul
nos suo gaudio spirituali reficiens
et de nostro eque spirituali profectu
gaudens. Cibus eius penitencia
mea. Cibus eius salus mea
cibus eius ego ipse. Ubi non cinerem
tamquam panem manducat. Ego autem
quia peccator sum cinis sum ut man-
ducer ab eo. Mandor cum arguor
degluttior cum instituor ~~decoquor~~
decoquor cum immutor cum transfor-
mor unior cum conformor. Nolite
mirari hoc. et manducat nos
et manducatur a nobis quo arcius
illi astringamur. Non sane aliter
perfecte unimur illi. Etenim si man-
duco et non manducor videbitur
ille in me esse sed necdum ego in
illo. Rursum si manducor quidem
nec manduco me in se habere
ille sed non etiam in me esse vi-
debitur nec erit perfecte unitio in
uno quovis horum. Deus enim
manducet me ut habeat me
in se et a me vicissim man-
ducetur ut sit in me quatinus
integra sit firma que connexio
cum ego in eo et ipse in me
erit. Vis tibi per simile ostendam
quod dixi. Attolle oculos nunc
in quandam sublimiorem quidem
convenienciam silet enim huic
Si ipse filius in patre ita est

ut non tamen in ipso esset Pater, aut
ita Pater in eo esset ut non esset
ipse in Patre / audeo dicere / et
ipsorum circa consistentium unitas re-
maneret, si tamen ea unitas esset.
Nunc vero cum ipse in Patre, et Pater
in ipso sit, nihil est in quo
claudicet unitas / sed re et
rotunde unum sunt ipse et Pater.
Erit igitur anima cum adhaerere
Deo bonum est / non autem se exi-
stimat / ipsi consorte unitati, nisi
cum et illum in se et se in illo
manentem persenserit. Quae dif-
ferentia sit inter illam unitatem
qua Pater et Filius unum sunt
et illa qua adhaerens Deo anima
unus spiritus est. Super Can-
tica sermo lxxi Capitulum xi [?]

Non sit unum de anima et
Deo sicut unum sunt Pater et
Filius / Spiritus qui adhaeret Deo unus
spiritus est / legi hoc, sed illud non
legi vel dico de me, qui nihil
sum, sed nemo plane nisi demens
sive de terra sive de caelo usurpa-
bit sibi unigeniti vocem / Ego et
Pater unum sumus. Et ego licet
pulvis et cinis minime illud
vereor dicere / quod unus cum Deo spiritus
spiritus sim, si unquam tamen certis
fuero persuasus experimentis Deo me
adhaerere et ad instar unius illorum
qui in caritate manet / ac per
hoc in Deo manet et Deus in eo.
Nam de tali adhaesione puto dictum
qui adhaeret Deo unus spiritus est.
Nos ergo dicit Filius: Ego in
Patre et Pater in me est / et
unum sumus / Dicit homo: ego in
Deo et Deus in me est, et unus
spiritus sumus. Est inquit [?] Pater et Filius
ut sint invicem et per inde

unum unitate se manducant / sic
Deus et homo mutua se quadam
manducatione trahentes et ut
per hoc et si non unum, tamen unus
spiritus sit [illegible]. Nec enim omnino
insunt sibi hic atque illi / sed neque
una unitas utrorumque diversitas
per unus et unum / quoniam ut
Patri et Filio unus / nec homini et
Deo unum poterit convenire. Illi
quidem per unum unitas substantiae
vel naturae / hic vero per unus
aeque unitas / sed in Deo longe
alia quam inter substantias et naturas
hominum nempe et Deo sua
cuique natura et substantia est / cum Patris
Filii quam constat penitus esse
unam. Vides illa nec unitatem
esse siquidem habet singularissime
quam unitati comparetur.
Nam quomodo unitas ubi nulla
naturarum substantiarumque diversitas?
Et tamen unus spiritus dicitur et est
cum Deo anima adhaerens Deo
nec praeiudicat rerum plurali-
tas unitati huic / quam
facit non confusio naturarum, sed
voluntatum consensio / Propter
hanc quod multa corda unum et
multae animae una dicuntur, sicut
scriptum est: Multitudinis autem cre-
dentium erat cor unum et anima
una. Et haec ergo unitas
ceterum quis ad illam quae non
unitione constat sed exstat
unitati? Non plane illa quidem
instar hec mutua mandu-
catio facit quia nec fit / e-
tiam / sed nec coniunctio vel quoque
compositio vel alia aliquis quo
unitas non est. Est autem Patri
et Filio quod natura essentia

volutas nō modo una sed summa. Hoc nempe est illis esse q᷑ natura esse h᷑ velle q᷑ esse vel natura esse. Non est itaq̃ unitas qua unum sunt pr̄ et filius dicat᷑ fieri de natura vel essencijs vel voluntatibus q̃ unum sunt. Non est q᷑ dicat᷑ vel fieri q̃ est. Nec enim facticia est sed natiua. Sunt in sese pr̄ et filius nō solum inefabili sed incomprehensibili mō sui ipsorum capables pariter et capaces sed sana ita capabiles ut nō ē ita capaces ut non participes. Est pat' in filio in quo se sibi bene conplacuit et est filius in pr̄e a quo vel illis natus ita q᷑ nunq̃ est separatus. Porro p caritate homo in deo et deus in hoīe est. Sꝫ hic quidē ab eterno in deo nunq̃ ab eterno dilectus qui tñ q̃ illis sit qui dicat qui dilexit et gratificat᷑ nos in dilecto filio suo ante mundi constitucōem. Deus vero in hoīe ex quo dilectus ab hoīe. Et si ita est homo quidē in deo est et qui in hoīe deus non est. Deus aut in hoīe nō ē qui nō sit in deo manere aut in dilectōe nō pot et si forsitan ad tpus diligit nō dilectus pōt aut nō diligē etiam dilectus. Porro cū iā diligit qui diligebat᷑ hō in deo et deus in homine est. Qui aute nunq̃ diligit nunq̃ dilectus est. Ac per hoc nec ipse in

deo nec deus in ipso est. Sꝫ deū sunt ad dandaꝫ deum in illaꝫ conexiōꝫ qua pr̄ et filius unum sunt et illaꝫ qua adherens deo anima unus spūs est. ne forte qua legit᷑ de homīe manete in caritate q̃ in deo manet et deus in eo. Et item de filio q᷑ nichilomin᷑ in pr̄e sit et pr̄ in ipso par putet᷑ adoptatiua prerogatiua et unigeniti. De visione qua uidendus est deus in futuro secundum est sup cant' sermone xxxi capitulum viij

Visio futura stat q̃ p̄sens stat neq̃ tunc videt᷑. Et enim nec illaꝫ capit ex eo q᷑ est vel fuit vel erit mutacōeꝫ. Tolle nempe fuit et erit unde iā transmutatio vel vicissitudinis obumbracio. Ut quicq̃ veniens ex eo q᷑ fuit nō cessit tandē in id q᷑ erit transitu hic sane pest sꝫ omnio nō est. Nā quomō est q᷑ nunq̃ in eodē statu pmanet. Solum proinde est vere q᷑ nō a fuit perdidit nec ab erit expugnat sed solum atq̃ in expugnabile remanet ei est et manet q᷑ est. Nec fuit sane tollit illi esse ab eterno nec erit esse in eternū. Ac per hec sibi vendicat verum esse idest increabile interminabile invariabile. Tu ergo ipse qui sic est prīo qui nō sit aut sic est videt᷑ sicuti est stat ut dixi illa visio q̃ nulla earū inpollet vicissitudo. Et tunc ille de evangeliorū unus omnibus qui sic videt denarius reddit᷑ in una spē q̃ offert᷑

Nam et quod apparet ut mirabile in se est, ita mirabiliter intuentibus profecto est, et quibus apparet nil videre desiderabilius nolunt, nil possunt delectabilius. Quando ergo illa aut fastidiet auditus vel se subtrahet suavitas vel fraudabit veritas vel deficiet eternitas? Quod si eternum extendit videndi copia, patet et voluptas, quomodo non plena felicitas? Nil quippe aut deest tam semper videntibus aut superest semper volentibus. Sed talis visio non est vite presentis, sed in novissimis reservatur. ~~non potest videri~~

Quod deus non potest videri in hac vita sicuti est. Super Cantica Sermone xxx. Capitulo xxxvii

Studiosis mentibus dei species frequenter apparet et non sub una specie. Quid itaque? profecto eum nos videmus sicuti est? Et nunc quidem apparet quibus vult prout vult, non sicuti est. Non sapiens, non sanctus, non propheta videre illum sicuti est potest aut potuit in corpore hoc mortali; poterit autem in immortali qui dignus habebitur. Itaque videtur hic et hic, sed sicut videt ~~et hic~~ ipse, et non sicuti est. Nam neque solem quem cottidie vides vidisti tamen aliquando sicuti est, sed tantum sicut illuminat, verbi causa, aerem, montem, parietem. Quod nec ipsum quidem aliquatenus posses, si non aliquantum ipsum lumen corporis tui pro sui ingenita serenitate et perspicuitate celesti lumini simile esset. Non denique aliud membrum corporis capax est lucis ob multam denique dissimilitudinem. Sed denique neque ipse oculus cum turbatur fit luci approximabilis minime ob amissam similitudinem. Qui ergo turbatus nullatenus serenum solem videt propter dissimilitudinem. Serenus aliquatenus videt propter nonnullam similitudinem. Profecto si pari prorsus puritate vigeret videret omnino inoffensa acie eum sicuti est propter omnimodam similitudinem. Ita et solem iustitie illum qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, videre in hoc mundo sicut illuminat, illuminatus potes utcumque iam in aliquo similis; sicuti est vero non potes utcumque nondum perfecte similis. Porro iam in presentibus non aliud est videre sicuti est quam esse sicuti est et in aliqua dissimilitudine non confundendi.

De diversis modis visionum dei. Super Cantica sermone xxxi. Capitulum xxxviii

Tanta hec specierum varietas atque immensitas specierum in rebus conditis, quid nisi quidam radii sunt deitatis monstrantes quidem quia vere sit a quo sunt, non tamen diffinientes prorsus quid sit? Itaque de ipso vides, sed non ipsum. Cum autem de eo que non vides certa vides, scis indubitanter existere quem oportet inquirere, inquirentem non frustrandum gratia, negligentem non excusat ignorantia. Verum hoc genus videndi commune est. In promptu enim est iuxta Apostolum omni ratione utenti invisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspicere. Alius procul dubio modus ille quo quondam patribus excelsa atque ambitiosa divine presentie familiaritas dignatione indulta est, quamquam nec ipsis sicuti est, sed sicut dignata est. Nec

vicinius sed ut ait apostolus multiphariam multisque modis cum ipse sit unus. Et hec demonstratio quidem non communis sed tamen foris facta nimirum exhibita per imagines extrinsecus apparentes seu voces sonantes. Sed est divina inspectio eo differendi ab his quo interior per seipsum dignatur visitare deus animam querentem se que tamen ad querendum toto se desiderio et amore devovit. Et hoc signum istius modi adventus eius sicut ab eo qui expertus est edocemur. Ignis ante ipsum precedet et inflammabit in circuitu inimicos eius. Oportet namque ut sancti desiderii ardor preveniat faciem eius ad omnem animam ad quam est ipse venturus qui omnem consumat rubiginem vitiorum et sic paret locum domino. Et tunc scit anima quia iuxta est dominus cum se senserit illo igne succensam. Non ergo sit et dilecta contenta cum omni vel illa que multis per ea que facta sunt vel illa que patribus per visa et somnia facta est manifestatione sponsi nisi et spiritali prerogativa intimis illum affectibus atque ipsis medullis cordis illapsum suscipiat habeatque presto quem desiderat non figuratum sed infusum non apparentem sed afficientem nec dubium quin eo iocundiorem quo intus non foris. Verbum nempe est non sonans sed penetrans non loquax sed efficax non obstrepens auribus sed affectibus blandiens. Facies enim non est formata sed formans non perstringens oculos corporis sed faciem cordis letificans. Grata quippe amoris munere non colore. Non tamen adhuc illum dixerim apparere sicuti est quamvis non omnino aliud sese modo exhibeat quam quod est. Neque enim vel sic continuo presto erit quamvis devotissimis mentibus sed nec uniformiter omnibus. Oportet namque pro variis anime desideriis divine gustum presentie variari et infusum saporem superne dulcedinis diversa appetentis animi aliter atque aliter oblectare palatum.

Cui vel quali anime deus apparere solet. Super Cant. sermone xxxii cap. xv

Spiritus est deus et concupiscit decorem illius anime quam forte adverterit in spiritu ambulantem et curam carnis non perficientem in desiderio presertim si sui amore flagrantem conspexerit. Tali ergo suspiranti frequenter immo sine intermissione oranti et affligenti se pre desiderio interdum desideratus ille visitator occurrit. Ergo si quis est ita desiderii vir ut cupiat dissolvi et esse cum Christo cupiat autem vehementer ardenter sitiat assidue meditetur is procul dubio suscipiat verbum. Sic quidem desiderium cordis eius tribuet ei et si adhuc peregrinatur in corpore. Ex parte tamen idque ad tempus et tempus modicum. Nam cum vigiliis et obsecrationibus et multo labore et imbre lacrimarum quesitus affuerit subito dum teneri putatur elabitur et rursum lacrimanti et insectanti occurrens comprehendi patitur sed minime

parte sermonis de pascha Ca-
pitulum vicesimum secundum

Moderata correpcio
quid magnum quidem
bonum datum optimum est / eo quod
habeant pauci. Videas multos
sinceram / sed intencione et benig-
ne attendunt cum / leuiter dicere
quod grauiter audiatur / volat
irreuocabile verbum / et quod sanare
debuerat / quia moderacio forte
videtur exasperat et exulcerat
magis quando negligencie ac-
ditur impudencia eciam et
impaciencia cumulatur. Et qui
in sordibus erat sordescat ad-
huc. Declinans in verba malicie
ad excusandas excusaciones
in peccatis. Hic more frenetici
non solum repellens / sed et
mordere temptans medici ma-
num. Multis quod non suppetit
verborum copia / linguam suam
palato senciunt adherere

qui et ipsum solet interdum audientibus obesse non parum / aliis vero ad nimiam habundanciam multa sermonis / sed que dicunt nunquam sapiunt / nunquam attemptant et ex gracia nec lingua unquam efficacia sunt que locuntur / proinde peccata tua / confitearis primo quam ad purganda attendas aliena. Innocies peccatores videas videas fratrem tuum / tercio modo procedere debet compassionis affectus / etenim quam congruens humanitati quippe qui conceptus es tecumipsum attende et aliorum compati / ut agnoscas in spiritu lenitatis / teipsum considerans ne et tu tempteris / hic compassionis affectus multis quidem prodest / quia animus liberalis contristatur / qui pro se videt auctor erubescit. Sed quid agimus nos nulli dura cervice et attrita sunt fronte / ut quanto magis eis compatimur / tanto magis et nostra compassione et paciencia abutuntur. Sone sic compaciebamur sed / ita ipsi iusticie compaciendum est quae eidemque tam impendent ambicioni / ita impendent provocari / Tercio quia si qua in nobis est dei caritas contemptum est dei ferre equanimiter non possumus / hic est zelus iusticie quo adversus delinquentes attendimus tamquam pietate ducti / erga eos enim quos tociens videmus iusticiam dei retinentem oportet ut foras sibi redeat compassionis affectus / alioquin

in spiritu vehementi conterimus quassatum calamum extinguimus linum fumigans. Sed tamen utrique aderit, compassionis affectus et zelus iusticie necesse est ut assit spiritus discrecionis / ne forte cum oporteat hunc quibus ille procedat eciam indiscrecio ipsi confundat universa sibi valeat utrique mensuram tamen secundum discrecionis ut misteris apte temporibus ea oportune cumulari / et nichilominus ignoscere sciat. Ut maritaque sit custodiens et abstinas quam olim vere quando quando secretionis exhibeat. De luce sciencie. In prima parte sermonis de vigilia domini Lam. xxxv

Illuminemus nos lumine sciencie priusquam de lumine mundi tenebris transeamus ne de tenebris transeamus ad tenebras et tenebras sempiternas. Quae est autem ista sciencia / Profecto scire quia veniet dominus / et si quando veniet scire non possumus. Et inquis ista sciencia omnium est. Quis enim nesciat vel nominetenus fidelis quod venturus est ~~est~~ iudicare vivos et mortuos et reddere unicuique iuxta opera sua. Non omnium ista / sed nec multorum paucorum est / quia revera pauci sunt qui salvantur. Putas quia illi qui cum male fecerint letantur

et exultent in rebus pessimis
vel sciant / vel recogitent
quando veniet dominus / Sed
si dixerint ipsi tu noli credere
quia qui dicit se nosse deum
et mandata eius non custodit
mendax est / Non enim ita se
cum impunitate polluerent
si domini adventum scirent vel
formidarent / sed vigilarent
utique / et non sinerent perfodi
tam (?) conscientias suas
Secundo ante ista operatur in primo
gradu penitudinem idest
dolorem / ut risum in luctum
tantum gaudium in merorem
commutet / et incipiat sibi dis-
plicere quod vehementer ante
placuerat / et illa specialiter
horreat que specialiter appete-
bat / In secundo vero gradu operatur
correctionem / ut iam non exhibeat
membra sua arma iniquitatis
peccato sed coherceat gulam
frigeret luxuriam / superbiam
deprimat / et faciat servire
sanctitati corpus quod iniquitati
ante servierat / Plenus nudus sine
correctione non prodit / Tamen
qui baptizatur a mortuo et
iterum tangit eum quid proficit
lavacio eius / Sed quia hec
duo utique homines non possunt nisi
circa se multa circumspectione
mens indefessa vigilet et
attendat / In tercio gradu
operatur sollicitudinem ut iam
incipiat sollicitus ambulare
cum deo suo / et ex omni parte

sentiret / ne vel in levissima
re tremende maiestatis illius
offendat aspectus / In plenitudine
attendit in correctione in sollicitu-
dine lucet ut in viribus / et
quotidie renovetur / Sic iam re-
spirare incipit a tribulacione
malorum et dolore et timoris
magnitudine spiritualis leticia
comparare ne spiritum enormitate
scelerum consummatam tristicia ab-
sorbeatur / Sicut et si timet a
iudice / sperat a salvatore / cum
iam in omne timor et leticia
obsequuntur et obviant / Sicut
plerumque timor leticiam superat
leticia sepius timorem excludat
in ista sui gaudii concludat exulta-
cionem / Felix conscientia in qua lucta-
men huiusmodi indesinenter cer-
tatur / Donec quod mortale est
absorbeatur a vita / Donec eva-
cuatur timor qui ex parte est
et succedat leticia que perfecta
est / quia non timor sempiternus
sed leticia sempiterna erit

**Quod sola fides absque ba-
ptismo in necessitate sufficiat ad
salutem In prima parte Epistolarum
ad magistrum hugonem sancti victoris
Item xxiiii**

In maiori etate quisquis post
divulgatum utique baptismi
remedium contempnit iam baptizari
generali originali quia macule
addit / ut cumulo contemptus superbie
duplicem secum portabit iustissime
dampnacionis / tamen si sit de corpore
exiret contigit / Tamen si ante
exitum resipuerit et voluerit et
petierit baptizari / Sed mortis
preoccupatus articulo forte obtinere
nequiverit / Cum non desit fides

recta, spes pia, caritas sincera
spiritus mihi sit deus. Quia sicut
ego ob solam aquam si desint
nequaquam omnino possim desperare
salutem, nec vacuare credere fidem
nec confundere spem, nec excidere
caritatem. Tamen si aquam sed
sola ut dixi prohibeat impossibili-
tas. Credo sola fide posse hominem
salvari, et cum desiderio percipiendi
sacramentum si tamen pio adimplendi
desiderio mors anticipans, seu
alia quecumque vis invincibilis
obviaverit. Denique et si martirium
vicem baptismi posse implere
concedit. Non plane facit hoc
pena, sed ipsa fides. Nam absque
ipsa quid est martirium nisi pena.
Hec ergo prestat martirio ut absque
ulla dubietate pro baptismate
reputetur, ipsa ne ita infirma
et imbecillis erit per se ut
quod alteri dare valet sola
non valeat obtinere. Et profecto
sanguinis pro Christo effusio et
insigne cuiusdam fidei indubita-
ta probatio, non deo tamen sed
hominibus. Quid vero tamen non abnuendum
martirium nisi ex fidei merito illam
obtinuit prerogativam, ut singula-
riter vice baptismi fungi su-
scipiatur, nec video cur non ipsa
eque et sine martirio apud
deum tantumdem possit, cui
et sine martirii probamentis pro-
cul dubio nota sit. Possit tan-
tumdem dixerim quod ad salutis
spectat obtentum. Non autem
cumuli cumulum quo indubitate
martirium antecellit. Quid plane

minus est quod voluntas pro
facto reputatur ubi factum exclu-
dit necessitas. Sic nonnullus qui
alieno teneri se debito forte
in quacumque positus recolit
si desit unde persolvat sola
mentis humilitate penitentia et cordis
contritione obtinere veniam credens,
ne iam pro eo damnetur.
Si sola fides et mentis ad
deum conversio sine sanguinis
effusione aque salutem sine
dubio confert volenti, sed non
valenti prohibente mortis
articulo baptizari. Et sicut
nulla illi penitentia remittitur
peccatum si cum possit non resti-
tuit ablatum, sic et huic
nulla proderit fides si cum
possit non percipit sacramentum.
Christianus et fidem contemnit
non perfectam si hoc neglegit.
Vera enim et plena fides
universa precepta complectitur.
Est autem hoc unum ipsius
precipuum ex preceptis. Iste ergo
non fidelis sed rebellis plane
atque contemptor reputabitur
quisquis obedire renuerit. De
diligendo deum in sermone
de diligendo deo Cap. xxv

Causa diligendi deum
deus est, modus sine
modo diligere. Duplicem
causam deum dixerim propter
seipsum diligendum, sive qua
nichil iustius, sive quo nichil
fructuosius diligi potest.
Priorem quippe meruit de
nobis, qui et immeritis se
ipsum dedit nobis. Quid enim
melius seipso poterat dare vel
ipse. Ergo si dei meritum

quantum illud videtur esse prae-
cipuum quia ipse prior dilexit
nos. Sentimus plane quo rediat
perfectum si advertat quis quos
quantum amavit. Quid namque
alius faciat considerata tanta
et tam indebita miseratio-
nis gratuita dilectio, tam
inopinata dignata dignatio,
tam miranda mansuetudo tam
stupenda dulcedo. Quid inquam
omnia faciat diligentius hec
considerata sunt considerantis
animum ad se mirabiliter rapiat
vehementer afficiant faciant
quod prae se contempnere quicquid
nisi in contemptu horum appeti
non potest. Amat deus et
ex se toto amat quia tota
trinitas amat. Si tamen totum de
infinito dici et incomprehensibili
ac penitus de simplici potest. Intueor
hoc credo satis agnoscit quare
deus diligendus sit hoc est
unde diligi mereatur. De
modo diligendi deum in sermo-
ne de diligendo deo Ca^m xxi

Infidelis minime non est si dominum
quem minus agnoscit minus
et diligit. At tamen ipse totum
ei se se debere non ignorat qui
sui totius non ignorat auctorem.
Quid ergo ego qui deum meum
teneo vite mee non solum gratuitum
largitorem, largissimum admi-
nistratorem, piissimum consolatorem,
sollicitum gubernatorem, sed
insuper et copiosissimum redem-
ptorem, eternum conservatorem,
ditatorem, glorificatorem. Allu-
cato vigeat et iustitia na-
turalis totum se tradere
illi a quo se totum habet

et ex se toto diligere debere
mihi profecto fides tanto plus
indicat diligendum, quanto et eum
me ipso pluris estimandum intelligo,
quippe qui illius solum non mei
sed ipsius quoque teneo largitorem.
Sed si totum debeo meum pro me facto
quid addam iam et pro refecto.
Nec enim tam facile refectus quam
factus. Et non qui me tantum
et semel dicendo me fecit in
reficiendo pro facto et dixit
multa et gessit mira et pertulit
dura sed et indigna. Quid ergo
retribuam domino pro omnibus
que retribuit mihi. In primo
opere me mihi dedit, in secundo
se et ubi se dedit me mihi red-
didit. Datus ergo et redditus
me pro me debeo et bis debeo.
Quid deo retribuam pro se. Nam
etiam si me millies impendere
possem quid sum ego ad deum.
Sit inde quemadmodum ymmo quod sine mo-
do a nobis deus amari meruit, qui
prior dilexit nos tantus et tantos
et gratis tantillos et tales. En
quod dixisse me memini modum esse
diligendi deum sine modo diligere
deum. Denique cum dilectio que
tendit in deum tendat in immensum
tendat in infinitum. Nam et in-
finitus est deus et immensus.
Nam quid queso debeat finis
esse vel modus amoris, quod
quod amor ipse iam non gratuitus
impendit, sed rependit. Sed
rependitur debitus. Amat ergo
immensitas, amat eternitas, amat
supereminens scientie caritas, amat
deus cuius magnitudinis non est
finis, cuius sapientie non est numerus

cuius pietas compensat omnem intel-
lectum et vitam rependimus cum
mensura. Diligam te domine
fortitudo mea, dominus firmamen-
tum meum et refugium meum
et liberator meus. Et meus
denique quicquid operabile atque
amabile dici potest. Deus meus
adiutor meus. Diligam te pro
dono tuo et pro modo meo
minus quidem iusto, sed plane
pro posse meo. Qui et si quantum
debeo non possum, non possum
tamen ultra quam possum. Potero
vero plus cum plus donare
dignaberis, numquam tamen prout
dignus haberis. Satis quantum
reor apparet quo nam modo
deus diligendus sit. De premio
diligendi deum. In sermone de
diligendo deo Cam xxvi

Non sine premio diligitur
deus, et si absque premii
sit intuitu diligendus. Vacua
namque vera caritas esse non
potest, verus amor seipso contentus
est. Habet premium, sed id quod
amatur. Namque si quid propter aliud
amare videaris, id plane amas
quo amoris finis pertendit, non
per quod tendit. Premium sane
necdum amanti promittitur, sed amanti
debetur, perseveranti redditur.
Verum amans omnia aliud preter
deum sui amoris premium non
requirit, aut si aliud requirit
illud procul dubio non diligit deum.
Supra dixi. Causa diligen-
di deum, deus est, verum dixi.

Nam et efficiens et finalis.
Ipse dat occasionem, ipse dat
effectum, desiderium ipse con-
summat. Ipse facit vel potius
factus est ut amaretur. Ipse
~~speratur~~ speratur amandus
felicius ne inaniter sit
amatus. Eius amor nostrum et
preparat et remunerat. Pre-
cedit benignior, rependitur
iustior, expectatur suavior.
Dives est omnibus qui invo-
cant eum, nec tamen habet
seipso quicquam melius. Se dedit
in meritum, se servat in premium,
se apponit in refectionem anima-
rum sanctarum, se in redemptionem dis-
trahit captivorum.
De statu iustorum ante adven-
tum domini in secunda parte sermo-
nis de omnibus sanctis Cam xxvi

Donec veniret deside-
ratus ille qui sanguine
suo deleret chirographum
damnationis nostre et flammeum
extingueret gladium, aperiret
credentibus regna celorum,
nullus omnino cuiquam sanctorum
ad ea patebat accessus.
Sed providerat eis dominus
in inferno ipso locum quietis
et refrigerii. Chaos ma-
gnum firmans inter sanctas
illas animas et animas
impiorum. Omnes enim
utrique in tenebris erant, non
utrique erant in penis.
Hos cruciabantur impii, iusti
vero consolabantur. Ut

ante in tenebris essent
ubi p[ro]ph[et]a testimonio dicit
qui se q[ua]si in locum tene-
brosum et aptum mortis
caligine plus habebat iuxta
hunc ergo locum obscu-
rum quidem sed quietum
sinum Abrahe dominus vocat
pro eo ut arbitror quod
in fide et expectatione qui
essent salvatoris. Abrahe
cum fides tam manifeste
probata est et approbata
ut primus ipse inter natavit
xpi futurum meruisset accipe[re]
promissionem. In hunc ergo
locum salvator descendens
contrivit portas ereas
et vectes ferreos confregit
eduxitque de domo carceris
sedentes quidem hoc est
quiescentes sed in tenebris
et in umbra mortis. Tam
tunc quidem sub altare
dei deo collocavit abscondens
eos in tabernaculo suo
in die malorum et protegens
in abscondito tabernaculi
sui. Donec veniat tempus
quo procedant iam completo
numero suo et capiant re-
gnum quod eis paratum est
ab origine mundi. Amen.

Explicit liber secundus
Incipit liber tertius qui
sit dignus platone In-
sedi per Epistolarum Ca[pitu]lo
lxxxiii Capitulum primum

Si rebus civitas p[ro]-
cinium stetit nil in civita[te]
speciosius nil expectabilius
bono vel ceteris pastore. Nempe va-
na autem est ista. Proinde si
corpus clericus medium capiat et
vetustio detur confestim in-
ciende sunt manus ceterisque viri
satisfaciendi nequam nequa-
arte malitie venenosa pro-
motio valeat prodire

Sup[er] Cantica sermone xx

Idoneus plane et dignus
qui ponatur custos armarii
cui per se animi cura a contin-
[u]atione diligentia et soli-
citudine non impedit aut
retardat. Cum non querit
que sua sunt neque quod sibi uti-
le est sed multis.

Sup[er] Cantica sermone x

Si forte ad refrigerandam cari-
tatem sentiunt qui se neque ad
congaudendum sentit promptum
neque pronum ad condolendum
talis quidem non prodest sibi
obest plurimum. Porro sese
ingerere qualis impudentie est

In quibusdam dictis

Oportet ergo gradum nostrum
qui dominicum gregem
pascere satagit. Pascere vero
tripliciter exemplo conversationis
et verbo predicationis et fructu
orationis. Et pascere ad mandu-
tum xpi ut nemo sibi su-
mat honorem. Sed qui vo-
catus fuit a deo tanquam
aaron. Per eum ingressus.

introierit salvabitur et pascua
inveniet. Tamen nec ascenderit
aliunde, plane fur est et latro.
Latro qui per rapinam sibi in sortem
ministerii huius introisse videtur.
De cetero quemadmodum ei formatur
quemadmodum instruit, quemadmodum
prestat explicatur ut diximus. Grege
domini spoliata scilicet quam animatione di-
scendat. Indignus enim lacte et
lana convincitur, si non pascit oves,
si non vigilat in custodia gregis;
iudicium sibi manducat et bibit.
Porro petere accepta male in
malo est, in bono uti cautum est.

In quibusdam dictis

Hec sunt que pastorem com-
mendant: Bonitas, disciplina,
sciencia. Bonitas attrahit,
disciplina corrigit, sciencia pascit.
Bonitas amabilem, disciplina
imitabilem, sciencia docibilem reddit.

*Quid sit necessarium prelato ut di-
gne preesse possit. In quibus-
dam dictis. Capitulum secundum*

Quis putas est fidelis ser-
vus et prudens, quem con-
stituit dominus super familiam
suam, ut det illis escam in
tempore. Quicunque forte cum esset:
Meus inquit cibus est ut faciam
voluntatem patris mei. Nimirum
vita in voluntate eius. Tamen
quidem nec pasci ipse nec alios
pascere non potest, nisi sit fidelis
et prudens, ut eam intelligat
et diligat. Intelligat autem
fortiter, diligat et ferventer.
Quando enim ignorantia excu-
sare possit hominem, qui se
magistrum infancium doctorem insipi-
encium profitetur? Ignorans
utique ignorabitur. Immo et
multos ignorare faciet et
ignorantie. Immo enim periculum
sit ubi pastor non invenit pa-
scua. Sane timens ignorat via-
torius nescit domini volun-
tatem. Et causa quottidie
multiplicitur et miserabiliter
compitur. Est enim ut sacra-
tissima et secretissima res
voluntas dei, et omnino
occultum consilium. Utilis pro-
inde utilis eruditio est, sed
multo magis unctio. Unctio
quippe que sola docet de
omnibus. Unde ante facie
videbitur que sit voluntas
dei bona et bene placens
et perfecta. Qui nec prius sciat
nec querere nec petere confidet
qui donec alienarum curam
suscipiet animarum, iniquitatem
sui gessisse curam confitentur
nam de hiis quidem qui et
ubi forte intelligunt dei
voluntatem, negligentie tamen
et quantum prevalet adhe-
rentie ei, qui dederunt
manum morti, et cum in-
ferno inire federa cum dictis
bonum adherentes malo pati
sunt gravis consenciencie peccato
sonat malicia. Sane iniquitatem
quam odibiles deo et mundo
peccabiles esse constat.
Axelius est ille quam loqui.
Breve nemo repente fit
turpissimus, nec enim aliquis
in hunc affectum nequicie.

nisi praua consuetudine
peruersi sunt. Sunt enim quidam
debiles et tepidi emulatores
iusticie; sunt quibus et uigor
sed feruor deest; sunt fer-
uentissimi utrique, cum utrumque
sit summopere diligendum
necessarius ut uirtus quippe
et aduersa conuersatione. Virtus
enim uigoris esse demonstratur
nequaquam cedere emulationem
suam pro iusticia presentium
uiliter sustinere; sic feruori
uidetur contemnendum nullis
capi uoluptatibus nullis
illecebris emollire. Bene quidem
cum omnibus ipsis enim spiritualiter
dicatis ipsi sunt necessaria
ne forte in peiorem eum
errare contingat. Quid
enim refert qua occasione
deserat viam virtutis? Vendi-
cantur ignavi sequuntur sponta-
nei compellantur inviti seu
attrahantur illecti; quid interest
dummodo eant impediti? Sic
enim eue prudencia ac temperan-
tia. Neque enim iusticia potest
deesse fortitudine. Unam
quidem uentis quadrifariis
preditam et cathedram pestilentie
commodis exigit ministerium hoc
de quo loquimur, ut habeat donec
careat sinistra sibi tamquam
pro ipsum manifeste blandiatur.

Super Cantica sermone xlvi

Ergo ualidos et constantes
oportet esse eos qui
super alios ordinantur. Vero
et longanimes in spe atque
in superna mentis uertice attol-
lentes qui etiam bonum fidei
sue et conuersationis ubique odorem
spargit.

De bona consciencia prelati. In prima parte epistole ad Henricum Episcopum Senonensem Capitulum tercium

Is tantum primitias interioris gloria
non fraudatur qui dicit per eum
propheta: Oblivioni datus sum
tamquam mortuus a corde; id est
propria voluntate. Bona oblivio
si teipsum nescias ut proximo prosis.
Bene ante mortuus a corde
si iam tibi viuere non studeas sed
ei qui pro te mortuus. Sane
in tanta oblivione sui necesse
est cor bene esse conscium sibi
quo in hiis foris extendit, siquidem
cum scientia intra se relinquit
conscientiam. Quid enim prodest
homini si universum mundum lucretur
anime autem sue detrimentum patia-
tur? Sed et ordinis exigit ratio
ut qui ad sui mensuram proximum
iubetur diligere, prius seipsum dili-
gere nouerit. Atque duo sunt precipue
que bonam reddunt conscientiam:
penitere a malis et abstinere a
malis. Horum neutrum solum
sufficit utrimque. Dentis bene co-
sciens cum scientia iam seipsum
deserat et quodammodo per-
dat ut alios lucri faciat. Cum
infirmantibus infirmetur, urat cum
scandalizantibus; fiat et si opor-
teat iudeis iudeus nichil
formidet cum eius conscientia exemplo
Ieremie et Ezechielis in
egyptum vel in Chaldeam
cum transgressoribus captivati
et cum sancto Iob fratri frater

oratorum et feruus flentium
Cum moyse qui optat quod gravius
est deleri de libro dei et cum
paulo anathema esse a christo pro
fratribus non timeat cum Ieremia
consolari Apparem denique si necesse
est imitare Ieremiam secreti
medullas penetrat flammatis
cum celi consciencia Comparet
si placet thezauros Regnum
et fastigia regiorum cum hanc
fiducia Homine cuncta horum fe-
licitates pre tanti boni dulcedine
inscia reputabit Et hanc
fiduciam operatur caritas
De zelo prelatorum super Cantica
sermone xxiiii capitulum quatuor
Prelati prodesse magis
studeant quia preesse
habeat caritatis zelum sed ad-
hibeat pro tempore modum severitas
censura quidem remissa minus
tamen intermissa plerumque plus
proficit rigor iusticie semper
fervidus sed magis preceps sic
non omne quod libet licet sic nec
omne quod licet statim est expedit
Super cantica sermone undecimo
Oportet prorsus uno zelo
in caritate ferventis
esse ut qui aliis presidet alio
quam improbe satis preesse
affectas quibus prodesse non
curas et quorum non zelas
salutem subiectionem nimis ambi-
ciose venditas tibi In libro
tercio de consideratione
Preesse ut provideas et
consules ut prosis et
servies preesse ut prosis
preesse ut fidelis servus et
prudens quem constituit dominus
super familiam suam Ad quid
ut des illis cibum in tempore
hoc est ut dispenses non
impenses hoc fac et dominari
non affectes hominum homo
ut non dominetur tui omnis
iniusticia Restat tamen quod timendum est
nam deus quod suum est facit
absque tua sollicitudine et
anxietate curabit Plantare
riga fer curam et tuas
explicuisti partes Sane incre-
mentum ubi voluerit dabit
deus non tamen ubi voluerit forte
tibi deperit nichil In con-
cura inveniri fidelis servus
et prudens conservus tuus
celeste triticum communicare
absque invidia et absque de-
sidia erogare
In epistola ad Balduinum abbatem
De solo tibi credito
talento respondere
tibi paras Sciens de reliquis
tibi nullum accepisti nihil de
talentis si modicum et id tibi ne
Attende qui in modico fidelis
non est nec in maximo Tu
da quia tibi repetendus
es nosti admonissimum quia
dicante sed sane quod habes
tu quod non habes exemplo
etiam voce dare tue vocatus
intentus Nam illud inquirit
ut ea tua vobis transeat
primo verba ut tuis opibus
prius facere quam docere Pulcher-
rimus ordo est et saluber-
rimus ut onus quod portandum

imponis / tu pot portes
et extra distas qualiter o
porteat alys moderari hmo
quidem unius et efficax
exempli est opis / facile
faciens sua qd dicit dum
monstrat factibile qd suadet
Ergo in hys duobus mandat
vi scilicet et exempli sumaz
eius effectus ad consciencie servi-
pande intellige Tu tamen
si sapis iunges et tercium
studium oronis Manet etiam
tibi hec verbum exempli orationis
maior autem hys est oratio
Nam et si vocis virtus sit
opus et opi tamen et voci
gratiam efficaciam conferet
oratio

De pietate platorum sup
cantica Simonis xxiii Capitulo

Audiant plati qui sibi
commissis volunt semper
prelibati raro Discite matres
subditorum vos esse debere
non dominos Studete magis
amari quam metui Et si interdum
severitate opus est paterna
sit non tyrannica Matres fo-
vendo patres non corripiendo
exibeatis Mansuescite ponite
feritatem / Suspendite verbera
producite ubera pectora lacte
pinguescant non tipo turgeat
Quid iugum vestrum super eos
aggravatis quorum onera
pocius portare deberetis
Cur morsus a serpente
parvulus fugit consciam
sacerdotis ad quid eum magis
oporteret tamquam ad sinum
recurrere matris Si spirituales
estis instruite huiusmodi in
spiritu lenitatis considerans vos-
ipsum et ne ipse tempteris
Alioqui ille in peccato suo morietur
sanguinem autem eius ait de
manu tua requiram

Super Cantica Simone x

Quanti hodie de hys
qui amicos regis suste-
pnit / qd sine miserabili gemitu
dicendum non est Christi obprobria
sputa flagella clavos lanceam
et crucem et mortem / et hec
omnia in fornace avaricie con-
flant / et profligant in acqui-
sicionem turpis questus et precium
universitatis sinus marsupys in-
cludere festinat / Hoc solo
scire cum illo Scariothis dissentit
quod ille horum omne emolumen-
tum denariorum numero compensat
isti voraciori ingluvie liberum
infinitas exigunt pecunias
hys insaciabili desiderio in-
hyant pro hys ne amittant
timent et cum amittunt dolent
horum in amore quiescunt / quorum
tamen dumtaxat labor eis est
conservandi vel augmentandi
cura amatorum nec casus repu-
tatur nec salus / Nec sunt presto
mres / qui tamen sunt de crucifi-
xi patrimonio nimium incrassati
impinguati dilatati non compa-
ciuntur super contricione ioseph Sine
me est non dissimulat Habet
ubera et non vacua Gaudet

cum gaudentibus | flere cum
flentibus nouit Nec cessat ex-
primere de ubere quidem congra-
tulacionis lac exhortacionis
de ubere vero compassionis lac
consolacionis Nam congratulacio
quidem exhortacionis conpassio
vero consolacionis lac fundit
Videas eam si quem forte
deprehenderit aliqua forti
temtacione contrissatum | et inde
turbatum et tristem pusilla-
nimemque factum | non posse tam
ferre vim temtacionis quomodo
condolet | quomodo mulcet | quo
plangit | quomodo consolatur | quot
argumenta pietatis | inter repit
quibus erigeat desolatum
Contra si promtum si alacrem
si bene proficientem cognouit
exultat aggreditur salutari-
ribus monitis attendit Am-
plius instruit quibus potest
ut perseueret indeque in melius
ut proficiant exhortatur Omnibus
se conformat | omnium in se transfert
affectus | mitem denique se probat
non minus deficientem quam
proficientem et Super Cantica
sermone quinquagesimo sexto

Multos vidimus qui quod
necessarium est et forte
affinitatis | quod debile est pro-
icimus Unumque modicum valetes
requirunt et non parcimus egro-
tantes Unos docebis mege-
bone | si omnes indoctos repri-
heris Omnibus quasi habebis
diligenciam discipline | si in-
disciplinatos omnes vel effre-
gatus vel frigeris In quibus
observo etiam probabis
paciencia si solos admiseris
mansuetos inquietos ex-
clusis Super sermone
Cantica tricesimo sexto

Omnibus quidem opta-
da est profecto preciosa
autem optimorum forma
est platorum Sciunt quippe
fideles quod positi largorum
sibi credita cura amarunt
non pompam Unumque intimum
minimum | cuius piaz illarum
querentes vocis indicio depre-
hendunt | et si in ipsos insur-
ad conuicia et contumelias
prorumpentis medicos non se
dominos agnoscentes parant
confestim aduersus furene
sim conuine non vindictam
sed medicinam Ex carne
infirme omni sit plato non
sane In prima parte epistole
ad Raynaldum Abba-
tem de Fimaco Capitulum xi

Omnis amarum est inf-
irmarum Nam qui sane
sunt portari non indigent
ac per hoc nec unquam fuerit
Unostimumque de tuis morbis
tristes | pusillanimes mur-
muriosos reparari te prem
reparari te noueris esse ab-
bate Consolando exor-
tando increpando agis

opus tuum portas omnis
tuus / et portando sanas
quos sanando portas Si-
quis vero ita firmus est ut
magis iuvet te quam iuvet
a te / hunc te non priorem sed
parem / comitem et non libe-
ratem cognoscas / Quid
ergo causaris de aliquibus
qui tecum sunt magis gravamini
consortes quam sint solacio
Cum solus sint omnibus
datus sis solacium / tamquam
omnibus sanctior omnibus for-
cior / qui omnibus sufficias
per dei graciam solaciari et
a nemine sim indigeas con-
fortari / Denique inquantum
gravaris in tantum lucraris
et inquantum iuvaris / intantum
tibi tua premia minuis /
Elige ergo quos eligas
aut qui gravando iuvant
aut qui iuvando gravant
hii tibi promotores illi frau-
datores meritorum existunt
Nam qui sorte laboris pro-
culdubio et mercedis par-
ticipes erunt

De solicitudine prelatorum Super Cantica sermone lxxvii

Ve qui aliis preest
in solicitudine / vix umquam
tamen secure sibi raro vacat
Dum semper timet sui pericula
facere subditis / et non placere
deo quod communi utilitati
prefert suam quietem et con-
templacionis dulcedinem

Non autem parvi gaudii et
securitatis accedit interdum sibi
sentienti cum ex merito quodam et
reverenciam erga se inmissa di-
vinitus cordibus subditorum
intelligit quietem suam placere
deo / qui facit ut illi eo magis
animo suas necessitates sustineat quam
spiritualis gracia audeat ocia te-
mere perturbare

Super Cantica sermone lxxvii

Quam boni vigiles qui
nobis dormientibus ipsi
pervigilant quasi racionem pro animabus
nostris reddituri Quam boni cu-
stodes / qui vigilantes animo
atque in oracionibus pernoctantes
hostium insidias sagaciter ex-
plorant / anticipant consilia
malignancium deprehendunt laqueos
eludunt tendiculas retiacula
dissipant / machinamenta fru-
strantur / hii sunt fratrum
amatores et populi christiani / qui
multum orant pro populo et univer-
sa sancta civitate / hii sunt
qui multum soliciti pro sibi com-
missis dominicis ovibus cor suum
tradunt / ad vigilandum diluculo
ad dominum qui fecit illos et
in conspectu altissimi depre-
cantur Et vigilant et deprecantur
scientes suam insufficienciam
in custodienda civitate Bono
cum dominus ita precipiat Vigilate
et orate / ne intretis in temptacionem
liquet quod absque duplici hoc
exercitio studioque sedulo cu-
stodum / non potest esse secura
civitas / non sponsa non oves

horum differenciam quecis minime
sunt / ciuitas xpi collectorum
sponsa xpi dilectorum / oues xpi
mansuetudinem Propterea cuiusque
opus ministerii huius sortiti estis
attendite vobis creditum est et
precioso deposito quod vobis
creditum est / Ciuitas est vigilan-
te ad custodiam concordiamque
Sponsa est studete ornatui
oues sunt intendite pastui /
Porro custodia ciuitatis ut
sit sufficiens triplicia erit
A vi tyrannorum a fraude
hereticorum a temptacionibus
demonum Sponse vero ornatus
in bonis operibus et moribus et
ordinibus ad pastus ouium com-
miter quidem in pascuis scriptura-
rum tamquam in hereditate domini
sed est distinctio in illis Nam
sunt mandata que duris atque
carnalibus animis imponuntur
ex lege vite et disciplinae et
sunt alia dispensacionum / que
infirmis et pusillis corde de
respectu minime apponuntur Et
sunt consiliorum solida forciaque
que ex intimis sapientie promit-
tantur / et qui exercitatos
habent sensus ad discretionem
boni et mali Paruulis namque
agnellis adhortacionis lac
potus datur non esca De

doctrina prelatorum Super Cant.
Sermone lxxvij Capitulum viij

Bonum solliciteque pastores
impugnare pecus non

cessant bonis electisque pa-
stores exemplis et suis magis
quam alienis Nam si alienis
et non suis ignominia est illis
et pecus ita non proficit
Hi enim vi causa ego qui
videor inter vos pastoris
gerere curam vobis oppositio
moysi mansuetudinem patie-
ciam Job misericordiam samuelis
dauid sanctitatem / et si qua
sunt eius modi exempla
bonorum minus ipse et impa-
ciens / atque misericors mi-
nime sanctus sermo ut
video minus valet vobis ex
nobis est Nunc vero bonus pa-
stor hoc quoque curabit
ut secundum euangelium inueniat
habere sal in semetipso sciens
quia sermo sale conditus
quantum placuit ad graciam
tantum prodit ad salutem
Hec interim de custodia
ciuitatis atque ornatu spon-
se necnon et pastu ouium dicta
sunt Volo tamen adhuc eadem
paulo expressius designare
propter eos qui dum auide mi-
nus honoribus inhiant mi-
nus proinde grauioribus se suppo-
nunt honoribus exponunt pe-
riclis ut sciant ad quod veniunt
Nisi fallor ad solam ciuitatis
custodiam ut quantum satis
est prouideret / opus est viro
forti / spirituali fideli forti
ad propulsandas iniurias
spirituali ad deprehendendas
insidias fideli / qui non que
sua sunt querat / Porro ad

mores honestandos uel
corrigendos quod utique ad
decorem pertinet sponse
spiritus non aliquid agnoscat
per naturam forte cum multa
quidem diligentia disciplinam
censuram Quam non quo
in pascua dominorum eloqui-
orum greges domini pa-
scat ydiota Sed et si docti
quidem sunt / non sit autem
bonus verendum non tam
nutriat doctrina verbi quam
noceat vita sterili Teme-
ritas et in hac parte hoc
onus subitur / alioquin sancta
pariter vita quam laudabili / pa-
stores si quidem qui veri
pastores sunt / habeant de terra
et in terra / sed de celestibus
pascuis greges dominicos
pascere consueverunt Neque
enim suam eis sed domini
predicant voluntatem Quod
prelato sicut deo obediendum
sit de precepto In libro de pre-
cepto et dispensatione Capitulum v.

Sive deus sive homo
vicarius dei mandatum
quodcumque tradiderit pari pro-
fecto obsequendum est / cura pari
reverentia defendum ubi tamen
deo contraria non precipit homo
Quod si contigerit paragadum
indubitanter consilio impatri
sententiam / quia obedire
oportet deo magis quam
hominibus Quatenus obedire
quantum vite dei precipit homo
quod non sit ibi certa dispicere

deo / habent omnino accipiendum
est / quam si precipiat deus Nichil
enim interest utrum per se an per
suos ministros / sive homines
sive angelos hominibus suum
innotescat beneplacitum deus
Sed homines inquit facile
falli in dei voluntate de rebus
dubiis percipienda et in precipiendo
fallere possunt Sed enim quid
hoc refert tua / qui conscius
non es Nam quo demum divina
proximus consilia requirentur quam
ab illo cui credita est dispen-
satio misteriorum dei Ipsum pinde
quem pro deo habemus tamquam
deum in hiis que aperte non sunt
contra deum audire debemus
Porro imperfecti cordis et infirme
prorsus voluntatis indicium est
statuta seniorum studiosius discu-
tere / herere ad singula que in-
iunguntur exigere / de quibus
que rationem et male suspicari
de omni precepto cuius causa la-
tuerit / nec umquam libenter obe-
dire nisi cum audire contigerit
quod forte libuit / aut quod non
aliter licere seu expedire mon-
straverit vel aperta ratio vel
indubitata auctoritas Deli-
cata satis / ymo nimis molesta
est huiusmodi obediencia dis-
putare profecto hec est ma-
licia cordis non in auditu
auris obedire Quod prelato
contraria deo iubenti non est
obediendum In secunda parte
epistularum ad adam monachum

Capitulum decimum

Mala imperantibus non est
parendum presertim du-
plicius obtemperans imperiis
in quo hominem videris obediens
deo plane qui omne quod preter
agitur mediat inobedientem
te exhibes. Valde autem per-
versum est preferre te obedientiam
in quo nosceris superiorem propter
inferiorem id est divinam propter
humanam solvere obedientiam.
Quid enim quod iubet homo pro-
hibet deus et ergo audiam
hominem surdus deo. Quamvis
excusatio de humana obedien-
tia ubi in deum committitur facta
transgressio. Nec dico a subditis
mandata prepositorum esse diiudi-
canda / ubi nil videtur deprehenditur
divinis contrarium institutis / sed
peritia assero et prudentiam, qua
adiutatur / si quid addisitur / et
libertate qua ingenue continentur.
Agitur fieri malum quolibet etiam
iubente constat non esse obedi-
entiam / sed potius inobedientiam.
Verum hoc advertendum quod quedam
sunt pura bona / quedam pura
mala et in hiis nullam debitam
hominibus obedientiam / quia nec
illa admittenda sunt cum prohibentur
nec ista vel cum iubentur commit-
tenda. Porro inter hec sunt me-
dia quedam que pro modo
loco tempore vel persona et ma-
la possunt esse et bona. Et
in hiis lex posita est obedientie.
In hiis profecto phas non est
nostrum sensum preferre maiorum
sententie. In hiis omnino pre-
latorum nec iussio nec pro-
hibitio contempnenda. Fides
spes caritas et / huiusmodi
pura sunt bona que male
non possunt vel iuberi vel
teneri bene non possunt vel
prohiberi vel non teneri. Pra-
va mala sunt furtum sacrilegium
adulterium et cetera alia que
recte vel nec bene precipi vel
presti possunt / nec male pro-
hiberi vel non fieri adversus
huiusmodi non est lex. Nullius
quippe prohibitio valet ob-
viare preceptis / nullius iussio
vindicatur prohibitis. Sunt
deinde media que quidem per se
nec bona nec mala esse
noscuntur. Que possunt tam indif-
ferenter et bene precipi et
male vel iuberi vel prohiberi
sed male nullatenus in hiis
a subditis obediri. Ex hiis
sunt ut exempli gratia pro-
hibitio vigiliae legere et
quecumque alia. Reverendum vero
quia media quedam impermix-
tum plerumque bonorum seu
malorum transeunt rationem. Sic
coniugium tunc fieri liceat et non
fieri; factum iam solvi non licet.
Quod ergo ante impetras
medium esse liquebat in iam
coniugatis pravum. Sunt vero obtinere
tamen presertim possidere seculum quidem
hominum medium est / quia et
non possidere non licet pravum
malum est. Quod non iubere
per vitio inobedientis fiet
hic liber de precepto et dispensatione

Capitulum XI

Non nullum stultiloquium est que ociosa dicta facta et cogitata nonnumquam nisi contra dei mandatum vsurpantur peccata quippe sunt et deus prohibet omne peccatum et tamen venialia et non criminalia reputantur excepto enim per contemptum vertuntur in vsum et consuetudinem et tunc non peccati species sed parentis intencio pensatur. Non enim inobedientia sed impenitentia facit prevaricatorem. Illa quippe contempnentis et impenitentis obstinacio in minimis quoque mandatis culpam facit non minimam et vertit in crimen cuius rebellionis vel vindicte satis levem simplicis transgressionis culpam non est enim idipsum obediencie nolle et non obedire. Hoc quippe interdum erroris est non numquam et infirmitatis illud vero aut odiose pertinacie aut contumacie non ferende. Est et ipsum repugnare est et resistere spiritui sancto et si usque ad mortem perduxit blasfemia est et non remittitur sive in hoc seculo sive in futuro. Non ergo qualiscumque mandati preterito criminalem facit inobedienciam sed repugnare et nolle obedire.

Et quod periculose vivunt absque magistro super cantica sermone lxxviimo capitulo xii

Audiant qui sine ductore et preceptore vias vite ingredi non formidant ipsi sibi in arte spirituali existentes et discipuli pariter et magistri. Non sufficit hoc etiam contrahunt discipulos sibi ceci duces cecorum. Quam multi et hoc quoque ratio periculosissime aberrasse comperti sunt nimirum ignorantes astucias sathane et cogitationes illius versum est ut qui ceperant spiritu certe consumaret adventum turpiter lapsi dampnabiliter videantur. Proinde qui eius modi sunt quomodo caute consulent seductori dat manum qui dare dissimulat preceptori. Et qui dimittit oves in pascua absque custode pastor est non ovium sed luporum.

Et quod est magnum spiritualiter vivere et utiliter preesse super cantica sermone xxiii capitulo viii

Non parvis facilitatis seu facultatis cuius est petulantes regere sensus atque intemperantem carnis appetitum magno comprimere metu et rigida discipline adhibere et spontaneo affectu bene compositos convenire castigatis subsecula vivere moribus et sola magna voluntate gratum pluribus gerere morem. Nam neque rursus minime quis dicat esse miti mihi ne vivere socialiter vivere et utiliter preesse. Quam multi denique sub preceptore quieti vivunt quos si iugo absolvas videas nec posse quiescere nec se illo modo equalibus sociare. Maiores denique minores ceteros simpliciter et sine querela inter fratres non solum inutiliter et etiam insipienter posse et nequiter. Quadam siquidem bona mediocritate contempti qui huiusmodi sunt sese eis mensuram gere peritus est denique minime quidem

egentes ingo nec eum idonei ma-
gistro Prioribus ergo sequentes
quidem in moribus antecellit sed
veriusque superiores existunt qui superiores
esse sciunt Fenique accipiunt in
promissione qui bene presunt
constitui super omnia bona domini
sui Et pauci profecto sunt qui
utiliter pauciores qui et humiliter
possunt facile quam utrumque adimplet
quam inter virtutum discretionis perfecte
adeptus vino inebrians caritatis
usque ad contemptum proprie glorie
usque ad sui ipsius oblivionem a
domino querenda que sua sunt de-
briat qui solo et vino spiritus
magistro obtinetur Virtus si
quidem discretionis absque caritatis
fervore iacet et fervor vehemens
absque discretionis temperamento pre-
cipitat Ideo laudabilis cui neutra
deest quatenus et fervor discretionem
erigat et discretio fervorem regat
Ergo esse oportet esse morigera-
tum ei qui preest Optimum autem
in moribus duxerim et summam
discipline huius perfecte tenuisse
qui in nullo prorsus resistat a
prioribus aut invideat parilibus aut
subiectis nil desit in cura vel in
superbia preest prelatis obediens
paribus congruens subditis utiliter
condescendens Quo prelatus
vel predicator invitatur a deo
ad instruendas animas super
Cantica sermo lxiiii [illegible]

Ad animas revisendas cor-
rigendas instruendas sal-
vandas anima perfecte invitatur
que tamen ad ministerium sortita sit non
sua ambitione sed vocata a deo
tamquam aaron Porro invitatio
ipsa quid est nisi intima quedam

stimulatio caritatis pie nos
stimulantis sollicitantis emulari
fraternam salutem emulari decorem
domus domini incrementa lucrorum
eius incrementa incrementa fru-
gum iustitie eius laudem et
gloriam nominis eius Istiusmodi
itaque erga deum religiosis affectibus
quotiens his qui animas regere
aut studio predicationis et officio
intendere hominem se suum maiore
senserit promoveri totiens procul dubio
deum adesse intelligat totiens
se ab illo ad animas invitatum
sciat Ad quid nisi ut evellat
et destruat et edificet et
plantet Vocem illius libenter
doctoris audio [illegible] qui non sibi
plausum sed michi planctum moveat
vera [illegible] exhibeas si ge-
mere doceas Et si persuade-
re gemendo id magis quam
declamando studeas oportebit
Exemplum facie cum in aliis multis
tamen vel maxime hoc in negotio
vox efficacius est Validius [illegible]
tue [illegible] si quod suadeas prius
tibi illud videris persuasisse va-
lidior operis quam oris vox fac
ut loquaris et non solum in spe-
cialius emendas sed et [illegible]
gravi libaris probro Non iam
pertimebis ad te si quis dicat
Tu qui alios doces teipsum
non doces Quamvis [illegible]
sit predicatori super Can-
tica sermo xviii [illegible] xv

Fides spes caritas nobis
Christus nobis dominatur absque
hijs quippe salvi esse non
possumus Porro scientie sive alias sive
sapientie sermo gratia curationum
prophetia similiaque quibus carere

cum integritate salutis nostre
possumus primorum procul dubio
in salute expendenda donatur
Sed sane cavendum in his aut
dare quod nobis accepimus aut
quod erogandum accepimus retinere
Illud profecto primum retines
si vacui etiam plenus virtutibus
ceteris sis foris mellifluis donis
scientie et eloquencie ador
natus metu forte aut segnicie
aut minus discreta humilitate verbum
bonum quod possit prodesse multis
inutili ymo et dampnabili ligas
silencio Certe maledictus qui
frumenta abscondis in populis
Rursus quod tuum est spargis et
perdis si priusquam infunderis totus
semiplenus festines effundere
nimirum vita et salute qua alias
das te fraudes dum sana
vacuus intencione glorie inanis
vento inflatus aut terrene cupiditatis
veneno infectus et letali apo
stemata turgens interis Quam
obrem si sapis concham te ex
hibebis et non canalem Hic
siquidem pene simul recipit et
refundit Illa vero donec im
pleatur expectat et sic quod
superhabundat sine suo dampno
aliis communicat Verum canales
hodie in ecclesia multos habemus
conchas vero paucas Tante
caritatis sunt per quos nobis fluenta
celestia manant ut ante effundere
quam infundi velint loqui quam
audire paraciores et prompti
docere quod non didicerunt et aliis
preesse gestientes qui seipsos
regere nesciunt Quod non

habeo si partem porro olei quo ungaris
putas tibi debeo dare et rema
nere inanis Servo illud michi et
omnino nisi ad prophete vocem non
profero Si insistunt cogitantes
aliqui ex his qui forte existimant
de me supra id quod vident in
me aut audiunt aliquid ex me
tribuetur eis Ne forte non suffi
ciat nobis et vobis ite potius
ad vendentes et emite vobis
Sed caritas inquis non querit que
sua sunt Et tu scis quamobrem
non querit que sua sunt profecto
quia non desunt Quis nam
querat quod habet Caritas que
sua sunt id est proprie saluti necessaria
nunquam non habet nec modo habet
sed etiam habundat Vult
habundare sibi ut possit et in
omnibus Servat sibi quantum
sufficiat ut nulli deficiat Ali
oquin si plena non est perfecta
non est Ceterum tu frater cui
sua satis propria salus nondum est
cui caritas adhuc aut nulla
est aut adeo tenera et ha
rundinea ut omni flatui ce
dat omni spiritui credat omni cir
cumferatur doctrine vento ymo cui
tanta est caritas ut ultra man
datum quidem diligas proximum
tuum plus quam teipsum et
rursus tam parva ut contra mandatum
favore liquescat pavore deficiat
perturbetur tristicia avaricia contrahatur
protrahatur ambicione suspicionibus
inquietetur conviciis exagitetur
curis exhaustetur honoribus tumeat
livore tabescat Tu inquam
ita in propriis tuis senciens quenam
dementia queso aliena

curare aut ambis et acquiesc'
implere peius et sic curato effūdē
Benigna prudens q3 caritas affluē
conservant nō effluere Reliqui nec
michi cedet ditari ex te c'mento
Si sunt tu tibi nequam quibus
aliis bonus ēīs Sic cumulo si
vales adiuva me sin autem in
parito tibi **Sermo secunde p̄
dictatur sup̄ eandem ser
mone xviii^m Cam x**

Accedit medicus ad vulnatū
spūs ad animam Quam
sūn nō repiat dira gladio vulnatū
Etiam post sanatum vulnus atq3
deliciti medicamento baptismatis
Ergo ad animam cum accedit spūs
quid primo opus est ut tumor ul
ceris quod forte superevit in vul
nere et pot impedire sanitatē
ante omia amputetur Abscidat'
itaq3 ferro acute compunctōnis ulcus
inveterate consuetudinis Sed est
acerbus dolor liniat' inde unguē
devocōnis quod nō est aliud nō
conceptū de spe indulgencie ex
ultacōis Hanc contenendi parit
facultas et victoria de pctō/ Sic
inde apponitur medicamentū pnīe
malagma ieiuniorū vigiliarum
orōnū et siqua sunt alia pe
nitencie exercitia In labore ci
bandus est cibo boni opis ne
deficiat Itaq3 committant' penite
cie labores pietatis opa que
confortent Cibus statim excitat
potandus est Accedit cibo boni
opis orōnis potus componens
in stomacho consciē quod bene
gestū est et comendans deo
Orando bibitur vinū letificās

cor hominis vinū spūs quod
inebriat et carnaliū volup
tatum infundit oblivionem
humectat inclusa arentis
consciē siccitas bonorū actuū
digit et deducit per quedā
anime membra fidem roborās
spem confortās vegetās ca
ritas q3 caritatem et impinguās
mores Supto cibo potu q3
quid iā restat nisi ut pausēt
egrotus et quieti contemplatōr
post sudores orōnis incubat
Dormiens in contemplatione so
niat deum per speculū et in
enigmate nō aūt facie ad
faciem interim intuet' Tamē
sit nō tam spectatū quam
coniectatū Post rapitū et qi
sub quodam coruscante som
nolentia tenuiter ex
accensa inardescit amore
Talis amor zelat/ hic decet
amicum sponsi hic necesse
est ardeat amore fidelis servus
et prudens quem constituit
dominus sup familiam suā hic
replet hic fervet/ hic ebullit
hic iā securus effundit exundās
et erumpens perit fructific'
movet signa et innitet mira
bilia Nō est quo se insinuat
vanitas ubi totū occupat ca
ritas Siquidem plenitudo legis
et cordis est caritas si tamen
plenitudo Deus denique caritas
est et nil est in rebus quod
possit replere creaturā factā
ad ymaginem dei nisi caritas
deus qui solus maior est
illa Eam nondū adeptus
periculosissime promovet' quātisq3
aliis videat pollere virtutibus

Si habuit omnem sciam, si
dedit omnem substantiam suam pau-
peribus, si tradiderit corpus suum
ita ut ardeat absque caritate
vacuus est. Ecce ista sunt
perfundenda sunt ut assidue
audiamus de plenitudine non
de penuria largientes. Primo
quidem compunctio, secundo
devocio, tercio penitencie labor
quarto pietatis opus, quinto oracionis
studium, sexto contemplacionis
ocium, septimo plenitudo dilectionis.

De puritate pontificum
ad Henricum Seno-
nensem episcopum Capitulum xvi

Puritas cordis in duobus
consistat inquirendi gloriam
dei et utilitate proximi
ut in omnibus videlicet actibus
vel dictis suis nil querat
proprius suum sed tantum aut dei
honorem aut salutem proximorum
aut utrumque. Hoc enim agens
implebit non solum officium
pontificis sed et ethymologiam
nominis pontem utique faciens
seipsum inter deum et proximum
pertingit pons iste usque ad
deum ea fiducia qua non sua
sed dei gloriam querit pertingit
usque ad proximum ea pietate
qua et ipsi non sibi prodesse
desiderat. Offerret deus bonus
mediator preces et vota populorum
reportans illis a deo benediccionem
et graciam supplicat maiestati
pro excessibus delinquencium
vindicat impietates iniuriam
dei increpans improperat beneficia
pietatis contempnentibus percuciat
severitate insinuat utrisque enim
mellifluimus placare studet indignacionis
furorem, nunc quidem hominum os-
tendens infirmitatem, nunc divine
magnitudinem pietatis. Denique sive
excedat deo sive sobrius sit nobis
aut deo sit, quantum in ipso est
prestare gestit aut nobis non que
sibi commodo utile est querens sed que
multis fidelis pontifex qui bona
quelibet per manus suas transeuncia
sive dona benefica ad homines, sive
hominum vota ad deum columbino
intuens oculo nil sibi retentat
ex omnibus. Nec solum requirit
datum sed lucrum, nec dei gloriam
usurpat sibi. Acceptum talentum
non ligat in sudario sed potius
nummulariis acquibus et usuras
recipit non sibi sed domino. Non
habeat foveas ut vulpes non
tanquam volucres nidum nec loculos
quomodo iudas non demique sic nec
mansionem loci in diversorio. Hoc tanto
puritatis intime bono gloriari non pre-
valeat nisi qui extrinsecus gloriam
prestare respuerit. Nec enim pure
valet vel dei vel proximi querere
lucra qui propria non contempsit.

De clamore pauperum
ad pontifices vbi est xvii

Clamat penuria pauperum
clamant nudi, clamant fame-
lici conqueruntur et dicunt. Dicite
pontifices in freno quid facit
aurum Numquid aurum a freno re-
pellit frigus sive esuriem
nobis fame et frigore insidabilit
laborantibus quid conferunt tot
mutatoria vel extensa in porticis
vel plicata in manticis. Nostrum
est quod effunditis nobis crudeliter

De torrente in via bibunt (sed) non exultabunt caput in patria lugent mundum (sed) tunc non exultabunt et mundo. Aliud enim fecit superbia sub pannis ihesu. Numquid non habet quo palliet se humana malicia nisi unde involuta est infantia salvatoris Et quomodo intra presepium domini simulate arrogancia se condat, et pro vagitibus innocentie mali in ibi delictorum immurmurat. An non illi superbissimi de psalmo quorum prodijt ut ex adipe iniquitas eorum, nil eorum opera sunt iniquitate et impietate sua, quam nos latentes sub sanctitate aliena. Quis enim magis impius an profitens impietatem, an mentiens sanctitatem. Nonne hic est qui etiam mendacium addens geminat impietatem **De negligencia abbatum nostri temporis**

Miror cum regula dicat ad magistrum respicit quicquid a discipulis delinquitur Et dominus per prophetam sanguinem in peccato morientium de manu pastorum requirendum esse minetur. Quod abbates nostri talia fieri patiantur, nisi forte si audeam dicere Nemo insidentem reprehendit in quo se esse irreprehensibilem non confidit. Siquidem humanitatis est omnium in quibus quisque indulget alijs non vehementer irasci. Quod presumptuosius dicam (sed) verum dicam quo modo lux in abscondito

inebriata est. Quomodo sal terre infatuatum est. Quorum nobis vita via vite debuit esse ducem in suis actibus ostendunt superbie ceci facti sunt duces cecorum. Quod enim ut cetera taceam speculum humilitatis est cum tanta pompa et equitatu incedere, tantis hominum crinitorum stipari obsequijs quatinus duobus episcopis unius abbatis sufficiat multitudo. Mentiar si non vidi abbatem sexaginta equos et amplius in suo ducere comitatu. Dicas si videas transeuntes non patres esse monasteriorum, sed dominos castellorum, non rectores animarum, sed principes provinciarum. Cum deinde gestare iubentur mappule, cyphi, bacinia, candelabra et mantice suffarcinate non stramentis, sed ornamentis lectulorum. Vix denique quatuor leugis a sua quispiam domo recedit, nisi cum tanta supellectili sua tamquam sit vel iturus ad exercitum, vel transiturus per desertum ubi non valeat inveniri necessaria **De ornamentis monasteriorum Capitulum xx**

Omitto oratoriorum immensas altitudines immoderatas longitudines, supervacuas latitudines, sumptuosas depoliciones curiosas depictiones, que dum in se orantium retorquent aspectum impediunt et affectum et michi quodammodo representant antiquum ritum iudeorum

Sed esto fiant ad honorem dei Illud interrogo monachos quod in gentilibus gentilis arguebat dicite ait ille pontifices in sancto quid facit aurum Ego autem dico dicite pauperes Non enim attendo versum sed sensum Dicite inquam pauperes si tamen pauperes in sancto quid facit aurum Et quidem alia causa episcoporum alia monachorum Scimus namque quod illi sapientibus et insipientibus debitores cum sint carnalis populi devotionem quia spiritualibus non possunt corporalibus excitant onera mentis Nos vero qui de populo exivimus qui mundi queque preciosa ac speciosa pro Christo reliquimus qui omnia pulcre lucentia canore mulcentia suave olentia dulce sapientia tactu placentia cuncta denique oblectamenta corporea arbitrati sumus ut stercora ut Christum lucrifaciamus quorum quaeso in hiis devotionem excitare intendimus Quem inquam ex hiis fructum requirimus stultorum admirationem an simplicium oblationem an quoniam commixti sumus inter gentes forte didicimus opera eorum et servimus adhuc sculptilibus eorum Et ut aperte loquar An hoc totum facit avaricia que est ydolorum servitus et non requirimus fructum sed datum Si quis quomodo miro inquam modo Tali quadam arte spargitur es et multiplicatur Expenditur ut augeatur et effusio copiam parit Ipso quippe visu sumptuosarum sed mirandarum vanitatum accenduntur homines magis ad offerendum quam adorandum Sic opibus hauriuntur opes sic pecunia pecuniam trahit quia nescio quo pacto ubi amplius divitiarum cernitur ibi libentius offertur Auro tectis reliquiis signantur oculi et loculi aperiuntur Ostenditur pulcerrima forma sancti vel sancte alicuius et ideo creditur sanctior quo coloratior Currunt homines ad osculandum invitantur ad donandum et magis mirantur pulcra quam venerantur sacra Ponuntur in ecclesia gemmate non corone sed rote circumsepte lampadibus Cernimus pro candelabris arbores quasdam erectas multo eris pondere miro artificis opere fabricatas nec magis coruscantes superpositis lucernis quam suis gemmis Quid putas in hiis queritur penitentium compunctio an intuentium admiratio

De sculpturis et picturis que sunt in Monasteriis cum Sermone apologetico Capitulum xii

Vanitas vanitatum sed non vanior quam insanior Fulget etiam in parietibus et in pauperibus eget Suos lapides induit auro et suos filios nudos deserit de sumptibus egenorum servitur oculis

diutius inmoremur aliquid mirari quam
sustententur. Ut quid saltem sanctorum
ymagines non reveremur quibus
utique ipsum quod pedibus conculcatur
scatet pavimentum. Sepe spuitur
in ore angeli, sepe sancti alicuius
facies calcibus tunditur transeun-
tium. Et si non sacris ymaginibus
cur vel non parcitur pulcris colo-
ribus. Cur decoras quod mox
defedandum est. Cur depingis
quod necesse est conculcari. Quid
ibi valent venuste forme ubi
pulvere maculantur assidue. Denique
quid hec ad pauperes ad monachos
ad spirituales viros. Nisi forte et
hic adversus memoratum iam
apostolum propheticus respondeatur.
Domine dilexi decorem domus
tue, et locum habitacionis glorie tue.
Assencio, paciamur et hec fieri
in ecclesia quia et si noxia sint
vanis et avaris, non tamen sim-
plicibus et devotis. Ceterum in
claustris coram legentibus fratribus
quid facit illa ridicula monstruo-
sitas mira quedam deformis
formositas, formosa deformitas.
Quid ibi immunde symee, quid feri
leones, quid monstruosi centhauri,
quid semihomines, quid maculose
tigrides, quid milites pugnantes,
quid venatores tubicinantes. Vi-
deas sub uno capite multa
corpora et rursus in uno corpore
multa capita. Cernitur hinc in
quadrupede cauda serpentis,
illinc in pisce caput quadru-
pedis. Ibi bestia prefert equum
capram retrotrahens dimidiam,
cornutum animal equum gestat
posterius. Tam multa denique
tamque mira diversarum formarum
apparet ubique varietas ut magis
legere libeat in marmoribus quam
in codicibus totumque diem oc-
cupare ista singula mirando
quam in lege dei meditando. **De
advocatis in libro quinto
de consideracione capitulo xij**

Disputaciones advocatorum
et pugne verborum magis
ad subversionem quam ad invencionem
proficiunt veritatis. Isti sunt qui
docuerunt linguas suas loqui
mendacium, diserti adversus
iusticiam, eruditi pro falsitate.
Sapientes sunt ut faciant malum,
eloquentes ut impugnent verum.
Hii sunt qui instruunt a quibus
fuerant instruendi, astruunt
non comperta, sed sua struunt
de proprio calumpnias, innocencie de-
struunt simplicitatem veritatis,
obstruunt iudicii vias. Nichil
ita absque labore manifestum
facit veritatem ut brevis et
pura narracio. **De appel-
lacionibus in tercio libro
de consideracione capitulo iij**

Magno in appellacionibus
et pio opus est intuitu,
ne quod fuit magna necessitate pro-
visum male utendo redditur
inutile. Appellari videtur et in multis
eos posse devenire perniciem
si non summo moderamine attendatur.
Formulam habent iusticie
prefigit tibi et divine incom-
mutabilis ratio equitatis et nisi
fallor ipsa appellacionum lex

ut illicite vsurpata appellaco
nec prosit appellanti nec ap
pellato obsit. Ut quid enim frus
stra fatigatus sit homo Dei
plenus iusticie ut sese potius
lesserit qui voluit proximum
appellasse inique iniquum est
inique vero et impie iniquum
appellacionum fomes. Iniqua
autem est omnis appellacio
ad quam iusticie inopia non cogit
Appellacio non ut graues sed
si grauius licet. Appellandum
a sententia, ante sinam impro
be omnino est manifestum grauamen
men presumitur appellacio. Qui
ergo non grauatus appellat
liquet, quia aut grauare inten
dit, aut tempus redimere. Non
est autem suffugium appellacionis
sed refugium quatenus nominus
appellasse pulsatus. Quo intim
licet quod nunquam licet non nullis
etiam que aduxerit licuisse
appellacionis suffragio nephariis
simus vbi ergo incestus a
dulterium. Quale est hoc
turpitudini patrocinari, quod uel
uel maxime formidari a turpibus
aportabat. Quousque dormitas
Quousque non euigilat consideracio
tua, ad tantam appellacionum
confusionem atque abusionem
preter ius et phas preter
morem et ordinem fuit. Non
loci non modi non temporis non
causa discrecionis aut persona
presumuntur leuiter, passim

plerumque et nequiter. Volantes
malignari nimie hiis potissi
mum decori solebant. Nunc tamen
tamen ex hiis magis fuit atque
antidoti id domus versum est
in venenum appellant homines a
malis ut non faciat bona et
supersedent a voce tonitrui tui
formidantes. De usurpacione
appellacionis in libro tercio
de consideracione capitu
lum iiij. xxvj.

Si mea queratur vel poci
curetur sententia, dico
appellaciones ut non contempnendas
sit nec vsurpandas omnino. Por
ro horum quod insolencius conscie
haut facile dixerim nisi quod
vsurpacio quandam vndique inducit
contemptus necessitatem, at per hoc
forte, acrius insectanda que
amplius nocet. Aut non vero no
cencior est mala in se in parte
peior. Nomine ipsa est que ipsum
quasi ius nature aut extendit
aut extimat. Nam sepe rebus
etiam preciosissimis precium gratia
non modo demit sed adimit
Quid sacramentis acceptius
vsurpata enim ab indignis indi
gne de contracta nimie acce
ptantur, magis habent dampnacionem
quam debitam veneracionem non
habent. Fateor grande et generale
mundo bonum esse appellacionis
idque tam necessarium quam solem
ipsum mortalibus. Reuera quidem
sol iusticie est procedens
et redarguens opera tenebrarum

Prorsus fouende et viam sternende si quasi extorsit necessitas non calliditas admoveret. Usurpacionis sunt eiusmodi omnes non subuenientes in necessitate sed cumulantes iniquitatem. Quid meminerint in contemptu? Quanti ut tibi quoque deferrent etiam de proprio cessere iure ne longo et casso itinere fatigarentur. Plures cum sua dimittere non ferentes appellaciones ymmo importunas et celsi nominis importunus contempserunt. Cum itaque ex hiis liqueat non contemptum gigni usurpacionem, sed ex usurpacione contemptum videtis. Tu quid si velit quod zelus tuus assidue pene indicat, illum ista dissimulat, tuis perfectis coherceere contemptum. Cura in ipso utero pessime matris prefocare germen nequam, quod ita fiet si usurpacio digna animaduersione multatur. Tale usurpacionem et contemptus excusacionem non habet. Porro inexcusabilitas ausu exploditur. Nam sit proinde usurpator et contemptor nullus erit, aut ad modum rarus. Bene facis tu quod appellacionum negato suffragio ymmo suffugio multa remittis negocia ad cognoscentes ut qui cognoscere cicius possint. Ubi enim certior et facilior nocio ibi decisio tucior expeditiorque esse potest. O quam plenum gracie quam uberius proinde et laboribus parcas et sumptibus et quibus sic credas id tibi omnimodis attendendum

Explicit liber quartus Incipit liber quintus de virtutibus. De penitencia per Simone de Pentero se Capitulum primum

Inicium revertendi ad dominum penitencia est. Penitencia autem dolor est. Nam penitencia agere remedium doloris est. Vetanti tibi est deum peccare ne desperes, penitere. Verus penitens semper est in dolore et labore: dolet de preteritis, laborat pro futuris cavendis. Vera siquidem penitencia est sine intermissione tempore de peccatis dolere. Si plangit commissa ne committat plangendo. Irrisor namque est et non verus penitens qui adhuc agit quod penitet. Si ergo vis verus penitens esse cessa a peccato et noli amplius peccare. Qui maius est peccatum quam sequens coinquinat culpa. Hoc nempe est salvacionis nostre principium, cum incipimus respuere quod diligebamus, dolere unde letabamur, amplecti quod timebamus, sequi quod fugiebamus, optare quod contempnebamus. Infra

d' p[ro]p[ri]a

quidem et carcer anime rea consciencia est Sup[er] Can[tica] s[er]mone tredecimo

Gaudete penitentes q[uo]d a vob[is] vestris prauis recedentes accepit vos amaritudo et confusio animi penitentis. Quantum displicat deo impudencia peccatoris tantum placet penitentis vere[cun]dia. Terrenas et supernas beatorum mansiones attingit penitencie odor. Gaudent angeli in conuersione et penitencia peccatorum salutem hominum sicientes. Lacrime penitencium vinum eorum quia illis odor vite sapit et gratie indulgencie gustus reconsiliacionis iocunditatis sanitas redeuntis innocencie serenitas suauitas consciencie. In crastinis dam sententiis

Multiplex nec consolacio ingredientis consule reuelat curacionem. Benignus deus est qui non patitur nos temptari vltra quam possimus. Quare non et in vniuersa conuersionis deo nunc liceat vltra ut nec morbi quantitas nec difficultas curacionis vltra quam expedit innotescat. Magis autem auide videtur facilitas quedam que paulatim modum euanescit quando iam excitatos habuit sensus

certamen forte dat ut vincat et discat quando omni est potencior sapiencia. De confessione sup[er] Can[tica] s[er]mone quinto decimo Cap[itulo] II

Confessio anime vitam indicat vbi confessio ibi inconfecta decoris pulcritudo. Omnia siquidem in confessione lauantur. Et hec ablutus in quandam innocenciam deputabitur. In sermone de passione In vltimis vita

Non est volis confessio nisi sit in oris veritate et cordis puritate ~~Super Cantica sermone~~ In sermone de aduentu

Sunt qui peccata sua confitentur sic ut videri possint ex desiderio mundandi cor id agere nisi quod ea que ipsi sponte dicunt alijs ab alijs paciuntur audire non possunt. Si vere mundari desiderarent ut videntur non irritarentur sed haberent eis graciam qui suas illi maculas demonstrarent. Super Can[tica] sermone

Humiliter confitenti remittit deus peccatum et eciam dyaboli quem in hominis corde iniquitas erat amittit principatum. Vbi nempe peccatum remittitur ibi proculdubio dyabolus de corde peccatoris expellitur. In Ep[isto]la ad Sophiam

Arma confessionis ab quoniam amaris. Arma confessionis si affectas decorem confessioni

iungitur decor / iungitur pulcritudo
Renera ubi confessio ibi decore
Si peccata sunt in confessione lauantur
Si bona opera sunt confessione
commendantur Dic mala tua con
fitearis / sacrificium est deo spiritus
contribulatus / tunc dei beneficia / immo
las deo sacrificium laudis Bona
anime ornamentum confessio que
et peccatores purgat et iustum
reddit purgaciorem Absque
confessione iustus iudicatur
ingratus / et peccator mortuus
reputatur A mortuo quippe
tamquam qui non sit perit con
fessio Confessio igitur peccatoris
est vita / iusti gloria Et necessaria est
peccatori Et iustum decet michi placida
denique rectos decet laudacio
De misericordia dei in penitentes
Super cantica sermone nono ca
pitulum iii
Quo in deo se ingerunt ma
nsuetudinis argumenta / quod
et paciens expectat delinque
ntes et clemens respicit et re
cipit penitentes Hec mira mise
ricordis dulcedo suauitatis exhibuit in
pectore domini ihesu / longanimi
tas videlicet in expectando et in
condonando facilitas / ad hoc
siquidem diu suspendit sen
tenciam ulcionis a totam irrete
ut quisque reuertens exhibeat
graciam remissionis *Super*
cantica sermone xxiiii
O beatus vere beatus cui non
imputauit dominus peccatum Non
qui non habuit peccatum nemo
sufficit michi ad omnem iusticiam
solum habere propicium cui soli
peccaui omne quod ipse michi
non imputare decreuit / sic est
quasi non fuit / Verumque quod
factum est / non potest non fieri
ipso tamen non imputante erit
quasi non fuerit Non peccare
dei iusticia est / hominis iusticia
est indulgencia dei *In ser*
mone de annunciacione domini
Quam diues est in misericordia quam
magnificus in iusticia in
gracia quam munificus domine
deus meus Non est qui similis sit
tibi munerator / Copiosissime
remunerator equissime / prodigue
liberator Gratis respicis humiles
iuste iudicas innocentes mise
ricorditer saluas eciam peccatores
In sermone de ascensione
O quam mitis es ad ignos
cendum / O quam magna multi
tudo dulcedinis tue O quam
longe sunt cogitaciones tue
a cogitacionibus meis O quam
firmata eciam est super impios
misericordia tua *In sermo*
ne de quadragesima
Sed si magna est iniquitas
mea multo maior est domine
pietas tua Ideo cum anima mea in me ipsum
turbata fuerit / anima mea
memor sum multitudinis mise
ricordie / et respiro in ea *In*
sermone de purificacione
In commune enim posita est et
fertur omnibus / et nemo illius

est expertus nisi qui remeruit
Gaudeat ergo quisquis ille
est quem pietatis damnationis
rerum obiudicabat confiteri petere

In vigilia Natalis domini

Excedit quippe pietas ista
ex eius omnimodam quantitatem
seu numerositatem Super Can-
tica Symone vndecimo

Maior est inquit Cain in-
iquitas mea quam ut venia
merear Absit absit maior dei
pietas est quecumque iniquitas Re-
uera benignus et misericors est
suauis et mitis copiose in-
stabilis super maliciam multus
ad ignoscendum Quippe cuius
natura bonitas cui semper pietas
est mansio cui familiaris sua-
uitas et cui proprium misereri est

Super Cantica Symone xlij

Verum id quidem cui vult
miseretur et quem vult indu-
rat sed quem miseretur prius illi
Ex se enim sumit materiam et
velut quoddam seminarium miseren-
di Nam quod iudicat et condemnat
nos enim quodammodo cogimus
ut longe aliter de corde ipsius
miseracio quam animaduersio
procedere videatur Recta igitur
non patris iudiciorum vel vltionum
deus sed pater misericordiarum quod
miserendi causam et originem
sumat ex proprio iudicandi vel
vlciscendi magis ex nostro Iaccea
qui prudentes sunt non operiunt
vulnera sua sed detegunt et
constanter dominum quoniam bonus
quoniam in seculum misericordia eius

De oracione in pluribus locis

dictis Super Cantica Symone
quinquagesimo Capitulo sexto
Oracio oris est vox quando
Quam ore suo loquitur homo cum
deo suo Orantem denique hominem
deo loqui quis dubitat In oracione
datur bona voluntas Super
psalmum Qui habitat versu xv

In dei auribus desiderium vehemens
clamor magnus Remissa autem
intencio vox submissa ad cordis
eius potius vocem quam corporis aures

Super Cantica Symone eius
octuagesimo sexto

Orate hoc est deum querere
Orandum est enim Non recte oras
si orando preter deum aliquid queras
quoniam in ipso sunt omnia illa re-
media vulnerum ibi subsidia neces-
sitatum ibi restitucio defectuum
ibi profectuum copie ibi quicquid
accipere vel habere homini expedit
quicquid decet quicquid oportet
Omne ergo aliud a deo petere cum
sit omnia Nam si temporalia cum
necesse postulare videamur si deus
in causa est ut quidem dignum
est non vtique illa sed illum potius
querimus propter quem alia postulamus

Rubrica ex Symone de Quadragesima

Quanto efficacior est si fiat
ut debet tanto callidius impe-
diri ab aduersario solet De pericu-
lis tribus in oracione vitandis

Periculum est si fuerit oracio
primus timida Maius periculum
est si fuerit temeraria Tercium
periculum est si sit oracio tepida Ti-
mida siquidem oracio celum non pe-
netrat quia restringit timor
inmoderatus ut nec procedere
queat Tepida vero in ascensu

Clamor corde

desinat et languescat / eo quod
non habeat vigorem. Ita teme
raria ascendit et resilit resi
stitur enim ei / nec tantum non
obtinet gratiam sed meretur offensam.
Que vero fidelis et humilis
et fervens oratio fuerit / celum
sine dubio penetrabit. Unde certum
est / quod vacua redire non
possit. Ceterum rogo vos fratres
ut semper ad manum habeatis
tutissimum orationis refugium.
Nemo vestrum parvipendat orationem
suam. Dico enim vobis quia
ipse ad quem oramus non parvi
pendit eam. Priusquam egressa
sit ab ore vestro / ipse scribi iubet
eam in libro suo / et unum
ex duobus indubitanter sperare
possumus / quoniam aut dabit
quod petimus / aut quod nobis
noverit utilius. Nos enim quid
oremus sicut oportet nescimus
sed miseretur ille super ignorantia
nostra / et orationem benigne suscipi
ens / quod nobis aut omnino
non est utile / aut non tam cito
dare necesse est minime tribuit. Oratio
tamen infructuosa non erit. Quando
quidam tanta cura est de te
deo tuo / ut quociens ignorans
queris quod tibi inutile est
non te exaudiat super hoc / sed
mutet illud meliori dono. Il
lud tamen breviter dico nonnullos
ut arbitror experiri medium in
oratione ariditatem hebitudinemque
quandam mentis ut solis ora
tes labiis non satis attendant

neque que dicant neque cui lo
quantur. Pro eo quod velut ex
consuetudine quadam cum minus
digna reverencia et sollicitudine
accesserunt. Attamen igitur actibus
nostris multa opus est animi vi
gilancia sed precipue in oratione
licet enim semper a deo videamur
sed in oratione etiam presentamus et
ostendimus nos quasi facie ad fa
ciem cum domino loquentes. Porro
quamvis ubique sit deus in celo tamen
orandus est / ubique orationis tempore
cogitandus. Sit ergo oret qui
orat / sit semetipsum consideret et
attendat / tanquam presentem
domino maiestatis. De tempore
congruo orationis super Cantica
sermone octuagesimo se
ptimo capitulum quintum

Locum et tempus obser
vare oportet eum qui sibi
orare voluerit tempus feriatum
commodius aptiusque. Maxime
autem cum profundum noctis
sopor indicit silencium. Tunc
plane liberior purior que et oratio
exeat. Quam secreta devote ascendit
oratio / solo arbitro deo sacro que
angelo / qui illam superno altari
suscipit presentandam. Quam grata
et lucida verecundo colorata ru
bore. Quam serena et placida
nullo interim turbata clamore vel
strepitu. Quam denique munda
et sincera / nullo respersa pul
vere terrene sollicitudinis illius
aspicientis laude seu adulacione
temptata. Credimus sanctos angelos
orantibus assistere offerre deo
preces et vota hominum. Ubi tamen

sine ira et disceptacione levari
puras manus per spexerint
In exposicione super Cantica est
Vult autem a se requiri deus
etiam quod pollicetur et ideo
forte multaque dare disposuit pro-
pollicetur ut ex promissione de-
vocio excitetur sicque quod gratis
daturus erat devota oracio
promereatur Sic prius dominus
qui omnes vult salvos fieri me-
rita nobis et dum nos premet
tribuendo quod tribuat gratis
agit ne gratis tribuat De
humilitate super Cantica
Capitulum Sextum
Magna et sublimis virtus
humilitas que promeretur
quod non docetur digna adipi-
sci quod non valet adisci digna
adeo et de deo concipere quod
suis ipsa verbis explicare non
potest Humilitatis vero talis
potest esse diffinicio Humilitas
est virtus qua homo verissima
sui cognicione sibi ipsi vilescit
In Sermone de Nativitate Domini
Sola virtus humilitatis
lese caritatis est reparacio In
Epistola ad Henricum Senonensem episcopum
Sola profecto non solet
exaltari non novit presumere
contendere non consuevit humilitas
Non contendit iudicio nec contendit
inspiciant qui vere humilis est
Porro humilitas deo nos recon-
ciliat deo placere in nobis In
Sermone de Annunciacione domini
Sed cui nam potissimum
nasi gracia infunderetur
quale poterimus ydoneum

gracie receptaculum exhibere Balsa-
mum est purissimum et solidissimum
vas requirit Et quid tam purum
quid tam solidum quam humi-
litas cordis Christo proinde humilibus
datur gracia In Exposicione super
Cantica est In Quadragesima sermone tercio
Semper solet esse divine gracie
familiaris virtus humilitas
Summum conservande humilitatis
gracia divina solet pietas ordinare
ut quanto quisque plus proficiat
eo minus se reputet profecisse Nam
usque ad summum exercicii spiritualis
gradum siquis proficiat aliquid
ei de primi gradus imperfectione in
persecucione relinquit ut vix primum
sibi videatur adeptus Oportet namque
humiliter sentire de se intentem ad
altiora ne dum supra se attollitur
cadat ad se nisi in se firmetur per
veram humilitatem sunt solidati
quia nisi humilitas mirum maxima
minime obtinentur Insipiens est
enim et insanus quicumque in aliis
vite meritis quicumque in alia religi-
one seu sapiencia nisi in sola humilitate
confidit Humilitas in honore ho-
nor est ipsius honoris et dignitas
dignitatis Nimis dignitas ipsa
dignitatis nomine indigna est si
humilia dedignatur Si egregius
es esto tamen de grege Si omnibus
preces non dedignaberis subesse
Quid tu inflammaris o homo
Quid extolleris sine causa quod
altum sapis et celi tui omne
sublime vident Sublimis quidem
dominus sed non ita premitur tibi
laudabilis magnitudo illius

ut non sit etiam imitabilis hu-
miliare et apprehendisti quia so-
la est humilitas que exaltat so-
la que ducit ad vitam hec via
non est alia preter ipsam Qui aliter
vadit cadit potius quam ascendat
O puerilitas o abusio filiorum
adam quia cum ascendere diffi-
cilimum sit descendere autem facili-
mum ipsi et leviter ascendunt
et descendunt difficilius parati
ad honores ad celsitudines gra-
duum ecclesiasticorum ipsis etiam
angelicis humeris formidandos
Et certe qui contendit superiori
primos multas inveniet difficultates
multos habebit emulos multos
patietur contradictores Nil vero
facilius est volenti quam hu-
miliare semetipsum

Quod magis necessaria est humilitas quam virginitas capitulum vii

Pulcra permixtio virginitatis
et humilitatis nec medio-
criter placet deo illa anima in
qua et humilitas commendat vir-
ginitatem et virginitas exornat
humilitatem Laudabilis virtus
virginitas sed magis humilitas
necessaria Potes denique sine virginitate
salvari sine humilitate non potes
Potest inquam placere humilitas
que virginitatem deplorat amissam
Sine humilitate autem audeo
dicere nec virginitas marie placuisset
quia etiam ut placeret eius vir-
ginitas humilitas eius procul
dubio fecit Quid dicis virgo
superbe Maria se virginem gloriatur
de humilitate dicens Respexit
dominus humilitatem ancille sue
potius quam virginitatem
et tu negligendo humilitatem
blandiris tibi de virginitate ex-
pedit tibi virginem non esse quam
de virginitate insolescere Non omnium
quidem est virginitas multo tamen
paucorum est cum virginitate hu-
militas Quod si et virgo
es et humilis es quisquis es
magnus es Attamen salubrio-
rem elegit sequendi partem
in humilitate peccator quam in
virginitate superbus cum et illius
immunditiam sua humilis satis-
factio purget et huius pudi-
citiam superbia inquinet

Quomodo custodiri potest humilitas in sermone de labore messis Capitulum octavum

Aliena semper attendas
quia in eo plenitudo constat
humilitatis Nam si forte in te
aliqua maior fore aliquo gratia
tibi collata videtur Sed in
multis si bonus emulator fueris
inveniare te poteris inferiorem
Quid enim si laborare aut
ieiunare plus illo potes et
ille te patientia superat humilitate
precedit supereminet caritate
Quid enim tota die ceca id
quod videris habere insipienti
cogitatione versas Esto magis
sollicitus ut scias quid desit
tibi Hoc enim melius Non
ergo magnopere cogites que
tibi videris habere nisi forte
interdum ut gratias agere
possis ut te nominis oblivione
ei qui dedit seu gratiam consolacionis

cu ad nutu sunt / ne qualibet
ex causa elatior fias de tanto
magis ea attendas semper
que alius habet / tu non habe-
bes / quod cogitacio in humi-
litate te custodiat et ade-
stensu tepiditatis elongat
et attendat desiderio proficiendi
Vide enim quanta excepcione
mala cogitacio illa pariat
qua sedule versas in animo
quod tibi habere videris et alium
quempiam estimas non habere
hinc enim elevaris in superbiam
dum te ponis alti / hinc pro-
ficere negligis dum te magnum
quempiam arbitraris / hinc
demum maioris et desiderio dum
tibi aliquid comparacione eciam
minus egisse videris / sicque
in tepiditatem incidis et
maioris remissius agere
De timore domini Bernhardus v̄
Quia sapiens salutaris sos-
pita et inicium sapiencie
timor domini est / optime re-
stringerans animam noxiis
desideriis estuantem / iacula
inimica potens extinguere
In sermone de amicitudine
domini
In omnibus per omnia
spiritali preximorum timor
domini preferendus est Super
cantica sermone vicesimo
quinto
Qui timorem domini semper
habet pre oculis vie cu-
pulare et occasionem fremite eius
pacisce In sermone de domini-
ca octaua Epiphanie in

quibusdam Sentenciis
Stat propositum dei / stat sen-
tencia super timentes eum ipsum
et dissimulans mala et remu-
nerans bona ut miro modo sic
bona et mala cooperentur in bonum
Super Cantica
Aliud est multas divicias scire
Aliud et possidere / nec noticia
facit divitem sed possessio Sic
prorsus / sic aliud esse nosse deum
aliud et timere / nec cognicio
sapientem / sed timor facit qui
et afficit Tu ne sapientem
dixeris quem sua sciencia inflat
Et bene inicium sapiencie domini
quia tunc primum deus anime sapit
cum eam afficit ad timendum
tunc cum instruit ad sciendum
Timens dei iusticiam timens
potenciam / et sapit tibi iustus
et potens deus / quia timor sa-
por est Quoniam sapor sapientem
facit / sic sciencia scientem sicut
divicia divitem Dexrum sacheia
facilime sequitur elacionis timor
si non reformat timor ut mito dica
tu timou sapiens qui se pesti in-
sipiencie primus apponit / hinc itaque
quidam ingressus est ad sapienciam
plane domus dei et porta celi
et tamquam ingressus glorie
Super Cantica sermone lim
In veritate didici nil eque esse
efficax esse ad graciam promerendam
retinendam / recuperandam quam
si omni tempore coram deo inve-
niaris non altum sapere sed

time. Beatus es si cor tuum
semper timore repleueris ut beatus
quidem pro accepta gratia amplius
pro amissa, longe plus pro
recuperata. Tunc ergo tu atti
fecit gratia, time cum abicit, time
cum denuo reuertatur. Si adest
time ne indigne operis ex ea
si recessit multo magis tunc timendum
est, quia ubi ubi desistit gratia
deficies et tu.

De triplici timore

Time igitur pro subtracta gratia
tamquam mox casurus. Time
quia reliquit te custodia tua
nec dubites in causa esse super
biam, etiam si non appareat, licet
si ubi conscius non sis. Quod
enim in mensis dicit deus Numquid
qui humilibus aufert datam, ergo
argumentum superbie privacio gratie
est. Quam gratia reparata redierit
multo magis et amplius tunc
timendum, ne forte contingat re
cidivum pati. Pro inde omni tempore
time deum, et ex omni corde
tuo. Amat deus integrum nunquam af
fectum plenum perfectum sacrificium
non potes simul et hic timere
et alium sapere. Non est enim quo
admittas superbiam repletus nomine
domini et sic de ceteris viciis sci
dum quia necesse est omnia plenitu
dine timoris excludi. Tunc demum
si plene si perfecte timueris, dabit
saporem caritas. Omne caritate enim
timor plenam habet. Timor qui
non est in caritate, cum sed innocet

ad sapienciam nemem eum estimat
quoniam superuenientibus cautus exce
dit illum.

De discrecione in multis virtutis sumitur Ca(pitulu)m decimum

Iusticia dum suum modum ex
cedit, crudelitatis inicium gi
gnit, et nimia pietas disso
lucionem parit. Sic sepe viciu
est quod reputatur. Sic etiam
sepe remissa segniciess mansue
tudo creditur, et pigricie vicia
quietis virtutem imitatur.

Si(cut) Cant(icum) ca(ntic)o(rum) c(apitulo) 9

Ubi vehemens emulatus ibi
maxime discrecio necessaria
est, que est ordinacio caritatis.
Semper quidem zelus nimia
absque sciencia in effectum minusque
valens invenitur, plerumque aut
et perniciosus valde sentitur.

Super Cantica per Sermo(nem)

Zelus siquidem discrecionis
absque caritatis feruore iacet
et feruor vehemens absque
discrecionis temperamento pre
cipitat. Ideo laudabilis cui
neutrum deest quatinus et fer
uor discrecionem erigat et discre
cio feruorem regat.

Super Cant(ica) se(rm)o(ne) c(apitulo) 9

Quo ardens igitur zelus fuerit
necesse, et vehemencior spiritus
professior quam caritas eo vigila
cioni sciencia opus est, que
zelum supprimat, spiritum temperet
ordinet caritatem. Discrecio
quippe omni virtuti ordinem ponit
ordo modum tribuit et decorem
perpetuitatem. Est ergo discrecio
non tam virtus quam quedam

moderatrix et auriga virtutum
ordinatrix affectuum et morum
doctrix et consumatio perfectionis
Tolle hanc et virtus vicium
erit. Ipsa namque affectio natu
ralis in perturbationem magis
convertitur extinctionemque nature

Super de consideratione domini

Hec et nimium docet neque
nimis, quia discretio re
tineandit, ut non plus nec
minus fiat. Nam qui nimius est
fructum boni operis abscidit, non
tineandit qui tepidus est
minus facit. Tu ergo indiscre
tione condisce tuam ipsius
salutem spernere. In de passcha

Ex ipse discretionis sed
quia nil sit illius contra
rium quod ipsa voluntas sub
vertens cuncta homini et omnes
oculos claudens. Habet nature
non parere, homini non acquiescit
non obtemperare. Simonis consilio
vel exemplo non obedire. Plato

De obedientia in epistola
ad adam monachum in
fine de passcha capitulo xi

Obediencie virtus semper
militat virtuti obedien
tia dirigit gressus nostros et
sancte conversationis gloriam
promovet. Nam si contraria lex
modo in membris nostris per ino
bediencian, quis nesciat per
obedienciam continenciam dari.
Ipsa est que mentem ordinare
novit. Ipsa que paciam docet
et donat.

Inquibusdam dictis

Inobedienciam causam esse
mortis omnes experimur. Quod
morimur propter eam. In
terpositione sit inspectio est.

Disce homo obedire, disce terra
subdi, disce pulvis obtemperare.
De auctore tuo Lucas evangelista
Et erat inquit subditus illis
haud dubium quin marie et
ioseph. Nam cum remansisset in
ierusalem et dixisset In hiis que
patris sui erant oportet se esse
non acquiescentibus parentibus
eius, sequi illos in nazareth
non despexit. Magister discipulos
deus homines verbum et sa
piencia fabrum et feminam.
Erubesce superbe cinis, deus se
humiliat et tu te exaltas. Deus
se hominibus subdit et tu do
minari hominibus gestiens tu te
preponis auctori tuo. Preoccupans enim
hominibus preesse desidero, totiens
deum meum praeire contendo. Deus
magnum cui angeli subditi sunt
cui principatus et potestates obe
diunt, subditus erat marie, et non
solum marie sed et ioseph propter mariam. Mirare ergo
ferme deus obtemperat humilitas.
Absque exemplo et quod femina
deo principatum sublimitas sine
socio. Si homines o homo imi
tari dedignaris exemplum, certe
non erit tibi indignum sequi
auctorem tuum. Super cantica
sermone quadragesimo
tercio

Acquiesce autem deo et
sit voluntas tua subdita
veritati. Aut parum est esse
subiectum deo, nisi sis et omni

humane creature inter deum
sive prelato sive alijs tamquam
superioribus ab eo constitutis Ego
plus dico subdere parib*us* subdere
et minoribus Et si vis inu*ilu*stria
esse perfectus / vade ad minorem
defer inferiori / mori te inclinato

In sermone ad abbates etc

Quem a deo suo excutiebat
inobediencia / sine dubio ad
ipsum per obedienciam recto tramite
redit Pena corporis nec in*e*t divi
cias stabilis Nec sine obediencia
sciole pot*est* esse districta et obedia
in divicijs et voluptate nec stabilis
est nec gloriosa Inobediencia nec
caveas p*ro*pria voluntas Nam quisquis
vel aperte vel oculte satagit ut
quod habet in voluntate hoc ei spiritu
alis pater iniungat / ipse se se
ducit si forte sibi quasi de o
bediencia blandiatur Neque enim in
ea re ipse prelato sed magis ei
prelatus obedit In sermo
ne de sancto Andrea

Quod si quis obediat quidem
sed simulatorie et ad ocu
lum / murmurat aut in abscondito
falsa est obediencia eius Sola
est caritas que obedienciam gratam
facit et acceptabilem deo / solaque
commendat Verus obediens dat
suum velle et suum nolle

In conversione pauli

Quam pauca invenitur in hac
perfecte forma obediencie / qui suam
ita abiecerunt voluntatem ut non
quod ipsi sed quod dominus velit omni
hora requirat dicentes sic inter
missione cum Apostolo Domine quid
me vis facere O verbum breve

sed plenum / sed vivum sed efficax sed
dignum omni accepcione Quis enim
dicet sit omo dignum est / domine
non meam a te / sed a me tuam
queri et fieri voluntatem Mul
torum profecto hodie pusillanimi
tas et perversitas exigit ut
ab eis queri oporteat Quid
vis ut faciam tibi / non ipsi quid
domine quid me vis facere Con
siderare habet ipse minister et
vicarius Christi / quid sibi precipi
velint non ipsi considerant que
voluntas sit preceptoris Viscerum
et ~~domini~~ diiudicant eligentes
in quibus obediant imperanti
immo in quibus preceptorem suum
ipsorum obedire necesse sit voluit
Non est eorum obediencia plena
non in omnibus pati sit obsequi
non per omnia sequi professi erunt
eum / qui non suam / sed patris
venit facere voluntatem

De disciplina sive sancti Ambrosii
sermone xxij capitulo xij

Omnes homines natura
equales genuit At quum
bono nature in moribus superbia
depravato / facti sunt homines equa
litatis impacientes contendentes
invicem superiores constitui / ac
alterutrum supergredi cupientes
et inanis glorie cupidi invicem
provocantes Primo enim iugo
discipline / insolencia morum
domanda est / quousque duris
et diuturnis laborum atrita
legibus / humilietur et senescat
servitosa voluntas bonumque
in se nature / quod superbiendo
amiserat / obediendo recipiat
Accedit nimirum disciplinatis
moribus bonum nature quo red
ditur homo suavis et mitis

homo sine querela neminem circum
veniens, neminem concutiens, nemi
ledens, neminem superextollens
se aut preferens. In sermone
de assumpcione sancte
marie virginis glose

Disciplina non constringit
liberum, sed voluntarium
regit et dirigit in viam pacis.
In epistola ad sophiam

Insigne decoris disciplinam
prefert. Que quam composi
tum reddit omnem corporis statum
necnon et mentis habitum disci
plinam cervicem submittit
ponit supercilium componit vultum
ligat oculos chachinnos co
hibet, gulam frenat, iram sedat
format incessum. In epistola
ad Robertum

Quid necesse est his pungere
iacto recalcitrantes, vide
timidum magis et ex se per se
satis erubescentem confunderet
amplius cui sua racio magister
cui ipsa conscientia virga et inge
nita verecundia lex est discipline.
In epistola ad abbatem
Sigerum sancti dionisii

Iugem quippe silencium et ab
omni strepitu secularium
perpetua quies cogit celestia
meditari porro continencie
labor et rigor discipline
psalmorum hymnorum que
dulcedine relevantur pudor
de preteritis novo conversacionis
temperat austeritatem. Hos autem qui
in penitenciam patienciam capitur
bone consciencie fructus futu
rorum quoque bonorum operatur desi

derium quod non frustrabitur et
spem que non confundit. Terentur
timor iudicii procedit caritatis
fraterne ereccio. Tedium et
accidiam procul pellit sitarum
varietas observacionum labor et
latebre et voluntaria paupertas
hec sunt monachorum insignia
hec vitam solent nobilitare
monasticam. De silencio in
meditacionibus capitulum xiiii

In silencio nemo sit ociosus
debet esse ut in eodem volutare
non cogitet proximi nec sit actu
osus ut contemplacionem non requi
rat dei, parum enim proficit
qui aliis non autem potest prodesse.
In sermone de Na
tivitate beate marie

Est silencium irreprehensibile
bonum et laudabile magis
et est sermo non bonus. Bonum
silencium a iactancia, bonum a
blasfemia, bonum a murmure
et detraccione. Alii enim ob
laboris magnitudinem et pondus
diei et estatus animo murmurat
diiudicat eos qui pro anima
sua pervigilant tamquam reddituri
racionem. Clamor est sed
supra omne silencium clamoris
est animi obduracio silere facit
quam audire non patitur potens
verbi alius pusillanimitate spiritus
in expectacione deficit pessimum
quod hoc est enim blasfemie est quod
nec in hoc seculo remittitur
nec in futuro. Tercius in
magnis ambulat et mirabilibus
super se dicens manus nostra
excelsa et putans se aliqu

esse cum nichil sit Sileat ergo
in nobis lingwa magniloqua
Quam bonum est in hoc seculi
silencio salutare domini presto-
lari ita tamen ab his taceas ne
omnino taceas nec dederis sile-
cium deo loquere illi contra iacta-
ciam in confessionem ut ob-
tineas veniam de peccato loquere
in graciarum accione contra mur-
muracionem ut ampliorem invenias
graciam in presenti loquere in oracione
contra diffidenciam ut consequaris
gloriam in futuro Confitere igitur
peccata et pro presentibus gracias
age ac deinceps ora studiosique
pro futuris ut ne ipse quidam
sileat a remissione ab immissione
a promissione

De ieiunio in fine de quadragesima Capitulum xxiij

Igitur reor aliquantis expo-
nere quo fructu et quemad-
modum oportebat ieiunare Primum
quidem scies pro eo quod ab ipsis
quoque licitis abstinemus ea nobis
que prius commisimus illicita condo-
nantur Quid vero est condonari
commissa nisi ieiunio brevi ieiunia
redimi sempiterna Gehennam enim
meruimus ubi nullus omnino cibus
est ubi guttam aque dives po-
stulat et accipere non meretur
Bonum ergo et salutare ieiunium
quo rediminitur eterna supplicia dum
remittuntur hoc modo peccata Non solum
autem est absolucio peccatorum sed ex-
tirpacio viciorum non solum optinet
veniam sed meretur graciam non
solum delet peccata preterita que commisimus
sed expellit futura que committere
poteramus Dicam vobis adhuc
ieiunium quod oracioni devocionem et
fiduciam donat Et enim quemad-
modum sibi invicem ieiunium et
oracio succedunt Oracio impetrat
virtutem ieiunandi et ieiunium graciam
promeretur orandi Ieiunium oracionem
roborat oracio sanctificat ieiunium
et domino representat Quid enim
nobis ieiunium prodest si relinquamus
in terra quod absit Sublevetur
ergo ieiunium penna quadam oracionis
sed ne forte minus sufficiat altera
quoque necesse est ei scilicet

In sermone de quadragesima

Sint ergo ieiunio nostro ut
spiritale celos penetret
ale due oracionis scilicet atque
iusticie

De duabus aliis ieiuniis

Iusticia vero que est nisi que
unicuique reddit quod suum est
Volo tamen ammonitos esse fratres
meos observandi ieiunium non
ab escis tantum sed ab omnibus
illecebris carnis et omnia
carnis voluptate Ieiunio vero
ieiunandum est longe amplius
a viciis quam a cibis eciam
sine ieiunio hec tota a domino
reprobantur

De verecundia sive castitate Sermone septuagesimo octavo

Nescio an quicquam gracius
verecundia aditu in
moribus hominum queat Que est
decor omnium ornatus etatum sed tamen
graciam verecundie in tenera etate
amplius pulcriusque emicescit quod
amabiliusque verecundo adolescente

Quam pulcra hec et quam
splendida gemma morum in vita
et vultu adolescentis / quam vera
et minime dubia bone indicia
spei bone indolis iudex / virga
discipline est illi que puden-
dis affectibus imminens lu-
brice etatis motus actusque
leves coherceat reprimat inso-
lentes Quid ita turpiloquium
et omnis deinceps turpitudinis
occasionem fugitat soror conti-
nencie est iudicium columbine
simplicitatis / castis innocencie
lampas est pudica mentis iu-
giter lucens / ut nil in ea
turpe vel indecorum residere ac-
ceptum est quod non illico pro-
deat Ista expugnatrix malorum
et propugnatrix pristinis nature
spiritualis gloria contineat a fame
custos / vite decus virtutis
sedes initium primicie nature
laus et insigne tocius hone-
status Rubor ipse generatum
quem forte invexit pudor gra-
tum gracie et decoris suf-
fuso afferre vultum solet [illegible]
adeo animi germanus bonum
verecundia est / ut et qui male
agere non verentur / videri tamen
verecundentur / opera immun-
da tenebrarum / et digna latebris
tenebras occultancias Nil
tam amicum verecundie animo
quam secretum / Denique orare
volentes iubemur intrare cu-
biculum verum secreta gracia

Et quidem ad cautelam ne coram
orantibus laus humana furetur
fructum / frustretur effectum
Sed quid tam proprium verecundie
quam vitare laudes / vitare
iactanciam Quid tam indecorum
maxime adolescenti ostentacio
sanctitatis Bona commendacio
secrete orationis si prevenit ve-
recundiam **De tempta-
cionibus super psalmum
Qui habitat sermo quinto
decimo**

Nec promittos nos esse
volo / neminem super terram
absque temptacione victurum ut
cui forte tollitur aliqua alteram
sevius / aut pariter expectet
magis et sic petat ab ea libe-
rari / ut minime sibi interposi-
te mortis huius libertatem seu re-
quiem audeat polliceri Qua
in re consideranda est nobis
tam benigna erga nos divina
dispensacio pietatis ut quibus-
dam temptacionibus paciatur
diucius occupari / ne forte pe-
riculosiores occurrant / ab ali-
quibus vero liberat ut possit
in aliis / quas nobis utiliores
fore providet exercitari **Super
cantica sermone xlv**

Necesse est enim ut veniant
temptaciones **In qui-
busdam sentenciis**

Quis enim coronabitur nisi qui
legitime certavit Aut quo-
modo certabunt si desit qui impugnet
Quid mihi cum victoria si
nec in prelio fui Imprudentissime

michi exorgo uel gl(or)iam sine victo
ria / uel victoriam sine pugna
In quibusdam sentenciis
Sed heu / heu nec mare flu
ctibus / nec vita ista care
pot temtacionibus / nec pot esse
pax firma et solida / nisi in re
gione sue **Super psalmum**
xciiii habitat versu quinto
Hic temptacionibus plena est
vita nostra / ut non inmerito to
ta ipsa temptacio debeat appel
lari **In sermone de xxx^ma**
Sed qui sumus nos / aut que
est fortitudo nostra / ut tam
multis temtacionibus resistere
valeamus / hoc erat certe quod
querebat deus / hoc erat ad
quod nos perducere satagebat
ut videntes defectum nostrum / et
quod nobis non sit auxilium aliud
ad eius misericordiam tota humilitate
curramus **Super psalmum**
xciiii habitat versu secundo
Cum ergo temtacionis impe
tum sentimus incogitare
statim fugiamus ad ipsum et humi
liter postulemus auxilium / Omnes
enim aliquando eadem nature est / dum
in hoc seculo detinemur / sed
alii collidunt(ur) / alii non quia deus
supponit manum suam / Sed quomodo
eos discernere potimus ut se
gregemus iustos ab iniustis
Quomodo discernuntur iusti
ab iniustis per temptaciones
Verum hoc interest inter
eorum casus quia iustus

suscipitur a domino / Ideo quia
resurgat forcior / Iniustus ait
cum ceciderit non adiciet ut re
surgat / ymmo in pudoris noxium
aut inpudenciam cadet / aut
enim excusat quod fecit / et hoc
est pudor adducens peccatum /
aut fiet frons meretricis / Et
iam nec deum timet / nec
hominem reveretur / predicat quia
peccatum suum sic sodoma / Iustus
vero super manum domini cadit
et miro quodammodo eciam ei
ipsum peccatum in iusticiam cooperatur
Nonne cooperatur ille casus nobis
in bonum / Unde et meliores
efficimur et cautiores / Nonne
domino cadentem illum suscepit / qui
ab humilitate suscipitur / In crea
cione in redempcione ceterisque co
munibus beneficiis est deus omnium
sed in temtacionibus suis tamquam
propium habent cum singuli electorum
Sic enim et paratus est et caden
tem suscipere et eripere fugien
tem / ut videri possit relictis
omnibus aliis / ei soli operam
dare / Propterea expedit omni anime
deum semper attendere tamquam
proprium non modo adiutorem / sed et
inspectorem **Quomodo resiste**
de temptacionibus victoria
accipitur In sermone
de xxx^a c. xvii
Ipsi gestamus laqueum nostrum
nobiscum proprium circumferimus ini
micum / Natrem hac (?) caput
de peccato natum / in peccato mutuum

praua consuetudine viciatum
hac utitur ad pugnandos cal-
lidissimus serpens, cui nullum
desiderium est aliud, nullum stu-
dium, nullum negocium nisi sitire
sanguinem animarum. Hic est
qui iugiter machinatur malum

In meditacionibus

Arguta loquor artificiose
suggerit, callide decipit,
illicitos motus inflat, et vene-
natas cogitaciones inflammat,
componet bella, nutrit odia, matat
gulam, monet libidinem, deside-
ria carnis instigat, peccati occasio-
nes parat, et mille nocendi artibus
corda hominum temptare non cessat. Hic
est qui manus meas pro cingulo
alligat, ut cato que data est
in adiutorium, in ruinam et in
laqueum nobis fiat. Verumtamen
in nobis est si vincere volumus,
et nemo nisi in hoc certamine
devincitur invitus. Sub te est
o homo appetitus tuus et
tu dominabis illius. Potest
inimicus excitare temptacionis
motum, sed in te est si volueris
dare seu negare consensum. In
tua facultate est si volueris
inimicum tuum facere seruum
tuum, ut omnia tibi cooperentur
in bonum. Nec enim inflamat
inimicus desiderium vanitatis
aut impiarum cogitaciones ingerit
aut excitat libidinis motum
tu solummodo consencias

et quociens restitis sic totiens
coronabis. Credo etiam si
cogitaciones istas quam cito in
nobis aduertimus non patimur
remorari, sed in spiritu vehementi
animus aduersus illas exarta-
quoniam inimicus confusus abscen-
dit, nec tam libenter illuc re-
uertitur. **In sermone de gratia dominum**

Nec reddendum est uel re-
cedendum, etiam si grauis
temptacionum feruor utriusque hos-
tium afflixerit, eligamus pocius
ardere quam cedere. **Super psalmum ciiii hitat [?] vsu x.**

Utcumque inimicum prosperitatem
humano generi demones
invidere noscuntur, utraque eos
felicitate fraudare contendunt,
celesti videlicet et terrena, sed
longe amplius rore celi quam
pingwedine terre. Hoc sane
nullatenus expedit ignorare, quo-
niam vehemencius instat pugnare nota bene
hostilis multitudo, illuc nempe
studiosius repugnandum, ubi
grauior viget necessitas, ubi totum
belli pondus imminet, ubi collu-
ctacionis racio uniuersa consistit.
Unde patet aut victis ignomi-
niosa captiuitas, aut vincentibus
gloria triumphalis. Nam demones
quidem nobis superna et eterna
pocius invidere noscuntur, non
tamen ut sibi cedat, quod irreparabiliter
ceciderunt amiserunt, sed ne il-
lud pauper de puluere suscitatus
accedat. Unde ipsi in gloria Invidia

conditi irreparibiliter ceciderunt indignatur et livore tabescit obstinata malignitas humanam obtinere fragilitatem, quod retinere ipsa non meruit. Sed si quando forte temporalia aliquam damna aut inferre conantur, aut gratulantur inferri. Hec eorum molicio est ut iactura exterior vel eadem ipsi vel alteri occasio sit iacture interne. Hec enim tota adversum nos colluctacio spiritualium nequiciarum est ut nos seducant et inducant in vias suas, ut perducant ad destinatum finem qui paratus est eis.

In meditacionibus

Demonum est suggestiones malas ingerere, nostrum non consentire. Nam quociens resistimus dyabolum superamus, angelos letificamus, deum honoramus. Apostolus hortatur nos ut pugnemus, adiuvat ut vincamus, certantes spectat, deficientes sublevat, vincentes coronat.

De graciarum actione super cantica sermone xiii. c. xviii

Origo fontium et fluminum omnium mare est, virtutum et scienciarum dominus Christus. Continencia carnis, cordis industria et voluntatis rectitudo, casta cogitacia, iusta iudicia, sancta desideria ex illo manant. Si quis callet ingenio, si quis inter eloquio, si quis moribus placet, inde est. Inde sciencie, inde sapiencie sermo. Ad locum unde exeunt revertuntur flumina graciarum ut iterum fluant. Qualiter in quibus qualiter dicat Apostolus: In omnibus gracias agentes. Quicquid sapiencie sit et virtutis, scire confidis dei virtuti et dei sapiencie, reputa Christo.

In sermone de capite ieiunii

Siquidem fluminis aqua si stare ceperit computrescit plane. Graciarum cessat decursus nisi recursus non fuerit. Nec modo nichil augetur ingrato, sed quod acceperat ei vertitur in perniciem. Fidelis in modico constituitur dignus munere ampliori. Refunde igitur in eum qui supra te est quicquid intra est devocionis, quicquid dileccionis, quicquid affeccionis, ut si qua est intra gracia referatur ad ipsum. Nec etiam queras gloriam sed ipsius.

Super cantica sermone primo

Disce inrefundendo graciam non esse tardus aut segnis. Disce in singula dona gracias agere, ut nulla dei dona debita graciarum actione frustrentur, non grandia, non mediocria, nec parvula.

In quibusdam sentenciis

Peremptoria siquidem res est ingratitudo, hostis gracie, inimica salutis, exinanitio meritorum, virtutum dispersio, beneficiorum perditio, ventus urens, siccans sibi fontem

pietatis rorem mel fluenta gratie. Dico ergo quoniam per meos sapa nichil ita displicet deo presertim in filiis gratie in omnibus conversionis, quemadmodum ingratitudo. Dicas enim obstruit gratie. Et ubi fuerit illa iam gratia accessum non invenerit locum non habet. Homo enim perditum reputat quod ingrato donatum est. aut dedisse non penitet quod perisse videtur. Oportet semper gratiosum esse hominem et devotum, qui perpetua gratia munera manere sibi desiderat et multiplicari. Nemo sane est qui non facile si querit inveniat unde plurimum obnoxius sit deo quia non est qui se abscondat a calore eius. Multos videmus

In quibusdam sententiis

Multos videmus satis importune petentes quod sibi deesse cognoverunt, sed paucos ad modum novimus qui dignas super acceptis beneficiis gratias agere videantur. Hac reprehensibile est quod instanter petimus, sed plane petitioni negat affectum quod mox invenitur ingrati. Et forte clementia esse videtur ingratis negare quod postulant, ne contingat nobis ut tanto amplius de ingratitudine iudicemur quanto magis accumulatis beneficiis ingrati

probamur extitisse. Felix qui ad singula dona gratie redit ad eum in quo est plenitudo omnium gratiarum, cui dum pro acceptis gratos nos exhibemus, locum in nobis facimus gratie, ut maiora adhuc accipere mereamur. Enim enim nos sola a profectu conversationis impedit ingratitudo nostra, dum quodammodo amissum reputans dator, quia ingratus accepit cavet sibi de cetero, ne tanto plura amittat quanto plura conferat ingrato. Felix proinde qui etiam pro minimis quibusque beneficiis non minas refert quia gratum actionem et devotionem a nobis exigit dator gratie dominus deus noster. De contemptu vane glorie super psalmum Qui habitat versu quarto et versu xii et xix

Vana gloria leviter volat leviter penetrat, sed non leve infligit vulnus, cito interficiat non videntes necat. Maxime ingratos et negligentes qui se ei ostentant, qui se ei exponunt et non parum ipsi insistunt, non attendunt, non discutiunt illam non vident, de morte que sit stimula que caduca que vana que inutilis. Siquis enim intueatur hoc modo iam non eum occidit gloria. Sed occiditur magis quodammodo versa impulsione eius redacta in inutilium. In quibusdam sententiis

PRoprie glorie cupidi na
ulla rone quiesce possut
cum in se ipis / michil penitus
inveniunt Unde possint aliqtenus
glari In quibusdam sen
tentiis

Reco nemo vim velit laudu
m vita ista / quia quitquid
hit favoris captas / ad deum
non retuleris furaris Tibi eni
unde gla putride pulvis tibi vn
Quid nequiunus servo usurpa
re sibi glam domi sui In qui
busdam sententiis

Noverat Aplus glam cre
atoris esse / no creature
sed consideravit ronalem crea
turam a deo affectare glam
ut aut vix aut numqm compesci
ab hoc desiderio possit / quippe
que ad ymaginem facta est cre
atoris propterea salubarrimum
invenit consilium dicens Eu
quidem persvaderi nobis no pot
non glari / saltem qui glat in
domino glorietur Super
can sermoe tredecimo

Secutus gloriosi testa gsia
de gla conditoris michil
michi usurpo / secutus plane
quia iam non contra dom s
in domio hec nobis svadeatur
glacio cum dicitur Gloriam
ab invicem quitis / et gloriam
que a solo deo est / no voltis
In sermone de adventu
domini

Recta gloriari in solo
deo / non nisi a solo deo
est Gloriam vero quam ab
invicem accipiunt / qui glam
que est a solo deo no requirut
vana est / qm vani filii hom
Sup can soe xxv

PRoptea et omnis gloria
pfectorum / intus non foris
est / sed hoc non est in flore
sermi aut in ore vulgi / sed in
domino / quod constie solus
sit arbiter deus cui soli
place desiderat / et cui place
sola vera et summa gloria
est / hec est utiqz vera gla
que est a spu veritatis
Sup can soe xiii

Nec mediocris gla ista que
intus est Crimpe tiz va
quaz de vitate in veritate tam
vera ut vix vel paucitas per
fectorum pfecte glorietur in ea
Magna et rara virtus pfecto
est / ut magna licet operantem
magnu te nescias / et mani
festam omnibus / ut late sa
nctitatem et mirabilem te
appetere et contemptibilem
reputare / hoc ego ipis vir
tutibus mirabilius iudico
Sup Can sermoe vice
simo quinto

Fidelis revera famulus
es si de multa gloria
domi tui et si no exeunte
ex te / tamen pertranseunte
p te / nil tuis manibus adhere
contingat Et tutior sua

.n. Cibus omne

cuiusque gratia, dum eam habet in semetipso et non in altero. In Sermone de sancto Iohanne Baptista

Qui enim consciavit in alienis labiis posuerit modo magnum, modo parvum sunt modo nullum. Quem qui adulatur linguosi vel vituperare placuerit vel laudare. Super Canticum sermone tredecimo

Nam sapiens gloriator probabit opus suum atque ad lumen veritatis diligenter examinabit, et sic habebit in semetipso gloriam, et non in altero altius. Stultus sum si fistella labiorum tuorum gloriam meam credidero et reposuero mendicitate eam absit. cum libere voluero Nomine nempe in tuo arbitrio est probare me vel improbare prout volueris. Ipsi potius eam repono servandam, qui potens est depositum meum servare in illum diem. Cautus in custodiendo fidelis in restituendo Secura erit erit utrumque laus a dominis duntaxat qui humanas laudes contempserunt. De gratia dei super canticum sermone lxxi de amicitia domini Capitulum vicesimum

Omnibus autem gratia dei dulcissimus sane et omnem habens in se suavitatem et delectamentum saporis, non modo delectat sed reficit et medetur. Anima nostra spiritus est vadens et non rediens si sibi fuerit derelicta. Semel a facie domini egressa vel eiecta, non revertetur oculus eius ut videat bona, si non requiratur a deo. Omnis ergo anima quaerens deum, ne magnum bonum in magnum sibi detorqueat malum ne sciat se praeventam in primo et ante quaesitam quam quaerentem. Nam vere et absque dubio eo quisque pessimus quo optimus est ascribit sibi. Ne pe pessimum hoc. Quod si dicat quis, quod absit. Agnosco gratia dei sum id quod sum, studeat autem captare gloriam per gratiam quam accepit Nomine fur est et latro. Super Canticum sermone lxxiii

Hinc vero fidelis anima agnoscit ista et utramque gratiae confitetur. Primo quidem ea qua prima est qua et praeventus est. Postea et subsequentem. Nempe tunc magis gratia plenam se probat, cum totum gratiae dederit, et primas scilicet illi partes ascribens et ultimas alioquin gratia plena si quid

habuit quod non sit ex gracia
Non est quo gratia intret ubi
iam meritum occupavit Ergo
plena confessio gratie ipsius gratie
plenitudinem designat in anima
confitentis Nam siquid de proprio
inest In quantum est gratia illi
cedere necesse est deest gracie
quicquid meritis deputas Nolo
meritum quod gratiam excludit
Horreo quicquid de me est ut
sim meus nisi quod illud for-
sitan magis meum est quod
me meum facit Gratia reddit
me michi iustificatum gratis et
sic liberatum a servitute peccati

In sermone de adventu do-
mini

Itaque meum meum solius gratie
est ut nichil michi quidem in
predestinatione attribuam sive in vo-
catione Non sic sane ab opere
iustificationis alienus sit spiritus
et illud gratia sed plane meum
Porro consummatio quidem et
ipsa solius est gratie nec est
michi in parte hac vel cum ea
sive in ea glorie quasi coadiutor
sim aut cooperator Itaque misericordia
domini ab eterno et usque in eter-
num super electos in medio
quidem aliquatenus ostendens
liberum arbitrium cum gracia
principium vero et finem soli ven-
dicans sibi ut sit nobis alpha
et o dominus deus noster Eiusdem
eodem sermone xxvi

Sed sciant omnia gratie
absque gratia nec ad co-
gitandum bonum sufficere cor
humanum sed sufficientia ipsius
ex deo est Non enim sufficientes
sumus vel cogitare aliquid a
nobis quasi ex nobis nisi ipse
dederit nobis qui dat affluenter

De adiutorio divino in ser-
mone de vigilia domini Ca-
pitulum xxi

Crede te deo committe
te ei Nam sibi quidem sibi
ipsi fidem non fidei sed perfidie
est nec confidentie sed diffi-
dentie magis in semetipso
habere fiduciam Fidelis [illegible]
est qui nec sibi credit nec
in se sperat factus sibi tamquam
vas perditum sed sic perdens
animam suam ut in vita eter-
nam custodiat eam Porro
id quidem facit humilitas
cordis ut non sibi fidelis
anima inimica sed deserens se-
metipsam ascendat iam de de-
serto innixa super dilectum

Eiusdem eodem sermone lxxiii

Hostentus profecto arduus
est et casus conatus
absque dei adiutorio Ergo
qui stat si non vult cadere non
fidat sibi innitatur deo deus
loquitur Sine me nichil po-
testis facere Ita nec surgere
ad bonum nec stare in bono
possumus sine deo Tu ergo

qui stas cora gloriam dei et cum
manum erigeris ipsius nutu e
virtute tenearis / Multum operi
virtute habes / sed quia indige
ris ex alto Ceterum enim si pugna
sit facile faciat victorem
sui animus / et sit invictum red
dit ad omnia **Quid sit
virtus**

Est quippe vigor animi
cedere nescius pro tuenda
racione Vel sit vigor animi quod
in se est omnia ad racionem tegens
uel dirigens Quid in omnia
possibilia sunt intenti super eum
qui omnia potest Nil omnipotencia
dei clariorem dedit / quam quos
omnipotentes facit / Omnes qui
in se sperant / An non omnipotens
cui omnia possibilia sunt Ita
animus non si presumat de se
sed si confortetur a deo / poterit
utique dominari sui / ut non dominetur
ei omnis iniusticia **Quod
omnia potest qui deo innititur**

Ita inquam deo innixam nulla
vis nulla fraus nulla tam
illecebra poterit uel stantem
deicere uel subicere dominantem
Alioquin frustra innititur si sibi
non innititur **De merito super
cantica sermone lxix c. xiiii**

Sufficit ad meritum scire quod
non sufficiant merita Sed

ut ad meritum satis est / Se
meritis non presumere sic carere
meritis satis est ad iudicium
**De meritis venator super
psalmum xcvi habitat**

Porro infancium renatorum
nemini carere meritis
sed xpi haec merita nosantur
Quibus se tamen indignos
reddunt si sua iungere non
nequiverint sed neglexerint
quod quidem periculum iam adul
te etatis est / merita proinde
habere cures habita data no
ueris fructum sperans domini
misericordiam / et omne periculum euasi
sti paupertatis ingratitudinis
presumcionis / Perniciosa pauper
tas penuria meritorum / Pre
sumpcio autem spiritus fallaces
diuicie / et ideo felix cui per
merita sine presumcione / nec
presumcio absque meritis deest Sic
unde presumat sed non merita
Sed merita ad promerendum non
ad presumendum Ceterum quam pre
sumere / nonne promereri est
Ergo eo presumit securius
quod non presumit **In ser
mone de annunciacione
dominica**

Hec enim est totum homi
nis meritum / si totam spe
ranciam ponat in eo qui

totum hominem salvum faciat
Quantumcumque processerit
obtinebit / si tamen in deum tota
figatur ut firma sit et non ti-
tubet Hec vera hominis fidu-
cia a se deficientis et innitentis
domino deo suo De fide sup
cant simone xxviii ~~[illegible]~~

Nec magna vera fiducia et
certa ima non negatur Me-
um proinde meritum miseratio
domini Non plane sum meriti inops
quamdiu ille miseracionum non fuerit
Quod si misericordie domini multe / multus
nichilominus in meritis ego sum
De fide sup Cant simone
xxviii capitulo xxvi

Fide mundantur corda / ut
possit videri deus Fides
nescia falli / fides invisibilia
comprehendens / sensus penuriam
non sentit Denique transgreditur
fines etiam racionis humane /
nature usum experiencie terminos
Que vero comprehendit quod
sensus nescit experimentum non
invenit Fixe id habe certius
id tucius sequi / quod illa sua-
serit / Denique comprehendit quod
sit longitudo / latitudo sublimitas
et profundum Quod oculus
non vidit nec auris audivit
nec in cor hominis ascendit
Illa in se quasi in quodam velucro
clausum portat servatque signatum

Sup cant simone lxxvi
Fides tunc sane prolixior
esse demonstratur / cum credit
non quod videtur Quid magni
est credere quod videris / et tuis
non negare oculis fidem / quod
laudis meretur Sed si quod
non videmus speramus per pa-
cientiam expectamus et pa-
ciencia meritum est Proinde
ut non evacuetur meritum fidei
subducat se visui dans meriti
locum Ubi est deus non potes
modo venire / vemes aut post ea
Nec tamen sequere querere nec
te illa inaccessabilis claritas
vel sublimitas a querendo de-
terreat / ab inveniendo desperet
Si potes credere / omnia pos-
sibilia sunt credenti Crede
et invenisti Iam credentibus inve-
nisse est Quere ergo vel
sequere actibus / fide invenit
Quid non inveniat fides /
Attingit inaccessa / deprehen-
dit ignota / comprehendit im-
mensa / apprehendit novissima
Ipsam denique eternitatem suo
illo vastissimo sinu quodammodo
circumcludit Fidenter dixerim
eternam beatamque trinitatem quam
non intelligo / credo et fide
teneo / quam non capio mente

Et quidem ante omnia fi
des querenda. In sermo
ne de octaua pasche

Fide siquidem in dei fi
lios adoptantur, fide
in nos mundus odit atque
persequitur, fide et vincitur.
Porro fides sine operibus mor
tua est in semetipsa, nec mirum
videri potest si nequaquam viuit
que nec viuit quedam fides.
que nam sit viuida et victori
osa fides. Illa sine dubio per
quam xpistus habitat in cordibus
nostris. In sermone de pascha

Cristus enim et vita et
virtus nostra est. Tam
diu xpistus in nobis viuit quam
diu viuit fides. Et postquam
fides mortua est, quodammodo
xpistus mortuus est in nobis.
Porro fidei vitam opera attesta
tur. Sicut enim corporis vitam
ex motu suo digne discernimus
Ita et fidei vitam ex operibus
bonis. Itaque vita quidem corporis
anima per quam mouetur et sentit
vita vero fidei caritas est
quia per illam operatur. Unde
et frigescente caritate fides
moritur, sicut corpus anima
recedente. Super Can.
sermone xxx.

Quedam enim fidei ipsa
deuocio est. Amor fidei
est seperacio caritatis. Non facit
hominem rectum fides recta quia
non operatur ex dilectione. Sed nec
opera quamuis recta cor rectum ef
ficere sufficiunt sine fide. Quis
enim rectum dicat hominem non
placentem deo. Sine fide autem
impossibile est placere deo. Qui
non placet deo non potest illi
placere deus. Nam cui placet
deus deo displicere non potest.
De spe super Cantica
sermone lx. Cmus xxiiii.

Est locus inter timorem
et securitatem media
videlicet spes, in qua mens
et consciencia molli quodammodo suppo
sito caritatis stratu suauissime
requiescit. Est autem cum mens
nostra formidine pene seruiliter
premitur, et donec quis premitur
a spiritu seruitutis parum habet de spe
de timore plurimum. Non est pax
neque requies fluctuante in
micium consciencia inter spem et
timorem, maximeque a super
excellente timore habundancius
cruciatur. Nam timor penam habet.
Ceterum si paulatim per incre
mentum gracie cepit desistere timor
et procedere spes, cum demum
ad hoc ventum fuerit ut per
fecta caritas ex toto foras

imitat timorem Nomine eius ml anima singulariter in spe constituta videbitur at pro inde idipsum dormire et requiescere Nam qui se singulariter in spe constitutum sentit Non iam in timore servit sed requiescit in caritate Super psalmum ciiii hitat Bernardus

In spe vivimus ne deficiamus in tribulatione presenti quod in expectatione simus indeficientium gaudiorum Neque enim vana nobis expectatio aut dubia spes videtur innixa immutabilibus promissionibus veritatis Prorsus magna leticia et exultatio multa nimis tu vita venit

In sermone de sancto dominico

Non solum ipsa vita sed promissio vite eterne et expectatio iustorum leticia est et tanta leticia ut omne quod concupiscitur ei non valeat comparari Sed in quid tante leticie spes erit sed leticia Quicquid agendum sit quicquid declinandum quicquid tollerandum quicquid optandum tu es domine spes mea Super psalmum ciiii hitat v. xo

Hec una michi omnium promissionum causa. hec tota ratio mee expectationis hoc est votum meum. propositum meum et intencio cordis mei Reposita est hec spes mea in sinum meo et in hac perseverabo propter te

omnia detrimenta feci ut stercora arbitror quoniam tu es domine spes mea Si michi prima promittuntur per te obtinenda spectabo Si insurgant adversum me prelia si seviat mundus si fremat malignus si ipsa caro adversus spiritum concupiscit in hoc ego sperabo

In sermone de annunciacione domini

Sola miseris spes apud te domine miseracionis obtinet locum nec oleum nisi in vase fiducie ponis Super psalmum ciiii hitat v. nono

Feres hoc sepe et fide viriliter si hoc sapimus ut quid cunctamur abicere spes omnino vanas miseras mortales seductorias et huic tam solide tam perfecte tam beate spei tota devocione animi toto fervore spiritus inherere Siquid tibi impossibile seu quod vel difficile est quere illum in quo spes sed qui omnia potest Quid facilius dictu Si decrevit salvare nos continuo liberamur Si vivificare placuit vita in voluntate eius est Si prima eterna largiri licet ei quod vult facere Denique quoniam in se sperantes deserit illa maiestas que tanto studio monet in se sperari plane non delinquet sperantes in se adiuvabit eos aut et liberabit eos Quare quibus minus anima speraverit in eo

dulcis causa attamen efficax attamen inexpugnabilis Sup psalmum qui habitat versu xiiij

Dulcissima liberalitas in se sperantibus non deesse non tam dedignatur. Ecce spes miserorum miserator et misericors dominus non seipsum liberatorem simul et protectorem in se sperantibus exibere recusat Sup psalmum qui habitat versu nono

Ecce innumera tribulacionum secundum multitudinem earum consolaciones eius letificabunt animam tuam, dum non ad alia converteris dummodo clames ad deum dummodo in eum speres. Nempe ad omnem temptacionem ad omnem tribulacionem, ad omnem denique cuiuscumque modi necessitatem apta est nobis urbs refugii. Omnibus manibus expansus est. Pata sunt foramina petre patent, viscera misericordie dei nostri

De caritate sup cantica sermone de consideratione capitulum xxv

Carissima par optimum caritas est plane incomparabile. Denique quid nam huic comparandum putamus que ipsi prefertur miracio at fide transferenti montes Sup cantica sermone xvij

~~Porro libertatem donat timorem p~~

Porro per caritatem deus in deo deus in homine est. Quid ita dei ut caritas neque et deus est caritas In Epistola ad Clarevalensem

Caritas libertatem donat et timorem pellit, laborem non sentit meritum non intuetur premia non requirit et tamen plus omnibus urget, nullus terror sic solicitat nulla premia sic invitat, nulla iusticia sic exigit In sermone de passione domini

Caritas non querit que sua sunt, caritas non irritatur non provocatur. numquam non insevieam ruit, et pro tributis malis cumulat bona. O caritas paciens sed et compaciens, caritas paciens est sufficit caritas, benigna est, cumque est paciens caritas dissimulat, expectat sustinet delinquentem Sed benigna trahit, adducit conuti facit ab errore. Benigna caritas etiam quos tollerat amat et amat ardenter Sup cantica sermone l viij

Flet quippe caritas sed ex amore non ex merore, flet ex desiderio, flet cum flentibus In Epistola ad fulconem puere

Bona mater caritas que sive fovet, infirmos sive exercitat provectos, sive arguat inquietos diversis diversa

exhibens / sic et filios diligit
remissos Cum te arguit mitis
est / cum blanditur simplex est
precsolat se inire sine dolo mul
tere / patienter novit irasci humi
liter indignari lesa non putat
spreta revocat Ipsa enim est homi
matrix et angelorum Non solum
que in terris sed etiam que in
celis sunt pacificavit Ipsa est
que deum homini placatus homines
deo reconciliavit **In epistola
ad adam Monachum**

Caritas profecto dampna
sunt scandala pusillorum
Nec enim caritas caritatem offen
dit aut contemnit cum sentit of
fensam Nam seipsam non potest
negare / nec in se divisa est
novit potius in se divisa con
iungere / iuncta dividere nescit / pa
cem diligit / congaudet unitati
Sola quippe / que illa generat col
ligit solidat / et conservat Ubi
cumque servari cognoscit unitas
in vinculo / pacis / cum omni fiducia
pacis / caritas pulsat ad hostium
amici Nequaquam putans pati
se debere repulsam Cum amicicia
ticiarum meorum / novit nec veretur
et si paulisper gratissimum ing
erere secum pro ter sum negocium
Illa siquidem vera et sincera
est caritas quo proximi bonum
et nostrum diligamus Nam qui magis
aut certe solum diligit suum
convincitur non caste diligere bonum

quod utique preter se diligit non
propter ipum **In epistola generali ad
agerum canonicum Re
gularem**

Amemus et amemur in
altero nobis / in altero nostris
consulentes Nam quos amamus
in ipsis profecto requiescimus
a quibus autem amamur / ipsis nos
in nobis requiem paramus Porro
to amare in deo / caritatem habere
est studere vero propter deum amari
caritati servire est **Super
cantica sermone lx**

Utramque teneo dilectionem
dei / et dilectionem proximi
cum te amo domine ihesu / qui
meus proximus es / quoniam
homo es / et fecisti mecum miseri
cordiam et misericordia es super omnia
deus in secula benedictus Amen
**de amore divino super
cantica sermone lx c. xxvi**

Flagrans et vehemens
amor presertim divinus cum
se intra se cohibere non valet
non attendit quo ordine / qua
lege / qua ve serie / seu paucitate
verborum ebulliat / dummodo
ex hoc nullum sui sentiat detrimen
tum Interdum nec verba requirit
Interdum nec voces omnino
ullas / solis ad hoc contentus
suspiriis **Super cantica sermone
lxxx**

O amor preceps vehemens
flagrans impetuose qui
preter te aliud cogitare

non sinis fastidis cetera contempnis omnia preter te contemnis confundis ordines dissimulas usum modum ignoras totum quod opportunitatis quod racionis quod pudoris quod consilii iudicii ve esse videtur triumphas in temetipso et redigis in captivitatem. Frustra ad audiendum vel legendum ne amoris carmen qui non amat accedit quoniam omnino non potest capere ignitum eloquium frigidum pectus. Quomodo enim grece loquentem non intelligit qui grecum non novit, nec latine loquentem qui latinus non est, et ita de ceteris, sic lingwa amoris ei qui non amat barbara erit sicut es sonans aut timbalum tinniens. Super Cantica sermone lxxiiii

Amor reverentiam nescit. Ab amando quippe amor non ab honorando denominatur. Honoret sane qui horret, qui stupet, qui metuit, qui miratur; vacant hec omnia penes amantem. Preterea qui amat amat et aliud non novit. Nichil ipse qui honorandus, qui mirandus, stupori et miraculo est, amari tamen plus amat. Exigit deus timeri ut dominus, honorari ut pater et ut sponsus amari. Quid in hiis prestat, quid eminet? Nempe amor absque hoc et timor penam habet et honor non habet graciam. Et qui de amore non venit honor sed adulacio est. Et quidem soli deo honor et gloria. Sed horum acceptabit neutrum deus si melle amoris condita non fuerint. Is per se sufficit, is per se placet et propter se. Ipse meritum, ipse premium est sibi. Amor preter se non requirit causam non fructum. Fructus eius usus eius. Amo quia amo, amo ut amem. Super Cantica sermone octuagesimo vi°

Ubi autem amor labor non est, sed sapor. Cum amantibus nichil difficile est. In prologo libri de consideracione.

Amor dominum nescit per se patris subiectus est, obsequitur sponte, gratis obtemperat, libere veneratur. Amat et deus nec aliunde hoc habet sed ipse unde et inde vehemencius quia non amorem tam habet quam hoc ipse est. Super Cantica sermone lxx.

Neminem suspicit amor sed nec despicit quidem. Omnes ex quo invicem qui perfecte se amant et in seipsos celsos humiles contemplatur nec pares in sed unum eos facit. Super Cantica sermone octuagesimo secundo

Magna res amor nam cum amat deus, non aliud vult quam amari quippe, qui ob aliud non amat, nisi ut ametur sciens ipso amore beatos qui se amaverint. De violencia divini amoris super Cantica sermone lxxxiij capitulum xxvij

O suavitatem o graciam o amoris vim summus omnium unus omnium factus est. Quis hoc fecit amor dignitatis nescius dignacione dives / affectu potens suasu efficax. Quid violencius triumphat de deo amor ut scias amoris fuisse quod plenitudo effusa est, quod altitudo adequata est, quod singularitas associata est. Super Cantica sermone octuagesimo tercio

Deus non modo amans sed amor est et solus amoris vicem requirit et fidem. Ergo mi ametur amor. Super Cantica sermone sexagesimo v

Et quid tam cordi est vita quam deus meus Ihesus Christus vere est et amans et amabilis et totum quod de ipso est vere est quando ipse est. Non aliud sive quam ipse vitas. Super Cantica sermone septuagesimo octavo

Quis fidus verus ut amicus amor et nisi utique is qui veritas adamatur. Racionis sum compos veritatis sine capax. sed utinam non forem, si amor michi defuerit. Non sum securus astanti si absque eo inveniar. Super Cantica sermone vicesimo quinto

Valde michi omnino ardendus est per quem sum vivo sapio. Si ingratus non sim et indignus. Digna plane est morte qui tibi domine Ihesu recusat vivere et mortuus est. Et qui tibi non sapit desipit et qui curat esse nisi propter te pro nichilo est / et nichil est. Propter temetipsum deus fecisti omnia et qui vult esse sibi et non tibi nichil esse incipit inter omnia. Pro hiis ergo ita sum amans te quantum possum. Est quod me plus monet / plus urget plus attendit / Super omnia in quod reddit amabilem te michi Ihesu bone calix quem bibisti / opus nostre redempcionis. Hoc omnino amorem nostrum facile vendicat totum sibi hoc est quod nostram devocionem et blandius alliciat / et iustius exigit et arcius stringit / et afficit vehemencius. De continencia in sermone in octavam epiphanie capitulum xxviij

Continenciam debere tamen quis nesciat. Continencia castitatis diluit / quicquid ante luxuria inquinavit. In quibus sentenciis in sermone de pascha domini etc.

Continentia restringit carnem ne deinceps per mortiferas voluptates deffluat, carni serviat in corpus suum peccat magis illud prius honore et pavendo cedens pudendoque dedecori tollens membrum christi ac faciens membrum meretricis. Ipso autem non ab ea tantum que tam abhominabilis sed ab omni voluptate carnis continendum dicit. Super cantica sermone primo et septimo c.

Quippe spiritus sanctus discipline effugiet fictum quod est vita incontinens. Porro continentia non habet meritum apud deum que gloriam requirit humanam. Decorque maxime opus est puritate intentionis qua soli deo mens et placere appetat et valeat inherere. Nec enim aliud est inherere deo quam videre deum, quod solis mundis cordibus singulari felicitate donatur. In sermone de assumpcione beatissime virginis marie gloriose.

Nimirum tua perfecta est virtus continentie, qui in unitate fidei cum proximis tuis vivens non supplicii metu vel humane laudis appetitu, sed solius divini amoris attentione nos a peccatis continemus, quia continencias crebris temptationis ictibus resistere non potest nisi eius. De abstinencia. In sermone de dominica post octavam pasche capitulum vicesimum nonum.

Quod immaculaverat crapula abstinencia mundat. Afflictio corporis purgacio est. Super cantica sermone lxvi a.

Ergo medium abstineo, sed abstinencia mea satisfactio pro peccatis est. Abstineo a vino quia in vino est luxuria, aut si infirmus sum modico utar. Abstinebo a carnibus ne dum nutriunt carnem simul et carnis nutriant vitia. Panem ipsum studebo cum mensura sumere, ne onerato ventre stare tedeat ad orandum. Sed nec simplici quidem aqua in ingurgitatione me afficiam, ne distensio ventris usque ad titillacionem perveniat libidinis. In epistola ad Robertum.

Ciminum et simila, mulsum et pigmenta corpori militat non spiritui. Frixuris non anima saginatur sed caro. Piper, zinziber, ciminum et salvia et mille huiusmodi species salsamentorum palatum quidem delectant, sed libidinem accendunt. Prudenti sobrioque conversanti satis est ad omne condimentum sal cum fame. Una sola non expectata necesse est alias atque alias succis ex

ctancis consia punitiones gu-
ri et palatum repararent / gulam
prouocent / excitent appetitum
In sermone de Natiuita
te domini
Malum ergo voluptas cor
Bonum vero afflictio est
Super cantica sermone tri-
cesimo de octaua pasche
Est enim martirii genus
et effusio quedam san
guinis in cottidiana corporis
afflictione illo minum quo mẽ
bra ceduntur ferro horrore quid
minus sed diuturnitate molestius
sic quia infirmus et pusillis
corde non est / ut que semel
pro xpo ponẽ non sufficiunt
saltim mori quodam sed diutino
mitiõ sanguinem fundant
Sup canti̇ca sermone xxx
Quid vero prodest tempẽ
ra voluptatibus et inve
stigandis diuersitatibus aplexi
onum / ciborumque varietatibus
exquirendis cottidianam ex
pendere curam legumina inquit
ventosa sunt / caseus stoma
chum grauat / lac capiti nocet
potum aque non sustinet pecta
caules nutriunt melancoliam
coleram accendunt pisces
de stagno aut de lutuosa
aqua mee penitus complexioni
non congruunt Quale est hoc
ut in totis fluviis / agris cel
lariis ne reperiri tibi possit
quod comedas Puta te queso
monachum esse non medicum
sed te de complexione non
iudicandum sed de professione
De paupertate In sermone
de annunctiatione dominica
Omnium bonorum eterna
in celis affluencia sup
petebat / sed paupertas non
inveniebatur in eis Porro
mitis habundabat et sup-
habundabat hec species et
nesciebat homo precium eius
Hanc itaque dei filius concu
piscens descendit / ut eam
eligat sibi / et nobis sua e
stimacione faciat preciosam
In sermone de lepra
Naaman
Descendit ab inextabilibus
diuiciis celi / et venies
in mundum hec noluit Sed in
tanta paupertate venit / ut
natus continuo poneretur in
presepio / quia non erat ei locus
in diuersorio Et vero magna
abusio nimis magna ut diues
esse velit vermiculus vilis
propter quem deus maiestatis
et dominus sabaoth voluit pau
per fieri In sermone
de vigilia domini
Tractor denique xpi paup-
ertas cunctis operibus
cunctisque thezauris Quo
enim paupertate dicitus quod

preciosius invenitur. Qua in-
micum regnum celorum emitur
et divina gratia acquiritur.
In sermone de omnibus
sanctis
Vis obtinere talium pau-
pertatis vilitatem am-
plectere et tuum erit
In duabus epistolis
Non enim paupertas virtus
reputatur sed paupertatis
amor. In sermone de
omnibus sanctis
Humilitatis paupertatis Regni
heredes constituit dum
paupertatis regnum Regni de-
mum celorum pauperum est.
Beatus quippe qui post illa
non abiit que possessa one-
rant amata inquinant amissa
cruciant. In sermone de
duplici adventu
Magna quedam pena
paupertatis est quod tam
cito volatur in regnum celorum
Nam paupertati non tamen promittitur
sed tamen datur. Videmus autem
pauperes aliquos qui si vera-
haberent paupertatem non a deo
pusillanimes invenirent et
tristes utpote reges et reges
celi. Sed hii sunt qui pauperes
esse volunt eo tamen pacto ut
nichil eis desit et sic dili-
gunt paupertatem ut nullam
inopiam paciantur. In sermone
de passione domini

Homines autem bone vo-
luntatis qui christiana
bonitate divicias paupertate
commutarunt vel etiam non ha-
bitas tamquam habitas con-
tempserunt relinquentes omnia
propter christum sicut et ipse reliquit
omnia propter ipsos sequentes eum
quocumque ierit. Super psal-
mum qui habitat versus
videntes
Felix voluntaria paupertas
relinquencium omnia et
sequencium te domine Ihesu
In sermone de omnibus sanctis
Vere inter hoc genus volun-
taria paupertas est eo
mirabilius, eo quod invitum
gravius quam inter epulas esu-
rie, inter vestes multas et pre-
ciosas algere, paupertate premi
inter divicias, quas offert
mundus, quas ostentat malignus
quas desiderat nec ipse appe-
titus. Annon merito coronabitur
qui sic certaverit
In sermone de diversis
Voluntaria paupertas suos
a gemina impugnatione
qua huius mundi amatores ex-
pugnantur reddit securos, scilicet
propria invidia et aliena. Pau-
pertas dum putatur misera
aliena carent invidia et que
est voluntaria, neminem quem invidet
De tribulatione In ser-
mone in Ramis palmarum

de tribulacione In fine de ser
ramis palmarum c. xxx
Nde est vita vite tribu
lacio pris / via glorie
via Civitatis habitacio via
regni Super psalmum
xciiii habitat versu decimo
Talis tribulacio que pro
batorem operatur ducens
ad gloriam Omne gaudium exi
stimemus cum tribulaciones va
rias inciderimus Res enim
nostra tribulacio que in gloriam
vertitur / tristicia que in gaudium
mutatur Gaudium sane longum
quod nemo tollat a nobis /
Gaudium multiplex / gaudium ple
num Bonum ergo magis nostr
as quam voluptas Quod cum vir
tus citius transeat / altam penam
habeat / altam sit parura coronam
Res nostra ista nativitas coronam
parit / Gloriemur in tribula
cione in ea si quidem spes
glorie immo et in ipsa glorificacione
tribulacione gloria continetur
sicut spes fructus in flore sic
fructus in semine In hunc modum
modo regnum dei intra nos est
thezaurus ingens in sicali agro
vase vili Est magnum / sed ab
sconditum latet gloria abscondita
Est nobiscum in tribulacione
Cum ipso sum in tribulacione
ait dominus deus / et ergo aliud
interim quam tribulacionem

requiram / michi adherere deo
bonum est / Descendit ipse sit his
qui tribulato sunt corde / ut nobis
cum sit in tribulacione nostra Sup
psalmum xciiii habitat versu x
Vnde scimus quod nobiscum
sit in tribulacione ex eo ipso
veraciter / quod in ipsa tribulacione
sumus nos Quis enim sustineret
hunc persisteret sine eo Bonum
michi domine tribulari / dummodo
ipse sis mecum / quam regnare
sine te / epulari sine te / gloriari
Super psalmum xciiii
habitat versu sedecimo
Bonum michi in tribulacione
magis amplecti te in
camino habere mecum quam esse
sine te vel in celo Aurum probet
fornax / et viros iustos temptacio
tribulacionis Ibi enim cum eis
es domine / ibi in nomine tuo
congregatis medius astas
Quid trepidamus / quid cuncta
mur / quid refugimus hunc ca
minum Fervet ignis sed dominus
nobiscum est in tribulacione
Sup psalmum xciiii hi
tat versu xv et xvi
Quando autem eximus nos
cum ipso Nimirum quia de
rapiemur obviam xpo in aera
et sic semper cum domino erimus
si tamen curemus eum interim
nobiscum habere / ut sit comes vie
qui patrie est redditor futurus
ymo qui tunc patria modo sit via

In plenitudine gracie nobiscum est
in plenitudine glorie eximus cum
ipso **De paciencia In epistola
ad adam monachum
ad ingrum Silbertum
capitulum xxxi**

Vera paciencia est pati
vel agere contra quod
libeat Sed non preter quod non
liceat paupiem equo animo ferre
virtutis paciencie est sponte ap-
petere sapiencie laus est

In tribulacionibus sentencie

In paciencia anime possidebis est
Siquidem propter impaciencias
qui pacienciam caruerint perierunt

**In epistola ad Simeonem
abbatem sancti Nicolai**

Omnes qui pie volunt vivere
in christo persecucionem paciuntur
Ista cum numquam desit eis pie
velle / non tamen semper assit
et proficere pro bona voluntate
Sicut enim impiorum est preter bo-
norum propositis assidue reluctari
Sic contra pietatem non est
propter adversitatem quibus iusta
et sancta desideria pantorum
non perficit **In sermone de
Annunciacione domini et de
passione eius**

Qui pacienciam non servat
Ovit perdit iusticiam / hoc
est vitam perdit / hoc est perdit
animam suam Vide opera domini
flagellis cesus / spinis coronatus
clavis confixus / affixus pa-

patibulo / obprobriis saturatus
tamen eorum dolorum immemor ait
ignosce illis **In sermone
de pascha**

Vide ergo ne per impacien-
ciam peccas Sed universa
pro deo sustine quia pro te
maiora sustinuit et apud quem
paciencia infructuosa non erit
**Super cantica sermone
xlvi**

~~super cantica sermone~~

Utrumque est michi domine
Ihesu speculum paciendi et
premium pacientis Tu doces
manus meas ad prelium exemplo
virtutis tue / tu caput meum
post victoriam Tue coronas
presencia maiestatis Utrumque for-
titer provocat et vehementer
attendit In utroque mirabiliter
tibi me allicis Utrique fortius
violentissimus ad trahendum
Trahe me post te / libenter
te sequor / libencius fruor

**Super cantica sermone
vicesimo primo**

Quam pauci o domine post
te ire volunt Cum tamen
ad te pervenire nemo sit qui
nolit Hoc scientibus cunctis
quia delectaciones in dextera
tua usque in finem / et propterea
volunt omnes te frui / at non
ita et imitari / conregnare
cupiunt / sed non compati / non cu-
rant querere quem tamen desiderant

r

irracrinire/ cupientes consequi sed non sequi **De iusticia in sermone de septem columpnis Cam xxxiij**

Iusticia virtus est que quod suum est unicuique tribuit Tribue ergo tribus que sua sunt/ redde superiori/ redde inferiori/ redde equali cuique quod debes Redde inquam reverenciam prelato/ et obedienciam quarum altera cordis/ altera corporis est Nec enim sufficit/ exterius obtemperare maioribus nostris/ nisi ex intimo cordis affectu sublimiter senciamus de hiis Sunt et fratribus nostris inter quos vivimus ipso iure fraternitatis et societatis humane consilii sumus/ et auxilii debitores Hec enim volumus ut et ipsi nobis impendant/ consilium quo erudiatur ignorantia nostra/ auxilium quo iuvetur infirmitas nostra Sed nullum ego consilium arbitror quam si ad tuo fratrem tuum docere studeas que oporteat/ et que non oporteat fieri/ provocas eum ad meliora/ et consulens non verbo neque lingua/ sed opere et veritate An vero volunt et efficacius auxilium aliquod est/ quam ut ores devote pro eo/ ut non dissimules redarguere culpas ~~eius~~/ ut nullum ei offendiculum ponas et solicite sis tantum quantum valeas tamquam angelus pacis de regno dei scandala tolle et occasiones scandalorum penitus remove Sed et ei tamquam frater consiliarium et auxiliarium ~~[illegible]~~ exhibes reddis ei quod debes Nec hoc unde adversum te causetur Porro si cui forte prelatus es/ huic sine dubio teneris debitor solicitudinis amplioris Exigit ipse a te custodiam et disciplinam Custodiam quidem ut possit cavere peccatum/ disciplinam vero ut quod minus cavit/ minime maneat impunitum Et si neminem sentis preesse videaris habes tamen sub te cui custodiam et disciplinam oportet exhiberi Spiritu autem corpus tuum quod sine dubio regendum accepit spiritus tuus/ debes ei custodiam ut non regnet in eo peccatum/ nec membra tua arma fiant iniquitati Debes et disciplinam ut dignos faciat penitencie fructus castigatum et subditum servituti/ longe tamen graviori et periculosiori debito tenentur astricti qui pro multis animabus redditurum sunt racionem **In sermone de Epyphania domini**

Est autem iusticia quedam stricta et angusta nimis nec proponere se equali nec equare preposito Huius diffinicio est reddere cuique quod

suum est. Altera latior et amplior iusticia, nec equare se pari, nec inferiori preponere. Sic enim grandis et grauis superbia est preferre se equali, aut equare prelato, ita magne humilitatis est inferiorem se exhibere equali aut equalem inferiori. Magna et plena est iusticia, inferiorem exhibere etiam ipsi inferiori. Sic enim summa et intollerabilis est superbia superiori se preponere, ita inferiori se subdere summa et plena iusticia est. Studeamus obsecro adimplere omnem iusticiam. Ipsa est enim via per quam ad leticiam venitur. Nam leticia premium est iusticia vero meritum et materia

De misericordia in Epistola ad Guydonem Triumfontium Abbatem Capitulo xxiiii

Misericordia affectio est que nec voluntate cohercetur, nec racioni subicitur, quando non eam quisque in se pertraxit voluntate mota, sed ipsa pias mentes ad compassionem dolencium necessario cogit affectu, ita ut etiam si peccatum esset misereri et si nollem vellem non possem misereri. Potest quidem racio vel voluntas affectui effectum subtrahere. Sed nunquam ipsum affectum evellere

In Epistola secunda ad Carthusiensem

Iusticia meritum querit, misericordia miseriam intuetur. Vera misericordia non iudicat sed afficit, non intuetur discussione occasione contenta. Non enim expectatur racio, ubi affectio cogit.

In Epistola ad abbatem Reynaldi de Fumato

Deus siquidem quam sepe vasa? affecit caritas sui iuris esse non sinitur, affectat que nescit, dolet que non oportet, sollicitatur plusquam vult et unde voluerit compatitur nolens, miseretur in vita

In sermone de duplici adventu

Sunt quidam misericordes de hiis que ad ipsos non pertinent, qui scandalizantur quod non datur hominibus habundancie, sic tamen ut ipsi, nec in modico quidem, graventur. Qui si misericordes essent, de suo facere misericordiam deberent. Si non possent de aliena substancia, de voluntate bona darent hiis qui forte contra eos peccata videntur indulgenciam, darent dulce signum omni boni, quod est supra optimum datum, ut eorum mentes ad penitenciam provocarent. Denique et hiis et omnibus quos in peccato esse cognoscerent, compassionem impenderent et oracionem. Alioquin misericordia illorum nulla est et miseriam nullam consequentur

De correpcion In sermone
de Natiuitate sancti Johannis
Baptiste cap[itulum] xxv

Arguere et increpare necesse
est Ferueat ergo in nobis
amor iusticie odium iniquitatis
Nemo fratris vicia palpet peccata
dissimulet Nemo dicat Numquid
custos fratris mei sum ego Quod
est consentire / silere cum arguere
posset / et scimus quod similis
pena facientes maneat et
consencientes In Epistola ad
Sigerum abbatem sancti
Dyonisij

Blanda sed periculosa laq[ueum]
tum laudatur peccator in
desiderijs anime sue Iustus
corripit in misericordia / peccator adulatur
in impietate / ille ut curet / iste
ut occultet quod erat curand[um]
Dum carpuntur vicia et inde
scandalum oritur / ipse sibi causa
scandali est / qui fecit quod argui
debeat / non ille qui arguit
Super Cantica Sermone
Quadragesimo quarto

Inest nature si peccato non absolescat grata et egregia suauitas / ut molliorem magis
ad compaciendum peccantibus quam
ad indignandum asperiorem sese
senciat / Alterum si peccanti homini
homo peccator minime indignatur
sed magis ei pium exhibet
compassionis affectum / Scimus
...
scimus unde venit Ex con
sideracione namque sui ipsius
cuique convenit mansuetum esse
ad omnes / dum homo ut pie
condescendere sciat preoccupatis
in peccato / consideret seipsum / ne
et ipse temptetur / Hinc denique
amor proximi radicem trahit
Unde insistit fraterna dilectio

Ex intimis sane humanis
affectibus primordia
ducit sui ortus fraterna di
lectio / et de insita homini ad
seipsum naturali quadam dulce
dine / tamquam humore terreno
sumit procul dubio vegetacionem
et vim / per quam spirante
gracia desuper / fructus
parturit pietatis / ut quod sibi
naturaliter commodum appetit nature
consorti / id est alteri homini iure
quodam humanitatis ubi po
tuerit et oportuerit / ne existi
met denegandum / sed sponte
ac libens impertiat Verum car
nales concupiscencie in nobis
decorem nature fedant mer[i]
turis et sollicitudinibus lace
rant / socialis gracie suauitatem
exterminant / Nos ergo dum satis
facere singulariter volumus / hec
nos socialis ac primis sin
gulari suauitate priuamus
quod in commune dulcius possidetur

quod participacione non minuitur partitione non amittitur natura ad indignandum quam ad compaciendum sit pacior. Unde hic tamquam omnis creatus homo in quo volt sibi cum opus habet ab hominibus subveniri non volt ipse hominibus opus habentibus subvenire. Magis aut indicat seu irridet hic homines delinquentes peccatores non considerans semetipsum ne et ipse temptetur.

De benivolencia in epistola ad Gerhardum de portis capitulum xxvi

Libens et invitus prodo quam scimus sperantibus grandia, modica minus grata venire solent, qui autem inde venit gratum predial est non datum. Precio quidem dare quam accipere beatius esse. Sed si decet quod datum honestum est, accipienti utile, sit facta factis compensare oportet. Et rebus pauper sum et viribus equo hoc ergo beneficia, vobisque quia non possum desideriis dives sum affectibus habundo. Et verus beneficus amplius non requirit. Nam quomodo beneficus qui non et benivolus sit porro et benivolus nil sibi caritatis ipse existimat benivolenciam, qua et benivolus nominatur et beneficus est. Denique benivolencia fructus est beneficii, nisi quis forte beneficium putet quod precio emerit, aut timore dimiserit. Quis non videat hoc relictum illud venditum, neutrum datum oportet. aut beneficium ut re sit esse gratuitum. Dari itaque rependi quicquam gracius ab accipiente non potest, quam si gratum habuit quod gratis accepit. Et hec benivolencia creat de benivolencia datis in animo accipientis. Beneficio quidem intuemente, hac me fateor locupletem, hac de corde plenam dignam profecto offero remuneracionem meo benefactori. Hac devotus ymolo sacrificium laudis factori omnium pro salute mei benefactoris.

De perseverancia ad yanuensis capitulum xxvii

Perseverancia sola virtutum coronatur, perseverancia sola meretur viris gloriam corona virtutibus. Prorsus absque perseverancia nec qui pugnat victoriam, nec palmam victor consequetur. Vigor virium virtutum consumacio est nutrix ad meritum mediatrix ad premium

soror est paciencie constantie filia amica pacis amiciciarum nodus vnanimitatis vinculum propugnaculum sanctitatis Tolle perseueranciam nec obsequium mercedem habet nec beneficium gratiam nec laudem fortitudo Denique non qui cepit sed qui perseuerauerit usque in finem hic saluus erit Si cautela samson Si salomonis deuocio perseueranciam retinuisset nec ille prostratus eneruaretur sapiencia nec ille viribus Hoc summe honestatis insigne hec tocius probitatis unicam fidam quam custodem custodiri firmiter opto De testimonio consciencie in v° libro de consideracione capitulum xxvij

Perfecta cuique et absoluta excusacio testimonium consciencie sue Volo glorieris testimonio consciencie sed non minus ut eodem ipso [illegible] humilieris Rara vox nichil michi conscius sum Caucior in bonis ambulas si et mala non lateant Quamobrem nouis te ut vitare angustias que non desistunt fluctuans consciencie bone magis autem ut scias quid desit tibi Nam cui non desit sibi Omnia illi desunt qui nichil

sibi deesse putat Super cantica sermone lxxxj

Nichil hac luce clarius nichil gloriosius glorificatur testimonio cum veritas in mente fulget et mens in veritate se videt Sed qualem pudicam verecundiam pauidam circumspectam nichil penitus admittentem quod euacuet gloriam consciencie attestantis in nullo conscia sibi in quo erubescat presenciam veritatis Hec plane est quod super omnia bona anime divinos allicit aspectus In sermone de annunciacione domini

Testimonium consciencie est utique cum spiritus sanctus perhibet testimonium spiritui nostro Porro hoc testimonium in tribus consistere credo De tribus in quibus consistit testimonium consciencie

Necesse est enim primo omnium credere quod remissionem peccatorum habere non possis nisi per indulgenciam dei Deinde prorsus quod nichil habere queas boni operis nisi hoc dederit ipse Postremo quod vitam eternam nullis potes operibus promereri nisi gratis illa detur et illa Quis enim potest facere mundum

de immdo conceptum semi
nisi qui solus est mundus
De operibus quoque homis cre
dimus est quod nemo ea habeat
a se ipso Nam si stare non po
tuit humana natura adhuc
integra / quanto minus potit
per se ipsam resurgere iam cor
rupta / Certum est ad suam
originem remissa quantum in
eis est tendere / in eam sese
esse partem procliviora Sic
et nos quia / de nichilo cre
ati sumus / constat quia si
in nobis ipsis relinquimur
in peccatum semper quod nichil
est / declinamus Jam enim
de vita eterna scimus / quia
non sunt condigne passiones
huius temporis ad futuram
gloriam / nec si unus / omnes
sustineat Neque enim talia sunt
hominum merita / ut propterea vita
eterna debeatur ex iure / aut
deus iniuriam aliquam faceret
si eam non donaret Nam ut
taceam / quod merita omnia / dei
sunt dona / et ita homo magis
propter ipsa / deo debitor est / quam
deus homini / quid sunt omnia
merita ad tantam gloriam Denique
si credis peccata tua / non posse
deleri / nisi ab eo cui soli pe

ccasti / et in quem peccatum non cadit
bene facis / Sed adde adhuc
ut et hoc credas / quia per ipsum
tibi peccata tua condonantur / Hoc
est testimonium quod perhibet de
corde nostro spiritus sanctus dicens
Dimissa sunt tibi peccata tua De
de meritis quoque si credis non
posse haberi / nisi per ipsum / non
sufficit / donec tibi testimonium
perhibeat spiritus veritatis / quod
ea habes per illum / Sic et
de vita eterna habeas / necesse
est testimonium spiritus / quod ad
eam sis divino munere perve
nturus Ipse peccata condonat /
ipse donat merita / et premia in
cheloniis ipse redonat **De pa
ce in epistola ad Episcopos aqui
tanie Capitulum xxxix.**

Virtus in pace acquiritur
in pressura probatur / ap
probatur in victoria / Dum
usurpant homines gloriam / tur
bant pacem · Solus gloriam
qui facit mirabilia solus · Por
ro autem cum nostro genere bene agitur
si datur servi pace dei / pace cum
deo / et quidem feliciter / et quid
misericorditer / Duo nam ergo
modo · stat pax hominum coram deo
vel cum deo / si deo non potest
esse apud homines tuta gloria
sua / o stulti filii adam qui

contempnentes pacem et glo(riam)
appetentes et pacem perdunt
et gloriam Sup(er) Cantica
sermone xiij

Gloriam meam inq(ui)t d(omi)n(u)s
alteri non dabo Quid ergo
dabis nobis domine quid dabis
nobis Pacem inquit do vobis
pacem relinquo vobis Sufficit
michi gratanter accipio quod
relinquis et relinquo quod re-
tines Pace volo pace desidero
et nichil amplius Cui non
sufficit pax non sufficis tu Tu
es enim pax nostra Hec michi nichil
hoc satis est reconciliari michi
Absit ut gloriam prorsus nec sacri-
legus sim invasor glorie tue Tibi
domine tibi gloria tua maneat
illibata Bene mecum agitur
si pacem habuero In qui-
busdam sententiis

Est homo peccatus qui bona
pro bonis reddens quantum
in se est nemini vult nocere Est
alius paciens qui non reddens
mala pro malis etiam potens
est sustinere nocentem Est et
pacificus qui bona pro malis
reddens in promptu etiam habet
prodesse nocenti Primus quantum
in ipso pacem habet Secundus
pacem tenet Tercius pacem
facit Primus parvulus est

et facile scandalizatur Secundus
in paciencia possidet animam
suam Tercius multarum
animas lucrifacit In sermone
de duplici adventu

Sunt quidam qui si viderint
quempiam vel leviter
scandalizatum valde soliciti
sunt quomodo eum in pace redu-
cere possint et viderentur
pacifici nisi quod eorum commo-
cio si forte quempiam contra eos
secundum deum re viderit tardius
universis poterit difficiliusque
sedari Qui inimicum si vere
pacem diligerent haut dubium
quin eam quererent sibi ipsis
Sup(er) Cantica sermone
vicesimo nono

Pax ergo nobis a nobis
sit et omne quod extrinsecus
minari videtur non terret quia
non nocet Nam econtrario quicquid
foris blandiri appareat nulla
est prorsus consolacio si intus
quod absit seminarium discor-
die germinavit De contemptu
mundi in epistola ad Sophiam
virginem Capitulum quadragesimum

Fallax michi gloria digne
respuitur flos feni est
vapor ad modicum parens
Hec eius qualiscumque status
nomine plus anxietatis cum

iocunditatis habet dum re-
ditas cum defendis cum invi-
des dum suspicatis dum
semper ambis que non habes
et non illis adeptis acqui-
rendi ardor non minuitur quia
requies in gloria tua. Et qua
tamen est preterit iocunditas
non reditura et manet an-
xietas non relictura. Cetera
videas eas quam plurimos
non apprehendere contenere
per paucos. Cur hoc propterea
quia vanitas multorum est
virtus paucorum. In epistola
ad thomam prepositum
de Beuerla

O stultum negotium quod solos tuos
sit soles beare amicos
ut dei facias inimicos conse-
quenter et indignos consortio
beatorum Plane enim qui amicus
volt esse huius inimicus dei
constituetur amicus itaque mundi
excluditur a consilio amicorum dei

In epistola ad patrem He-
lie

Gustato spiritu necesse est
desipere carnem. Affe-
ctanti celestia terrena non
sapiunt. Eternis inhianti fasti-
dio sunt transitoria. In ser-
mone de sancto Clemente

Omnis enim delectacio huius
mundi vniuersa eius gloria
quicquid denique in eo concupiscit
prorsus modicum est in illius
felicitatis in illius beatitudinis
comparatione si tamen vel modicum
dici debet et non potius nichilum

In sermone de dupplici ad-
ventu

Filij adam genus avarum
et ambiciosum audite
Quid vobis et terrenis divicijs
et gloria temporali que nec vere
sunt nec vere divicie sunt
vere divicie non opes sunt sed
virtutes quas secum consciencia
portat ut in perpetuum dives fiat

In quibusdam
sentenciis

Ucta minimum mundialium
Abbreviatas et ipsius quoque
brevitatis finis incertus Ter-
rene namque divicie sepe viuen-
tem deserunt Nam morientem
nec caro sequuntur In
sermone de vigilia domini

Utilis est et ad nichilum
utilis mundialis conso-
lacio et quod magis est metu-
endum et vere ac salubris
consolacionis est impedimentum
Quid enim hoc nisi labor
et dolor et afflictio spiritus
Comedere appetis quod fames
te cruciat Vtrumque labor
est Sed quia fames grauior
est comedere nescis de labore

Demqz postquam satietas fames
depulsa fuerit / inde si non cui
duas comedere qm esurire
Sic se hnt xmusa sub sole
ut nil sit in eis vere iocund
sed ab uno semp velit ad aliud
homo sola qz vicissitudine rele
vetur Omne siquidem laboris
remediu alterius laboris inicium
est Nemo in hoc sclo nequaqz
quod volt hre potest Cunqz
nec iustus iusticia sua saciat
nec voluptuosus voluptate
nec cuositate curiosus / nec
ambiciosus inani gla De aute
hys qui vanam glam et tra
sitoriam querut leticiam Cu
en de transitoryis querunt
leticiam no potit no transire
transeuntibus hys de quibus
erat Sicut en lignis defici
entibus / ignis deficit Sic mudi
transit et concupiscencia eius
Haut dubiu cum leticiam qz
videat seclaris aia / videat
et intelligat quoniam exima
gaudy luctus occupat / Hic
est en transitorie letitie finis
hic fructus gle temporalis
De solitaria vita Super
cant finde xl cap xxxi
O o sancta aia sola esto
Out soli om serves teipsa
quem ex omnibus tibi elegisti
Fuge publicam / fuge dome
sticos secede ab amicis et
intimis / nichil tibi et turbis
nichil cum multitudine ceteror
Ipm obliuiscere pplm tuu et domu
pris tui / et concupiscet rex
decorem tuu Secede ergo sed
mente non corpe / sed intencon
sed deuocon / sed spu / deus em
spus requirit no corporis solitudie
Quemquam et corpe interd
no ociose te sepas si tamen
oportune potes presertim in
tempore orationis Ceterum sola
tibi indicat mentis solitudo et
spus Solus es si no coia
cogitas / si no affectas presencia
si despicias quod mlti suscipi
unt / si fastidias quod omes
desiderant si iurgia devites
si dampna no sencias / si non
recorderis iniuriarum Alioqn
nec si solus corpe es / solus
es / Solus es in quacumqz
hoim verseris frequencia cau
Caue aliene conuersationis esse
aut curiosus explorator / aut
temerarius iudex Etiam si
prauam actum qi deprehendas
nec sic iudices proximu / magis
autem excusa intencionem si opus
non potes / puta ignoranciam
puta subrepcionem / puta casu
Qz si omem omio dissimu
lacom rei certitudo recusat

suadere Nichilominus tibi ipse
et dicito apud temetipsum
vehemens fuit nimis tem-
tatio Quid de me illa
fecisset si attigisset in me
similiter potestatem **De
mediatrice passione
In quibusdam sermoni-
bus Cant xxxxj**

O quam indebita miseratio / quam gratuita di-
lectio / quam inopinata dignatio quam
stupenda dulcedo / quam invicta
mansuetudo · regem glorie
pro despicatissimo vermiculo
crucifigi Quis audivit unquam
tale / aut quis vidit huic
simile Vix enim pro iusto
quis moritur / ipse pro inimicis
et pro iniustis mortuus est
eligens exulare a celis / ut
nos reportaret ad celos Amicus
dulcis consiliarius prudens
adiutor fortis **In sermone
de passione domini**

Proinde memor ero quam
diu vixero laborum illo-
rum / quos pertulit predicando
fatigacionum in discurrendo tem-
ptacionum in ieiunando / et vi-
giliarum in orando / et lacrimarum
in compaciendo Recordabor
etiam dolorum eius convitiorum
sputorum colaphorum subsanna-
cionum exprobracionum clavorum

horumque similium que per eum
et super eum habundantius transiit
Sup cantica sermone xliij

Hec meditari dixi sapientiam
in his iusticie michi per-
fectionem constitui · plenitudinem scientie
divitias salutis / copias meritorum
Hec me erigunt in adversis / in
prosperis reprimunt / et inter leta
tristiaque vite presentis via regia
incedenti / tutum prebent duca-
tum / hinc inde mala
imminentia propulsando / Hec michi
conciliant iudicem mundi Dum tre-
mendum potestatibus mitem
humilemque figurant Dum placa-
bilem imitabilem que representant
eum / qui inaccessibilis est prin-
cipibus / terribilis apud reges
terre Propterea hec michi in
ore frequenter / in corde semper
Hec mea sublimior philoso-
phia scire xpm ihm in hunc
crucifixum **Sup can sermo-
ne Quadragesimo primo**

Columba mea ait in
foraminibus petre Fo-
ramina petre vulnera xpi / quod
nam bene in petra In petra
exaltatus / in petra securus
in petra firmiter sto / Secura
ab hoste / fortis a casu et
hoc quoniam exaltata a terra
Anceps est enim et caducum
omne terrenum Conversacio mea

in celis sit et nec cadere nec
ruinam formidamus In celis petra
in illa firmitas atque securitas et
et tenera ubi tuta firmaque in-
mis requies est nisi in vulneribus
salvatoris Tanto illic securior
habito quanto ille potencior est
ad servandum Fremit mundus premit
corpus dyabolus insidiatur non cado
fundatus enim sum supra firmam
petram Peccavi peccatum grande
turbabitur consciencia mea sed non per-
turbabitur quoniam vulnerum domini re-
cordor Quid enim tam efficax
ad curanda consciencie vulnera necnon
ad purgandam mentis aciem quam
Christi vulnerum sedula meditacio
Quid tam ad mortem quod non
Christi morte saluetur Si ergo in mentem
venit tam potens tam efficax
medicamentum nulla iam morbi
possum malignitate terreri Fidenter
quod ex me michi deest usurpo
michi ex visceribus domini quoniam
misericordia affluunt nec desunt fora-
mina per que effluant Patet
archanum cordis per foramina cor-
poris patet illud magnum pietatis
sacramentum Patent viscera misericordie
dei nostri in quibus visitavit
nos oriens ex alto De de-
vocione in sermone de na-
tali domini tamen circum-
cisionis domini

Quererat devocionis graciam
quisquis seminavit bonorum
operum semina ut bona opera
fervore devocionis et dulcedine
spirituali condiantur Nimirum prime
opera et labores abstinencie
devocionis gracia necesse est impin-
guari Oportet enim ut nos
maxime in hylaritate omnia
faciamus Omnes nobis causam
deesse graciam Sed iustius for-
sitan ipsa sibi queritur deesse
nonnullos Nempe res cordis
est gracia devocionis quam quecumque
ut hoc munere ipse se fraudet
qui interdum ei dissimulat re-
ceptaculum exhibere In ser-
mone de ascensione domini

Omnes ni fallor qui fide-
les sunt querimus
intellectu fidei et iudicio racionis
sed non eque forsitan Cupidi-
tates omnes que sursum sunt tamquam
in estate hyems que sunt super
terram violento quodam preiudicio
affectionis Inde enim arbitror
tanta diversitas et dissimili-
tas studiorum conversacionis
dissimilitudo Unde spiritualis gracie
inopia tanta quibusdam cum
aliis copia tanta exuberet Pro-
fecto nec avarus nec inops
est gracie distributor sed ubi va-
cua desunt oleum stare necesse
est Preoccupatum namque secula-
ribus desideriis animum delectacio
sancta declinet nec misceri
poterunt vera vanis eterna
caducis spiritualia corporalibus

siriama yrinis ut prius sapias
que sursum sunt et que
super terram ~~De laude di~~ *In fine capituli*
~~uina sup cantica simo~~
~~ne octauo ca^m xliiij~~
Renuat consolari anima
Rea in aliis si vis in
dei memoria delectari Preciosa
siquidem diuina consolacio est
nec omino tribuitur admittentibus
alienam Cuius mens ad
alias consolaciones inclinat et
non penitus renuit in caducis
et transitoriis consolari ipse
sibi profecto subtrahit celestis
graciam consolacionis Errat
omnino siquis celestem illam
dulcedinem huic cineri dentibus
illud balsamum huic veneno
tarismata illa spiritus misceri
posse huiusmodi illecebris arbitratur
Non amat vitas angelos non
ei diuersoria placent in medio
stat disciplina communi vita co
mmuni communibus studiis dele
ctatur putas te posse illum
mercarissimum spiritum suscipere misce
tarneis istis consolacionibus
studiosius renunciauis Reuera
enim in temporis tristicia imple
bit cor tuum sed si perseueraueris
tristicia tua conuertetur in gaudium
Tunc enim purgabit affectus
et voluntas renouabitur ut
omnia que prius difficilia immo
impossibilia videbantur cum

multa perurantur dulcedine et
auiditate Beati qui tales sunt
quia non solum male non senciunt
sed in mira quadam cordis dele
ctacione commorantur **De laude
diuina sup cantica simo
ne Octauo Ca^m xliiij**
Operibus in ore psalmus in
corde sapit **In medi
tacionibus sr^a ciiij sce vij**
Parum prodest sola vo
ce cantare sine cordis
intencione Deus enim cui nil abscon
ditur quicquid illicitum procedit
non querit vocis leuitatem sed
cordis puritatem Psallentibus
dignantur admisceri sancti angeli
solent Ecce pater attendite ange
los cum statis ad orandum et
psallendum et state cum reuerencia
et disciplina Dimittit missi in mini
sterium propter nos qui hereditatem ca
pimus salutis deuocionem nostram
ferunt in superna referunt graciam
consuperimus officium quorum sortitum
consorcium laudem cum celis ca
tatoribus in commune ducentes ut
vere ciues sanctorum et domesti
ci dei **Sup cant sce sexto**
Hoc enim bonum est cum post
Ntelerandos vite prius la
bores qui vadit tollerabiliores
sunt exultacionibus in laude dei
Nimirum nichil ita propie quedam
tris representat celestis habitacionis
statum sicut alacritas laudancium deum

In epla ad Sigerum abbatem sancti Dyonisii

O si quis habet oculos
apertos videret qua cauta
quo ve tripudio intersunt can
tantibus / assunt orantibus
insunt meditantibus / supersunt quie
scentibus / ordinantibus et procu
rantibus presunt. Agnoscunt
nimirum in superne pietatis cives
suos / et pro hiis qui hereditatem
capiunt salutis / solicita congaudet
confortant instruunt et protegunt
providentque omnibus / omnes in
omnibus. Super Cantica sermone xlvii

Unde vos moneo dilectissimi
pure et strenue semper
interesse divinis laudibus. De
duobus que observanda in
psalmodia sunt

Strenue quidem ut sicut
reverenter ita et alacriter
domino assistatis / non pigri non
sompnolenti / non oscitantes / non par
centes vocibus / non precidentes
verba dimidia / non integra tran
silientes / non fractis et remissis
vocibus muliebre quid balba
donare sonantes / sed virili ut
dignum est sonitu et affectu vo
ces sancti spiritus depromentes
pure vero ut nil aliud dum psal
litis quam quod psallitis cogitetis
nec solas vitandas cogitaciones
vanas et ociosas / vitande sunt
et ille / illa duntaxat hora / et
illo loco / quas officiales fratres
pro communi necessitate quasi necessario
frequenter admittere compellunt.
Sed nec illa quidem profecto
recipe / tunc consulenti que forte
pauloante in claustro sedentes
in codicibus legeratis. Salubria
nunc sunt illa salubriter inter
psallendum revolutis. Spiritus
enim sanctus illa hora gratum
non recipit / quicquid aliud quam
debes neglecto eo quod de
bes obtulisti. De consi
deracione in secundo libro
de consideracione capitulo xlv

Pietas est vacare conside
racioni. Consideracio autem
sic diffiniri potest intensa ad
vestigandum cogitacio / vel intencio
animi vestigantis verum
In primo libro de consideracione

Si quod vivis et sapis
totum das actioni conside
racioni / nichil laudo te in hoc
non laudo. Certe nec ipsi
actioni expedit consideracione
non preveniri. Et primum quidem
ipsam mentem de qua oritur
purificat consideracio. Deinde
regit affectus / dirigit actus
corrigit excessus / componit
mores vitam honestat / et
ordinat. Confusa discrimi
nat / hiancia cogit / sparsa
colligit / secreta rimatur
vera vestigat / verisimilia.

examinatur / ficta et fucata
explorat / agenda preordinat
acta recogitat / ut nichil in
mente resideat / aut incorre
ctum / aut correctione egens
Hec est que in prosperis adu
sa presentit / in adversis quasi
non sentit Quorum alterum
fortitudinis / alterum prudencie
est Hec item est que inter
voluptates et necessitates media
quasi quidam arbiter sedens
utrimque certis limitibus discri
minat fines utris assignans
et prebens / quod satis est
illis quod nimis est demens
et sic ex altutro formans
terciam virtutem quam dicunt
temperanciam Ex quatuor
principalibus virtutibus
necessaria est consideracio

Nempe intemperantem ipsa
consideracio censet / tam
eum qui necessariis pertinaciter
demit / quam qui indulget sup
fluis Non est enim temperancia
in solis resecandis superfluis
est et in admittendis necessariis
Item et de iusticia que una
ex quatuor est Nonne constat
consideracionem mentem premu
nire ut se formet in ea Sit enim
necesse prius cogitet / ut ex se
normam ducat iusticie / nec fa

ciat alteri / quod sibi fieri
nolit / nec quod sibi fieri velit
negaturus In his nempe duobus
liquet integritatem esse iusticie statum

In 2° libro de consideracione

A te tua consideracio inchoe
at / ne frustra extendaris
in alia te neglecto Quid tibi
prodest si universum mundum lucreris
te unum perdens / et si sapiens
sis deest tibi ad sapientiam si tibi
non fueris Quantum vero
ut quidem sentio ego totum
Noveris licet omnia misteria / noveris
lata terre / alta celi profunda
maris / si te nescieris eris similis
edificanti sine fundamento / ruinam
non structuram faciens Quicquid
extruxeris extra te erit / instar congesti
pulveris ventis obnoxium
Non est ergo sapiens qui sibi
non est Sapiens sibi sapiens
erit Sic te ab inde incipiat
consideracio tua / non solum autem
et in te finiatur Quocumque
evagatur ad te revocaveris eam
cum salutis fructu Tuique se
consideracioni offerat / quod non
modo / quoque ad tuam ipsius sa
lutem pertineat respuendum De con

templacione in 2° libro
de consideracione Capitulum xlv

Contemplacio quidem sic
diffiniri potest verus
certus quod intuitus animi de

quacumque re sine apprehensio veri non dubia. **Super Cantica sermone xlii.**

Duo sunt contemplationis genera, unum de statu et felicitate et gloria civitatis superne, quo vel actu vel ocio ingens illa celestium civium occupata sit multitudo, alterum de regis ipsius maiestate divinitate. **De duobus generibus excessus contemplationis**

Non ex omni interim adhuc parte ad intuendum deum accedere eciam potest, neque enim omnium est qui in ecclesia sunt sacramenta divine voluntatis inspicere aut apprehendere per semetipsos profunda dei. Perfecti quidem rimari et penetrare archana sapiencie et puritate consciencie audent et intelligencie acumine possunt. Se reliquis qui in deum intendere non sufficiunt aut non presumunt contenti sint vel gloriam stacionis mente intueri licebit itaque unicuique nostrum tempore nostre mortalitatis nunc quidem patriarchas revisere, nunc vero salutare prophetas, nunc senatui inseri apostolorum, nunc martirum inseri choris, aut beatarum virtutum status et mansiones a minimo angelo usque ad cherubim et seraphim tota mentis alacritate percurrendo lustrare prout quemque sua devocio queret. **Ad site ire devocionis libenter intendere**

Apud quos magis afficitur si steterit et pulsaverit confestim aperietur ei, quia favorabili quadam pietate mentis se votis libenter inclinant sancti et ad tactum nostre devotionis in sua nos recipiunt viscera quociens ad eos digna intencione pulsamus. **In sermone de ascensione in diversis ascensionibus**

Felix cuius meditacio in conspectu domini semper est, qui in corde suo delectationes dextere domini usque in finem sedula cogitatione revolvit. Quid enim illi grave poterit videri, qui semper mente tractat quod non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam. Quid concupiscere poterit in seculo nequam, cuius oculus semper videt bona domini in terra viventium, semper videt eterna premia. **In quinto libro de consideratione**

Quid mihi videatur ibi cor dei, quid mihi ibi prodetur que sit voluntas dei bona et beneplacens et perfecta. Bona in se, placens in effectibus, bene placens fruentibus, perfecta perfectis et nil ultra querentibus. **In epistola ad sanctimoniales**

Et reuera illud verum et soli est gaudium quod non de creatura, sed de creatore concipitur cui comparata omnis aliunde io cunditas meror est, omnis suauitas dolor est, omne dulce amarum, omne decorum fedum, omne postremo quicquid aliud delectari possit molestum

Super cantica sermone xli

Felix mens que gloriam sanctorum frequenter contemplari studuit sed que deum solitor, licet quidem intendit et in deum, sed ad hoc puriore mentis acie opus est, et vehemenciori omnino intencione etiam et minus potioribus scitur

In quibusdam sententiis

Hy qui soli deo vacant considerantes quid sit deus in mundo, quid in hominibus quid in angelis, quid in seipso quid in reprobis contemplatur quia deus est mundi rector et gubernator hominum liberator et adiutor, angelorum sapor et decor, in seipso principium, et finis reproborum terror et horror. In creaturis mirabilis in hominibus amabilis in angelis desiderabilis in semetipso incomprehensibilis, in reprobis intollerabilis

De laude superne ciuitatis in sermone xlix capitulum quadragesimum septimum

Jerusalem ciuitas regis magni qui ex adipe frumenti saciat te, et quam fluminis impetus letificat, nec pondus nec mensura, sed sacietas est apud te, et affluentia summa, mira serenitas, plena suauitas, eterna securitas. Iam non est timor in finibus tuis, quia posuit dominus fines tuos pacem, nusquam inimicus intrat, nullus exit aliquis nulle ibi temptaciones, nulla ibi sese cogitacionum turma confundit, quia ille qui idem est, omnia in identitate consolidat atque coniungit. In sermone de aduentu

Nulla iam tunc temptanda facultas inquietandi, nulla libertas nocendi, nulla possibilitas voluntatis dei, nulla erit transgressio. In sermone de ieiunio ~~de aspectu de intellectu et~~ affectu

Ubi inimicus nobis in nobis et felix securitas et secura felicitas, atque omnimode perfecta iocunditas, ut sit nobis cum deo una voluntas, et quecumque ei placent, placeant

et nobis

In sermone de ascensione de intellectu et affectu

Ubi purissime lucem purissimis oculis intuebimur, ubi omnes bonum et intelligunt et requirunt intellectu perspicacissimi et affectu paratissimi ad audiendam vocem sermonum dei

Super psalmum xc Qui habitat versu decimo

Vita eterna ipsa est plenitudo, ipsa longitudo dierum, verus dies qui non cognovit occasum, plenus meridies, vere glorie plenitudo, eterna vita, vera eternitas, vera eternaque societas. Sicque non longitudinitas illa, nec claritas illa occasum, nec societas illa fastidium habet. Erit enim securitas de eternitate, de eternitate gloriatio, de veritate exultatio, de sacietate

In sermone de omnibus sanctis

O vere et felix gloriosa societas, o summum convivium, o desiderabiles epule, ubi nimirum anxietas nulla, nullum poterit esse fastidium, sm̃ societas summa, et summum inerit desiderium

Super cantica sermone xxxiii

O vere meridies plenitudo fervoris et lucis, solis statio, umbrarum exterminatio, desiccatio paludum, fetorum depulsio. O perhenne solsticium, o lucem meridianam, o vernalis temperies, estiva venustas, o autumnalis ubertas, o quies et feriatio hyemalis, tuta habitatio paradisi. Dulce pabulum deus, opulenta nimis eternitas. Nichil ibi formidatur, nichil fastiditur, nil deficit. Festinemus proinde filii, festinemus ad locum tuciorem, ad pastum suaviorem, ut habitemus sine metu, habundemus sine defectu, epulemur sine fastidio. O quid nobis illic erit gaudii cum sine timore et periculo, sine nota et tedio, sine suspicione et vicio habitabimus. Illic nos amabimus sine ind vidabimus sine termino, collaudabimus sine malo, pleni laude et iubilo, pleni gloria, pleni deo. Tunc non erit suspicioni locus, quia tunc omnia in omnibus erit deus

In meditacionibus

Sit tamen deo beatus erit in cuius conscientia peccatum inventum non fuerit, videbit eum ad voluntatem, habebit ad

voluptatem fruetur ad iocun
ditatem in eternitate vigebit
in veritate fulgebit in bonitate
gaudebit Sic habebit permane
di eternitatem sic cognoscendi
facilitatem et requiescendi feli
citatem Cuius erit siquidem
illius sancte Civitatis cuius
angeli sunt cives deus pater templum
filius eius splendor spiritus sanctus
caritas O civitas celestis man
sio secura patria totum continens
quod delectat populus sine mur
mure mole quieta homines
nullam indulgenciam habentes
Quam gloriosa dicta sunt
de civitate sic letancium omnium
habitatio est inter omnes le
tantur in leticia et exultacione
Omnes delectantur de deo cuius
aspectus pius facies decora
eloquium dulce delectabilis
est ad videndum suavis ad
habendum dulcis ad per
fruendum Ipse per se placat
et propter se sufficit ad nichil
sufficit ad premium nec extra illum
quisquam quiritur quia in illo inve
nitur quicquid desideratur Semper libet
illum aspicere semper habere semper
in illo delectari et illo per
frui In illo clarificatur intel
lectus et purificatur affectus
ad cognoscendum et diligendum
veritatem et hoc est totum
bonum hominis nosse et adire
creatorem suum Patrem
namque et filium cum sancto
spiritu cognoscere vita eterna
est beatitudo perfecta summa
voluptas Oculus non vidit
nec auris audivit nec
in cor hominis ascendit quan
ta claritas quanta suavi
tas et quanta iocunditas
maneat nos in illa vi
sione quando deum facie
ad faciem videbimus qui
est lux illuminatorum requies
exercitatorum patria redeuncium
vita viventium corona vin
cencium

De premio eterno In meditacionibus per diversa loca extractum

Premium est videre deum
vivere cum deo esse
cum deo esse in deo
qui erit omnia in omnibus
habere deum qui est summum
bonum ubi est felicitas
summa summa iocunditas
vera libertas perfecta cari
tas eterna securitas et
secura eternitas Ibi est
vera leticia plena sciencia
omnis pulcritudo et omnis
beatitudo est ibi pax pi
etas bonitas lux virtus

honestas gaudia leticie dul
cedo vite perhennis gloria laus
requies amor et concordia
dulcis Curare ergo nos
cogit vesania vecordie sitire
absinthium hominis mundi sequi
naufragium vite labentis pati
infortunium impie crassitudinis
ferre dominium et non magis
convolare ad sanctorum felicita
tem ad angelorum societatem
ad sollempnem superne leticie
ad iocunditatem contempla
tive vite ut possimus intrare
in potencias domini et videre
superhabundantes divicias
illas bonitatis eius Ibi va
cabimus et videbimus quam
dulcis est dominus et quam
magna multitudo dulcedinis
eius videbimus gloriam decorem
sanctorum splendorem et regie
potestatis honorem Cognoscemus
patris potenciam filii sapienciam
spiritus sancti benignissimam clemen
ciam et ita habebimus noti
ciam illius summe trinitatis Nunc
corpora per corpus videmus yma
gines eciam corporum spiritus
cernimus tunc vero ipsam
veritatem puro mentis intuitu
videbimus O quam beata visio
videre deum in semetipso vide
re in nobis et nos in eo felix

iocunditate ubi quicquid desi
deramus totum habebimus
nichil amplius desiderantes
Et quicquid videbimus habebimus
ipso amore dei beati dulcedine
amoris et suavitate contempla
cionis Hec erit summa felicitas
illius quoniam intelligetur in suo
puro esse sincera divinitas
comprehendetur non incomprehen
sibili eternitas patebit archana
divinitatis videbitur et amabitur
deus Et hec visio et delectacio
totum cor hominis replens et
sacians tota erit illius beatitudinis
consumacio Una erit omnium lin
gwa iubilacio indefessa omnis
affectus amor eternus patebit
veritas implebit caritas et
erit integra corporis et anime
sacietas fulgebit sicut sol hu
manitas glorificata quieta et
et concors carnis et spiritus sa
nitas angelorum et hominum
Una erit gaudium una collo
quium unum convivium non lan
guebit amor non liquefiet di
leccio pro illius omnibus bonis
nulla erit dilacionis afflictio
quia conspecta divine maiestatis presen
cia omnibus erit omnia et
in commune omnium omnipotencia po
tencia sapiencia pax et iusticia
et intelligencia Non erit in
illa pace diversitas lingwarum
sed pacifica et concors gaudia

morum et affectuum In tor
rente illius voluptatis nichil
vltra appetit cumulata tota
erit felicitas Ibi siquidem est
cumulus felicitatis supereminens
gloria et superhabundans leti
cia Illuc itaque festinare debemus
vbi semper viuemus et vbi nun
quam mori timeamus Et sic
amamus istam vitam labilem
et caducam vbi cum tanto
labore viuimus multo magis
amare debemus eternam vitam
vbi nullum laborem sustinebimus
vbi summa semper iocunditas
summa felicitas felix libertas
et felix beatitudo vbi erunt
homines similes angelis dei
et fulgebunt iusti sicut sol in
regno patris sui Qualis
putatis tunc erit splendor
animarum quando solis splen
dorem habebit lux corporum
Nulla erit ibi tristicia nulla
angustia nullus dolor nullus
timor nulla necessitas nullus
ibi labor nulla mors sed perpe
tua sanitas semper perseuerat
Non surgit ibi malicia non
carnis miseria Non erit ibi
egritudo non est ibi fames
nec sitis nec frigus nec
estus nec lassitudo ieiunij
nec vlla temptacio inimici
nec peccandi voluntas nec

delinquendi facultas sed totum
leticia totum exultacio posside
bit homines qui angelis sociati
sine vlla carnis infirmitate
impassibiles vernabunt Ibi erit
iocunditas infinita beatitudo
sempiterna in qua quod
semel adipiscitur semper tenetur
Ibi est requies a laboribus
pax ab hostibus amenitas
de nouitate securitas de et
nitate suauitas atque dulce
do de dei visione Nullus
est ibi peregrinus sed quicunque
illuc venire meruerint securi
in ipsa patria permanebunt
sed leti semper sociati de visi
one dei et quanto aliquis
fuit deo obediens tanto am
pliorem mercedem ibi recipiet
Quantumcumque ibi amplius
deum amabit tantum propius
videbit quem cernere non est
finis Explicit liber quin
tus Incipit liber sex de superbia
tus de sancto Andrea
Capitulum primum

Inicium omnis peccati et ca
tocius perdicionis superbia
est creata quisquis es qui
salutem tuam operari stu
des aduersus hanc super
capit signum crucis habere
memento et ne eleueris in
superbiam vt ne exultet cor tuum

In sermone de dauid cum psalma

Superbie vicium peccatum est maximum quod dei populo magis insultat et insurgit specialiter aduersus eos qui certa iam videntur vicia se pecta Unde cum eiusmodi animam superbia temptet quam sibi subiugauit inuidia seu tepiditas aut pigricia Unde inquam ei superbia Unde excellencia ceterorum cui a deo cetera vicia domiant ut diuiditati se ab vniuersis tamquam male sibi conscij arbitretur Quis nisi qui certa sibi iam potenti virtute vicia subiugat aduersus nequissimum superbie vicium dimittaturus accedat Grauis labor superbia hec est que non recipit disciplinam curari renuit medelam non sustinet vlcus pessimum quod nec summis saltem digitis patitur attrectari Quid intollerabilius superbia est velle dominari In quibusdam sententiis

Solos sese reputat superbi solos appetunt reputari litteratus est adit seculi astutus in negocijs secularibus nemini vellet similem inueniri Racio elacionis superbie super omnia nec est Quisquis enim altum sapit et opus eius et pacia vanum sapit nec grauiori vllus sapor aut magis contrarius est veritati Superbia inpacia comitatur Elatum enim cor durum et expers a pietatis ignarum compunctionis siccum rore gracie spiritualis Super Cant sermone xxx

Scimus autem superbis non esse partem vel societatem in sorte sanctorum In sermone sexagesimo de sex circumstanciis et

Quid tu superbis terra et cinis Superbientibus angelis non pepercit deus quanto magis tibi putredo et vermis Super Cant sermone lxiij

Nichil ille fecit nichil operatus est tantum cogitauit superbiam et in momento in ictu oculi irreparabiliter est precipitatus Quia sicut dictum est tu angelo quid de me erit terra et cinere ille in celo intumuit ego in sterquilinio Quis non tollerabiliorem in diuite superbiam quam in paupere ducat Ve michi si tam dure in potente illo animaduersum

est pro eo, quod elatum est cor illius, nec ei prosint q[uo]d cognita potentibus superbia esse dinoscitur, quid de me exigendum misero et supbo

In s[er]m[on]e de s[an]c[t]o dunstan[o]

Fugite supbiam quesso f[rat]res mei que tam velociter ip[su]m quoq[ue] cunctis sideribus clarius emicantem eterna caligine obtenebrauit luciferum, que non solum angelum sed angelorum p[r]imum in dyabolum commutauit

In alio s[er]mone

Certi estote eum qui superbis non pepercit angelis, nec hominibus parciturum, non est contrarius sibiipsi non est personarum acceptor, s[ed] talia sunt iudicia ipsius. Sola ei placet siue angelo siue in homine humilitas

In s[er]mone de vigilia domini

Dico enim vobis q[uod] omnis superbus extollitur sup[er] deum. Volt enim deus fieri voluntatem suam, et superbus volt fieri suam. Deus quidem in hiis tantum que racio[n]e p[ro]bat superbus vero, et cum racione et contra racionem

In s[er]mone de Natiuitate d[omi]ni

Elatus q[ui] in se est deum inhonoret, no[n] colit deum, sed aduersus deum extollitur, impius plane et infidelis. Quid enim pietas nisi cultus dei. Quis vero deum colit, nisi qui ei volutatie subiectus est

In sermonone de natiuitate domini

Ad quid f[rat]res, aut que necessitas fuit, ut exinaniret se humiliaret se abreuiaret se, dominus maiestatis nisi ut vos similiter faciatis. Ergo prouide studete humiliari, quia fundamentum est custosq[ue] virtutum, sectamini illa que sola potest saluare a[n]i[m]as n[ost]ras. Quid enim magis indignum

In s[er]mone de in g[e]n[er]ibus humilitate

Suspecta siquidem deo est superbia, nec fieri potest ut cum eo in g[ra]cia[m] reuertatur diuersum vero q[ue] hospicium nec in eo cohabitat, q[ui]mmo quibus non licuit cohabitare in celo. In celo nata est sed velut immemor qua inde uia deccidit, illuc postea redire non potuit

In meditacionibus

Trabes in oculo grandis et grossa, superbia est in mente, que quadam

corpulencia sui vana non
sana / tumida non solida acumen
mentis obscurat / veritatem ob
umbrat / ita si tuam occupa
uerit mentem iam tute vide
iam te qualis es vel qualis
esse potes non posse sentire
sed qualem te amas talem
te vel putas esse vel speras
fore Quid detestandum
amplius / quid grauius periculum
quam ut videns deum celi
prelium sanctorum / electa apponat
magnificare se homo super
terram Intollerabilis impuden
cie est ut vbi sese exinani
uit maiestas / vermiculus
inflammetur et intumescat

Vnde nascatur superbia Super
Cantica sermone xxxvij circa
secundum

De ignorancia sui venit
in te superbia Facit autem
superbiam parit tibi ignoran
cia tui / cum meliorem quam sis
decepta et deceptrix cogita
cio tua te esse mentitur / hec
quippe est superbia quod initium
omnis peccati cum maior es in
tuis oculis quam apud deum / quam
in veritate Si enim in quodam
statu vnumquemque nostrum habeat
deus / liquido cognosceremus
nec supra sane / nec infra

secedere deberemus / veritati
in omnibus acquiescentes / nunc
autem quia absconditum est
hoc a nobis / ita ut nemo sciat
si dignus sit amore vel odio
iustius et tutius profecto nouissi
mum locum nobis eligimus De
quo post modum cum honore superius
producamur / quam primum altiorem
Vnde cedere mox oporteat cum
rubore Non est ergo periculum
quantumlibet te humilies / quan
tumlibet reputes minorem quam
sis / hoc est quam te veritas
habeat Est autem grande ma
lum / horrendum quam periculum
si vel modice plus te vero
extollas / si vel vni videlicet
in tua cogitacione te preferas
quem forte parem veritas tibi
iudicat / aut etiam superiorem
Quamobrem noli te / o homo
comparare maioribus / noli aliquibus
noli vni En quantum malorum
venit de ignorancia nostri
vtique peccatum diaboli / et initium
omnis peccati superbia Super
Cantica sermone xxxvi
Sexto

Tu solo premide animam sciens
scipsam quia talis sciencia
non inflat sed humiliat / et
est quedam preparacio ad edi
ficandum Nisi enim super hu
militatis stabile fundamentum

spirituale edificium stare minime potest. Porro ad se humiliandam nichil animi invenire vivacius seu accomodatius potest quam si se in veritate invenerit tantum non dissimulet non sit in spiritu eius dolus nec se a se avertare adducat. Nam quomodo non vere humiliabitur in hac vera cogitatione sui cum se perspicit oneratam peccatis mole huius mortalis corporis aggravatam terrenis intricatam curis carnalium desideriorum fece infectam cecam curvam infirmam implicitam multis erroribus expositam mille periculis mille timoribus trepidam mille difficultatibus anxiam et mille suspicionibus obnoxiam mille necessitatibus erumnosam proclivem ad vitia non validam ad virtutes. Unde huic iam extollentia oculorum unde levare caput. Ergo de sui cognitione in salutis humilitas oritur.

De invidia in sermone de verbis ysaye Cap. ternum

Tumore pessimo livore Cyprio quasi quodam velamine ne sublimiora prospiciat invidus impeditur ad illorum quos superiores here dolet modo quidem felicitatem modo gloriam modo utramque simul contabescens. Nullus enim tam gravius pruritus oculi quam invidia. Nec vero alibi livor lividus quam cum aliena gloria et felicitate torquetur.

Super psalmum qui habitat sermone decimo xxxij

Miseria enim ut aiunt sola invidia caret. Nos se oculum venenatum oculum nequam oculum fascinantem invidia cogita. Quid vero invidere nisi malum non videre est. Si non esset ille invidus nunquam invidia mortis intrasset in orbem terrarum. De misero homine qui invidiam non perdidit. Cupimus hoc vicium dum adhuc vivimus, si post mortem volumus mysterium tante neque non timere. Nemo alieni boni invido aspiciat oculo. Nempe hoc ipsum iam quod in se est habere sua illud insitum est. Qui hominem odit homicida est illum veritas ipsa testatur quod et ille qui bonum odit in specie nequid et non homicida poterit appellari adhuc iam vivit homo et ille iam reus est mortis. Hic est ardet ignis quem dominus ihesus misit in terram. Hunc

odium

invidus est tamquam qui
xpm extinxit iam damnatur

In secunda epistola ad adam monachum

Quisquis es qui saluti
invides aliene pariter
vel tue Si enim ubi invidia ibi
mors profecto non potes simul
et invidere et vivere Super
cantica sermo l.

Verumtamen monentes
vosmetipsos nobis scimus
aliqui ntm pro nec imperfecti
mus experientia cum rara virtus
sit aliene non invidere virtuti
ne dum gaudere ad illam
ne dum etiam plus quam ad propriam
quemque gratulari perdit se in
virtute sapitum Habetur modi
cum lucem in vobis est fratres
quotquot de vobis ita sentimus
Ambulemus dum lucem habemus
ne tenebre nos comprehendant
Ambulare proficere est Et
que agis Ego proficere possum
qui stat proficienti invideo
Si doles quod invides sentis
sed non consentis Passio est
quandoque sananda non actio
condemnanda Tantum illic
non resideas iniquitatem medi
tans in cubili tuo qualiter
vel foveas morbum satis
facias pesti persequaris insonten
tem bene ab illo gesta ca
lumniando deprimendo pervertendo
atque impediendo gerenda
Alioquin non nocet ambulanti
et extendenti se ad meliora
qui non iam ipse operatur sed
quod habitat in eo peccatum

De iracundia super psalmum
Qui habitat sermone xiv ca
pitulo quartum

Immanis bestia draco est flatu
igneo quicquid attigerit necat
non modo bestias terre sed
et volucres Et tamen alium huic
ego quam iracundie spiritum
reor Quanto sublimis ut
videbatur in te flatu illius
draconis misere satis adustos
turpiter in os eius ingemiscens
cecidisse Quam melius sibi
irasci potuerant nec peccare
Nimirum affectio naturalis ira homini
est sed abutentibus bono non
gravis perditio et miseranda
pernicies Recuperemus illam
fratres in quibus expedit ne
forte ad inutilia illicitaque
prorumpant Sicut nimirum
solet amorem amor expungere
Sic timor et timore expelli
Dico vobis non autem ego
sed dominus Nolite irasci eis
qui transitoria auferunt qui
et convitia inferunt qui
ingerunt forte supplitia
et preter hec faciunt nihil
Ostendam autem vobis cui

Debeatis irasci Irascimini ei
que sola vobis nocere potest
sola facere / ut omnia illa non
prosint / volo vos scire que nam
illa sit Iniquitas ipsa / ita
dico vobis Sic irascimini
nulla enim nocebit adversitas
si nulla dominetur iniquitas
Qui sic pro te irascitur
caritatis non movetur /

**In Epistola ad Guidonem
Trium fontium abbatem**

Irascere et noli peccare
peccabis non minus nimis
irascendo Siquidem non ira
sci / ubi irascendum sit / nolle
emendare peccatum est / plus
vero irasci quam irascendum sit
peccatum peccato addere est Quod
si malum est peccatum non emendare
quomodo malum non erit peccatum
peccato addere **In Epistola alia**

Nemo magis ira movetur
quam amicus se simulans
inimicus **De concupiscen
cia in membris dicit Ca
[illegible]**

Maximum plane dilectissimi
concupiscencia que
interiorem et exteriorem
hominem occupat omnium simul
A planta pedis usque ad
verticem / non est in me
sanitas / totam inficit concu
piscencia / lex peccati in omnibus
membris invenitur / ubique per
fenestras mors intrare conten
dit et nequam fomes totius
nequitie periculosius fervet circum
delicius malignatur Quid enim
in homine putas ab hac ma
cula nunc poterit inveniri
mentem desideriis afficit
membra illecebris inficit /
inde pruritus aurium / oculorum
petulancia / inde olfaciendi
voluptas / inde in faucibus
tam inordinata delectacio
Inde in universo corpore mollior
sensus / et libido pruriosa tan
gendi / inde nequam in anima /
ebrietas illa desideriorum / et
fornax quedam ambicionis
avaricie invidie contumacie
et omnium denique viciorum affe
ctibus accensa vehementer
Huic ergo tam multifarie
pesti per singula queque resistere
multiplex tribulacio Unde enim
tribulacio nisi dum resistitur
contaminacioni concupiscencie repu
gnatur Quod enim corpus
illecebras / quot oblectamen
ta mundus videtur habere / tot
patitur tribulaciones / tot
sustinet tormenta vir
iustus **De Cupiditate sr**

Ps. Cxviii hilar dicit xix. cvi

Cupiditas radix iniquitatis Cupiditas ex cordis media et oblivione procedit Pro actio enim alienum mendicitat anima, quod oblita sit comedere panem suum propterea terrenis inhyat quod minime celestia meditetur Infelicitas in cupiditate Quid in cupiditate Infelicitas idest non felicitas reputatur Quid enim si cui forte videtur in brauis terrenarum affluencia concupita felicitas arridere Eo ipso infelicior est, quo vehemencius ipsam pro felicitate amplectitur infelicitatem, aut magis inmergitur ei et absorbetur ab ea, de filiis hominum ab hac felicitate falsa atque fallaci

In quadam sententia

At tamen quantam putas infelicitatem habet ipsa tam vana felicitas patitur Hinc namque cecitas cordis, hinc temulosus furor animositatis, hinc suspicionis labor anxius, hinc livoris crudele tormentum et vermentis invidie miserior quam immiserabilior cecitas Diviciarum amor insaciabilis longe amplius desiderio torqueat animam quam refrigeret usu suo utpote quarum acquisicio laboris possessio timoris, amissio plena doloris invenitur In quibusdam sententiis

Qui pecuniam diligit non saciatur, qui mundum amat non saciatur, numquam autem saciatur cor hominis auro quam corpus aura Non ego homines saciatos habui mundo, et ad eius omnem memoriam nauseantes, et facile est cuique nemini hanc saciatatem per dei graciam obtinere Neque enim patitur hanc copia, sed contemptus Super Cantica sermone xxi

Quod si ita est, non putent divites huius seculi fratres xpi sola possidere celestia quia ea sola audiunt in promissione possident et terrena Et quidem tamquam nichil habentes, sed et omnia possidentes Non mendicantes ut miseri, sed ut domini possidentes Eo prorsus magis domini quo minus cupidi Denique fideli homini totus mundus diviciarum est Totus plane

quia tam adversa quam pro-
spera eius eque omnia serviunt
ei et cooperantur in bonum. Er-
go avarus terrena esurit
ut mendicus, fidelis contemnit
ut dominus. Ille possidendo
mendicat, iste contemnendo
servat. In quodam sermone
Si libere contingat argen-
tum et aurum, utere
non pro libitu sed pro tempore
sic eris utens illis quasi
non utens. Ipsa quidem quod
ad animum bonum spectat nec
bona sunt nec mala. Usus
tamen horum bonus, abusio
mala, sollicitudo peior, questus
turpior. In meditacionibus
Vestimentum non multum di-
stat quecumque substan-
cia vilis vel preciosa requi-
ratur. Dum equaliter sit
corruptus affectus. Non enim
cultellus vicium est, sed cultel-
li appetitus, nec aurum vicium
est, sed auri cupiditas. De in-
saciabili desiderio cordis
humani. In sermone
de diligendo deo. Capitulum
xvi.
Inest enim utenti racione
naturaliter pro sua estima-
cione atque intencione appe-
tere potiora et nulla re

esse contentum cui aliquod
deesse videlicet iudicet per-
fendum. Neque enim ponere est
concupiscencie modum donec videat
impleta. Donec adepta sit
quibus valeat esse contenta.
Nam et qui uxorem habet, exce-
llenciorem speciosiorem petulanti oculo
vel animo respicit pulcriorem,
et qui veste preciosa indutus
est preciosiorem affectat, et
possidens multas divicias
invidet diciori. In quibusdam dictis
Neque amator pecunie dicit
aliquando sufficit nec libidinosus sa-
ciabitur voluptate sic et crudelis
quisque semper sanguinem sitit
aut cupidus laudis et ambiciosus
humane adeptis dignitatum titulis
et favoribus nullum exinde omnino
capit remedium sed desiderio estuat
ampliori. Equus autem invenit
requiem qui sibi placetur et satis
In sermone de diligen-
do deo.
Et horum omnium idcirco non
est finis, quia nil in eis
summum singulariter reperitur vel
optimum. Sed hoc stultum et ex-
treme demencie est, ea semper
appetere, que nunquam sacient
nec temperent appetitum. Dum
quicquid talium habueris nichilominus
non habita concupiscas, atque
que defuerint semper inquietus

anhelet. Ita enim fit ut per
uaria et fallacia mundi oble
ctamenta vagabundus animus
inani labore discurrens fatigetur
non satietur. Dum quicquid
famelicus ingluuierit parum re
putet ad id quod super est devo
randum semper et non tam anxie
cupiat que desunt quam que
assunt lete possideat. Cuius
enim obtineat universa. In qui
busdam sententiis

Quis est qui saciari cupit
et desiderium suum implere
incipiat esurire iusticiam et
non poterit non saciari. Bus
iusticie vel exiguum studeat ex
pia ut eo ipso desideret amplius
et amplius mereatur. Hec enim
magis cogitatur spiritum et naturalis
desiderium vehementius occupat
cor humanum, ceteraque vilia
desideria expellit. In qui
busdam dictis

Panis namque anime iusti
cia et soli beati illi qui
esuriunt illam, quoniam ipsi satura
buntur. Anima ad ymaginem
dei facta est anima ceteris
rebus omnibus occupari potest
repleri omnino non potest. Ca
pacem dei quidquid deo minus est
non implebit unde est quod
naturali quidem desiderio summum
quis probatur appetere bonum
nulla nisi adepto eo requiet.
habituus. De ambicione super
psalmo. Qui habitat sermone v.
circa .ix.

Ambicio subtile malum
secretum virus pestis
occulta doli artifex mater
ypocrisis livoris parens viti
ciorum origo tynea sanctitatis
excecatrix cordium ex remediis
morbos creans generans ex
medicina languorem. Quoties
hec pestis nequiter supplantatos
turpiter deiecit ut ceteri quos
quos latuit occultus effusor
subitum expavescerent ad ruinam
In libro tercio de conside
racione

Dum enim quisque que sua
sunt querimus fit ut
invicem invidentes invicem
provocantes exerceamur
ad odia animemur ad iniu
rias armemur ad lites
cavillemur ad dolos feramur
ad detractiones prorumpamus
ad maledicta affirmamur
a forcioribus. Super psal
mo Qui habitat sermone decimo

Quid vero huic vermi
profuit aliud quam mentis
alienacio et oblivio veritatis
Similis vitans est que frivo
la suggestione reducit in
mentem quam sit in ambicio
frivola consolacio que indicavit
vobis huius finis ignotus

In libro de consideracione

O ambicio ambiencium crux
quomodo omnes torques
omnibus places. Nil acerbius
cruciat, nil molestius inquietat
nil tamen apud miseros mortales
celebrius negociis eius. An
non limina apostolorum plus iam
ambicio quam devocio terit
an non questibus eius tota
legum canonumque disciplina insudat

In libro primo de consideracione

Plena est ambicionis ecclesia
non est iam qui horreat
in studiis et molicionibus
ambicionis plusquam spelunca
latronis in spoliis viatorum
Tanta est impudencia non
nullorum ut eciam manifeste am
bicionis prurigine statuat
tota facies cause eorum non
erubescant audienciam flagi
tate publicantes semetipsos
ad multorum conscias in quo vel
sue satis plus poterat co
fundi iudicio In libro 3°
de consideracione

Videre est omnem ecclesiasticorum
zelum fervere sola pro
dignitate tuenda honori datur
totum sanctitati nichil aut parum
de placito dei vel bina mencio
est periactura salutis nulla

temptacio In libro de conversione ad
clericos et diversis sermonibus

Filii hominum usquequo gravi
corde ut quid diligitis
vanitatem et queritis menda
cium. Heu nobis ubi tanta
difficultas est et tam grave
periculum prelatis ambicio angelicam
felicitatem precavit. Angelica
sciencie appetitus hominem im
mortalitatis gloria spoliavit. Co
netur quis monte ascendere
prelatis quantos putas contra
dictores habebit quantos inve
niet repulsores obstaculo
quanta quam difficilem viam
Et tamen cum pauci evadunt
quibus non dominandi libido
dominetur. Hinc est quod infi
mi vocantur qui priorem hinc
constantibus siquidem omnes a
dulantur invident omnes. Cu
pidus est alter inflantis
sciencie quantum laborabit quantum
anxiabit spiritus eius. Videas
alium litteratum alium mundial
tate istud placitatorum diffi
cienciam deo illum servilis
cuiuslibet artis causa ve
hementer affectare studium
ut laborem non reputet tan
tummodo ut possit aliquibus
doctior reputari In acritudine

morabit^r oclus eius quociens
videre contigerit eum se poste
riorem iudicet putet ab alijs
reputari Que nam miseris
tam dira libido Sic edificat
babel Sic concupiscit quod
non expedit admittentes
Quod ambicio vult latere
non apparere in epla ad epos
equitanie Capitulum ix

Ambicio mater ypocrisis
latebras amat et
tenebras lucis impaciens
est Et certe ambicio cum
prorumpit in impudenciam
efficaciam perdit / et cum im
probus affectus se aperit
perit effectus Ambicio siqui
dem vicium in ymo latet vide
ri omne sublime sed videri
ipsa refugit Nec mirum opta
to namque / nichil est careat / n
caueat arbitros Quo enim
gloria plus affectatur eo mag
apprehenditur cum deprehendi
affectari Quid denique tam
inglorium / quam glorie cupidum
deprehendi Inclitus erit
ambiciosus quamdiu in
nocte versabitur / et donec
turpis lucri negocium per
ambulat in tenebris potit
ypocrita iustus sanctusque.

videri / sed celo qui videt in
facie Ut ubi forte foras mit
tit impudencia uel imprudencia
quod latet inconsulta Nonne
intemperans appetitus apparet
ad confusionem peccatoris quam
promcior ad gloriam Sic reuela
sit probatur quod legitur
Gloria in confusione eorum qui
terrena sapiunt Non ergo perijt
pudor a mortalibus / ut nuda
impudens quidem ab ipsis hono
retur ambicio Est sobria
quedam et quodammodo oculta
ambicio / molliens cuncta et ne
casta Si valet presertim clam
sua negocia curat si vero non
manet in se / et pudoris um
bram non deserit Et quidem
elis / et si deum nondum me
tuit ad salutem / pro ingenita
tamen verecundia honestatem
interim retinet quod homines reuer
et publicum erubescit De va
nitate laudis humane
In epla ad petrum dyaconum
cardinalem Capitulum x.

Pudet grandi exultacione
cum sencio in me veniat
vel diligi non quidem quod
sum sed quod putor Neque enim
ego cur diligor quando sic
diligor / Sed nescio quid in
me / pro me / quod non sum
ego / ymo ut verius loquar

non nescio Nam certissime
scio quod nichil Nichil enim pro-
culdubio est / quicquid putatur
et non est Vero cum amatur
quod est Sed esse putatur / non
amor vel amans nichil est Ex
quod amatur aptandum sed
magis dolendum quam mirandum
quod id quod nichil est amari potest
De vniversali vanitate inest nobis
et velle laudari cum simus vitu-
perabiles / et nolle laudare quos
scimus laudabiles Sed et hoc
vanum est quod mira plerumque
ignorantia / et credet quod est
et perdicat quod non est Quid
ad ista dicemus / nisi quod vani
filii hominum mendaces filii hominum
in stateris / ut decipiant ipsi de
vanitate inidipsum / laudant
mendaciter / delectant inaniter
ut vani sint qui et laudantur
et mendaces qui laudant quod
putant et falsi sunt Alii
decorumque preciumque gloriantur
et vani sunt In epistola ad
Ottonem Vercellensem

Non est quidem homo lau-
dandus in vita sua / que
temptatio est super terram nec
ideo tamen laudandus non est
cum mortuus peccato vivit deo
Vana quidem laus et adu-
latoria qua laudatur peccator in
desideriis anime sue / sed non
idcirco predicanda et nullum
commendanda Non erit illius
vita / qui potest dicere Vivo autem
non iam ego / sed vivit vero
in me christus Cum ergo
laudatur homo in quo iam
vivit non ipse sed christus / nec
in sua laudatur sed in christi vi-
ta at per hoc non laudatur
contra scripturam que prohibet
hominem laudari in vita sua
De ociositate In libro re
de consideratione Capitulum xi

Ociositas est mater nugarum
noverca virtutum / inter
seculares nuge sunt In ore
sacerdotis / blasphemie Inter-
dum si incidunt ferende forta-
sis / referende numquam Ma-
gis intuemendum caute et
prudenter nugacitati prorum-
pendum sane in serium Sed
quod non modo velit sed et
libenter audiant et suppeditat
ociosis nugis vel fabulis
sacerdoti apperire os illicitum
assuescere sacrilegium est Con-
stitue quod faceti urbani ve
nomine colorant / non sufficit
peregrinari ab ore / procul et
ab aure relegandum / Fede ad
cachinnos moveris / fedius
moves Evigila ad curam
et non ocio torpeas / et si
recte sapies hortatur sapientia

scribi in ocio cauendi / et in o-
cium est monstruosa res grauis
simus / et anima infirmus
sedes prima / et vita yma / lin-
gua magniloqua / et manus
ociosa / sermo multus grauis
et actus leuis / ingens auctoritas
et nutans stabilitas In

Epistola ad Robertum

Tolle ocium / exercitare
in aliquo / et statim sen-
ties sola te appetere / que fa-
mem tollant / non fauces de-
mulceant Reddet quippe sa-
pores rebus exercitium / quod
tulit inercia Multaque que
respuis ociosus / post laborem
sumes cum desiderio Siquidem
ocium parit fastidium / exercitium
famem / fames autem miro modo
dulcia reddit / que fastidium fecit
insipida / olus / faba / pultes
panisque cibarius / cum aqua
quiescenti quidem fastidio sunt
sed exercitato magne videntur
delicie Et quidem subito
procedenti de umbra ad solem
de ocio laborem / graue videtur
omne quod incipit / Sed postquam
ab hiis desuescere / et ad illa
se paulisper assuescere cepit
usus tollit difficultatem / inuenit
facile esse quod impossibile
ante putauit de propria

voluntate in sermone de lepra naaman c xii

Voluntatem dico propriam
que non est communis
cum deo et hominibus / sed cum
nostra / quando quod volumus
non ad honorem dei / nec ad
utilitatem fratrum / sed propter
nosipsos facimus / non intendentes
placere deo / et prodesse fratribus
sed satisfacere propriis motibus
animorum / Huic contraria est
retenta fronte caritas / que
est deus / Hec enim aduersus
eum inimicitias exercens est
et guerram crudelissimam
Quid odit deus / aut quid
punit preter voluntatem propriam
Cesset voluntas propria / et
infernus non erit In quem
vero ignis ille desaeuiet nisi
in propriam voluntatem Etiam
nunc cum frigus / aut famem
aut aliquid tale patimur
quid leditur nisi voluntas
propria Et non voluntarie su-
stinemus ipsa / ipsa voluntas
communis non est / sed infirmi-
tas quedam / et velut pru-
ritus voluntatis adhuc de
propria est Et in illo omnes
sustinemus penas donec pe-
nitus consumatur Nam vo-
luntas illa propter quam dicitur
cui assentimus / et cui se

libertatem inclinat arbitrium
Hec autem desideria et con-
cupiscencie invitos tenent
non voluntas / sed corrupcio
voluntatis est Et quam valde
detestabile vicium sit propria
voluntas Super cantica sermone
lxxi cam xiii

Grande malum propria
voluntas / qua fit ut
bona tua / bona non sint Etenim
si in die ieiunii mei inve-
niatur voluntas mea / non tale
ieiunium eligi dicit dominus / nec
sapit illi ieiunium meum quod
non obediam / sed vicium volun-
tatis proprie sapit Ego autem non
solum de ieiunio meo / sed de
silencio de vigiliis de oracione
de leccione de opere manuum
Postremo de omni observancia
monachi / ubi invenitur voluntas
in eo / et non obediencia magistri
sui / indubitanter sencio Nimirum
prorsus observancias illas
et si bonas in se / tamen inter
virtutes consueverim deputandas
In sermone de pascha maria
magdalena
Voluntatem quidem
propriam dimittentes / non
amittimus / ymo et lucramur
plurimum commutantes illam
in melius / ut communis fiat
que propria fuit Porro com-
munis voluntas caritas est
prima peccatorum est propria volun-
tas / que est superbia / ex qua
omnia mala / sicut ex commu-
nitate omnia bona In qui-
busdam sentenciis
Unde enim sunt scandala
Christi quod propriam sequimur
voluntatem / et tenemus quod
volumus in corde nostro prefi-
nientes si quomodo vel preliberi
contingat / aut impediti te-
nemur in impacienciam in mur-
muracionem in scandalum
promti sumus In sermone
de lepra Naaman
Porro voluntas propria
quo furore dominum
maiestatis impugnet / audiat
et timeant servi proprie voluntatis
Primo nempe subtrahit semet
ipsam / et subducit eius do-
minacioni cui tamquam auctori
servire debuerat / dum efficitur
sua Sed addit adhuc / et
quod in se est / omnia quecumque
que dei sunt tollit et diripit
Quem enim modum sibi ponit
humana cupiditas / Homo
qui per usuram acquirit
peccuniam modicam / similiter
mundum universum lucrari co-
naretur / si non deesset possibilitas

si suppeteret voluntati facultas dico fiducialiter neminem qui in ipsa voluntate posset omnipotens inditus fuisset. Ipsum autem et quod in ipsa est deum perimit voluntatis ipsa. Quid enim vellet deum nimium peccata sua aut vindicare non posse aut nolle aut ea nescire. Vult ergo eum non esse deum que quantum in ipsa est vult eum aut impotentem aut iniustum esse aut insipientem. Crudelis plane et omnino execranda malitia qua dei potentiam iusticiam sapientiam perire desiderat. Hec est crudelis bestia fera pessima rapacissima lupa et leena sevissima.

De proprio consilio in simplice de lepra Naaman. Capitulum xiiii

In corde duplex lepra est propria voluntas et proprium consilium lepra utraque nimis pessima. Lepra vero proprii consilii eo perniciosior est quo magis occulta et quanto plus habundat tanto sibi quisque sanior esse videtur. Hec illorum est qui zelum dei habent sed non secundum scientiam sequentes errorem suum et obstinati in eo ita ut nullis velint consiliis acquiescere. Hii sunt unitatis diversores inimici pacis caritatis expertes vanitate tumentes placentes sibi et magni in oculis suis ignorantes dei iusticiam et suam volentes constituere. Et que maior superbia quam ut unus homo toti congregationi iudicium suum preferat tamquam ipse solus habeat spiritum dei. Idolatrie scelus est nolle acquiescere et quasi peccatum ariolandi. Tantum nunc qui se faciunt religiosiores aliis qui non sunt sicut ceteri homines. Certe arioli et ydolatre facti sunt.

De tepiditate in simplice domini. Capitulum xv

Perniciosa tepiditas que periculosa est quia molestissima plena miserie et doloris et in senio plane proxima umbra mortis invecensetur. Tale inveniunt homines est pusillanimes et remissos deficientes sub onere virga et calcaribus indigentes quorum remissa leticia pusillanimis tristicia quorum brevis et rara compunctio animalis cogitatio tepida conversatio quorum obediencia sine devotione sermo sine circumspectione oratio sine cordis intencione lectio sine edificatione quos demum ut vidimus vir vehemens

metus inhibet vix pudor
cohibet / vix frenat racio / vix
disciplina coherceat In sermone
de ascensione de intellectu
et affectu

Huiusmodi autem si diu
ita permanserint sed omnes
aut opprimuntur et succumbunt
aut quodammodo in inferno
sunt ut nunquam ad plenum re
spirent in lucem miseracionum
domini nec in libertatem spiritus
que sola facit iugum suaue
et onus leue Inde autem
tam periculosa tepiditas ema
nat / quia voluntas eorum non
dum purgata est / nec bonum
sit volunt ut norunt a propria
concupiscencia abstracti et
illecti Amant enim in carne
sua terrenas consolaciunculas
siue in verbo siue in signo / siue
in facto siue in aliquo alio
et si hec interrumpunt aliquando
non tamen penitus rumpunt Inde
est quod raro affectiones suas
dirigunt in deum / et eorum
compunctio non continua / sed
horaria est Impleri autem
visitacionibus domini anima que
corporis distractionibus subiacet non
potest et quanto magis illis
euacuabitur tanto amplius
istis implebitur / si multum

multum / si parum parum / vel
forte si magis probas / nunquam
iste illis misceri poterunt in e
ternum Non enim poterunt simul
et caro, ignis et tepiditas
in uno domicilio commorantur
presertim cum tepiditas ipsi
domino soleat vomitum prouocare
De pusillanimitate In epistola
ad abbatem sancti in carcere
Rome captiui sedentium

Damnandis reprobis
tribulacio parit pusilla
nimitatem / pusillanimitas
perturbacionem / perturbacio de
speracionem et illa interimit
In quibusdam sermonibus

Oportet autem pusillanim
itatem et tristiciam
in omnibus que agenda sunt
uel toleranda caueri quia
hilarem datorem diligit deus
In sermone de ieiunio

Ne turbetur quis pu
sillanimitate spiritus hoc
enim quantum potest laborat ad
uersarius noster / ut holocaustum
nostrum deuocionis pigrore vacu
etur ut et minus acceptum sit
deo / et consciencia nostra in spirituali
gaudio minus exhilaretur Sicque
de pusillanimitate tollerancie
etiam conscientie pusillanimitas
generetur Super psalmum
xc qui habitat versu xiii

Duabus autem de causis michi videtur animi egritudo et diffidencia solere contingere aut de novitate videlicet conversionis aut certe de conversionis tempore, eciam si in conversione longo tempore habuit utrumque profecto deicit, et humiliat constanciam et inquietam facit, Dum sive pro tempore antiquas animi passiones nec dum in se emortuas sentit et necesse pro inde habens resecandis intendere de cordis orticulo spinis iniquitatum, et urticis cupiditatum, longius a se eiugari non sinitur, quid enim qui laborat in gemitu suo, poterit ne simul et in dei laudibus exultare Non est hoc pauperis et inopis seu pusilli cordis animi. Hic enim pusillanimis est et modice fidei mens, rei sue familiaris tenuitate constringitur, nec valeat pre inopia ociari ad vacandum divinis laudibus, seu hiis que laudes pariunt intuendis beneficiis. Et si quando certe conatur assurgere, confestim domesticarum necessitatum curis urgentibus revocatur ad sua, et in se comprimi sua egestate compellitur.

De curiositate in quibusdam dictis c. xvi

Negligencia generat curiositatem. Dum enim per negligenciam terra cordis inculta spinas et tribulos germinat, que in se ipsa non invenit requiem, foras cogitur evagari. Hinc curiositas a corde eicitur, contra quam dimicat pietas. Pietas enim culta dei est, et in corde colitur, qui in corde cognoscit hereditare. Curiositas si non vincatur, generat experienciam mali, quia dum animus evagatur, per multa, facile invenit ubi noxiam experiatur delectacionem. Hanc impugnat sciencia, docens quid turpe experiri sit, quia non est res prevalet experiencia, generat concupiscenciam ut transeat in affectum cordis.

In quibusdam sentenciis

Aterum spectacula vana rogo quid corpori prestant, quid vero anime conferre videntur. Etiam michi in homine tam curiositas prodest, inveniens frivola, prorsus et inanis et migratoria consolacio, et nescio quid illi dulcius impetrum ut semper habeat quod requirit, qui iocunde quietis fugitans curiosa inquietudine delectatur.

In quibusdam similis

Affectus siquidem ... dampna interiora non

sentit / quia nec intus est
sed in ventre forsitan / aut sub
ventre / denique et cum quocumque
impatiens / aut in loculis invenitur
Quid vero mirum si propriam
nunc sentiat anima lesionem
que suimpsius oblita / et penitus
absens sibi / in longinquam
profecta est regionem Erit autem
cum in seipsam reversa cognoscet
quam crudeliter misere venacionis
obtentu / exulceravit semetipsam
Erit autem sibi reditus sine
dubio / uel post mortem cum
remissa / quibus ad vagandum
foras et inutiliter sese occu-
pandum / in eam que preterit
huiusmundi figuram / egredi con-
sueverat hostia corporis clausa
erunt / et necesse maneat in se
ipsa / cui nullus iam pateat exitus
a seipsa Quisquis enim ante
obitum carnis non redierit ad
seipsum / in seipso maneat / necesse
est in eternum Sed in quali seipso
qualem se fecerit in hac vita
talem inveniet exiens ab hac
vita De consuetudine prava
in libro primo de conside-
racionis ca^m xviij

Nil sevum animo / quod
neglectu et tempore
non absolescat / obduci ve-
tusto et neglecto callus ob-
ducitur / et eo insanabile quo
insensibile sit / Denique dolor
continuus et acerbus diutius
non esse patitur / citum habitus
est exitum / aut sanitate presto
aut insensibilitatem Nam si
aliunde non extenditur necesse est
cedat uel sibi Enim vero
cito aut de remedio consolacionem
recipiat / aut de assiduitate stu-
porem Quid vero non pervertit
consuetudo Quid non assidui-
tate ducetur Quid non usu
cedat Quantis quod prius
amaritudine primus exhorre-
bant usu ipso male in dulce
conversum est Omnino tibi in-
portabile videbitur aliquid pro-
cessu temporis si assuescas iudica-
bis non adeo grave Paulo
post etiam delectaberis
ita paulatim in cordis dur-
ciam itur / et ex illa in aver-
sionem De duricia cordis
in libro primo de consideracione c. xix

Quid est cor durum Ip-
sum est cor durum quod
semetipsum non exhorret quia
nec sentit Ipsum est quod nec
compunctione scinditur / nec pie-
tate mollitur / nec movetur precibus
minis non cedit flagellis
duratur Ingratum est ad be-
neficia / ad consilia infidum
ad iudicia sevum / inverecundum
ad turpia / inpavidum ad pericula

in humanis ad humana temera-
rius ad divina preteritorum oblivis-
cens presentiam negligens fu-
tura non providens Ipsum tu-
preteritorum preter solas iniurias
nichil omnino non preterit pre-
sencium nichil non perit futurorum
nulla nisi forte ad ulciscendum
prospectio seu preparacio est Et
ut in brevi cuncta horribilis ma-
li mala complectatur ipsum est quod
nec deum timet nec hominem reveretur
hebetati cordis iudicium est propterea
non sentire continuam vexacionem Ve-
xacio dat intellectum auditui
ait quidam verum est Sed si ni-
mia non fuerit Nam si sit nimi-
a non plane intellectum dat sed
contemptum Quantos enim vi-
demus humiliatos sed non humi-
les percussos sed non dolentes
curatos quidem a domino sed nec
ipsa curacione curatos Hii sunt
qui subsentibus delicias esse
computant Dissimulat peccata que
actitat lubricum in quo titubat
tenebras quibus caligat laque-
os inter quos ambulat locum
afflictionis que inhabitant
corpus mortis quod ~~castigat~~
gestant iugum grave quod
tolerant gravioremque sarcinam quam
occultat gravissimam sententiam
quam expectat Proinde ca-
vebo quam sollicite potero du-
riciam cordis Consenciam adver-
sario meo Cedam denique ur-
genti aculeo ne bis pungat
Quisquis enim contra stimulum recalci-
trat duplo pungitur Sperset

autem ei qui senserit et dederit
locum ire **De presumpcione et
obstinacione super posito tercium
habitat vicium ut dicitur xx**

Ve demonum presumpcio
et obstinatio refugeho
presumptor ne gaudeat de te
inimicus tuus Siempre in his
maxime vitiis gaudet in se
ipso expertus Etenim difficile
posset ab hac tanta voragine
respirare Nolo autem vos igno-
rare fratres quo non modo de ste
datur ymo cadatur in illas
De quatuor gradibus obstinacionis

Primus enim gradus
defensionis huius
dissimulacio est propriae iniquitatis
infirmitatis inutilitatis dum
sibi parcens sibi blandiens
sibi persuadens se aliquid esse
cum nichil sit ipse se seducit.
Secundus gradus ignorantia sui
ubi enim in primo gradu mutila
sibi texuerit perisomata fo-
liorum quid superest nisi ut
vulnera tecta non videat pre-
sertim quia ad hoc solum texerit
ne videretur et hoc tandem
fit ut eciam revelante vulnera
non esse contendit cor suum in
verba malicie ad excusandas
excusaciones in peccatis Ecce quo-
que is quidem tercius gradus est
contiguus presumpcio Quomodo
enim male actitare iam verecundatur
qui presumit et defensare
Itaque quartus gradus vel quartum
potius precipicium contemptus est

Ex hoc et deinceps magis ac
magis super eum viget peccatum
os suum dum vel aliquod huiusmodi
contemptus reddit impune impenitencia
obstinacionis firmatur hoc est illud
peccatum quod neque in hoc seculo re
mittitur neque in futuro est cor
durum et induratum nec deum
timet nec hominem reveretur. Et qui
sic in omnibus viis suis adheret
dyabolo maiori facti sunt unius spiri
tus cum eo **In sermone de
septem circumstanciis**

Nam perseverare in malo
dyabolicum est et digne
sunt perire quicumque in similitudine
eius permanent in peccato
In quibusdam sentenciis

An vero gravior illa fie
nesis iudicatur quam impe
nitencia cordis et peccandi ob
stinata voluntas **Super
psalmum centesimum vicesimum [illegible] xm**

Obstinacio siquidem est sū
ma religionis subversio
et vere venenum insanabile
Unde ad obstinacionem meditatur
vox unde sermo facit predicator
cumque moneas ait ille Ego
quod possum possum et non ultra
quam possum Unde est obstinacio
causa finis intencionis humane
Dum hunc quidem propter quemque
inheret voluntati inde finem
aliquem meditatur et figit animo
quod desiderat adipisci Unde
vero impresumptorum nisi ex quodam
impetu vehementis desiderium pre
sumimus **In sermone de
ieiunio etc**

Hoc enim cordis duri
cia Unde autem obstinacio
que meditatur quis non legem dei
sed propriam voluntatem Unde
tam mordax et amarus sermo
invenitur in ore hominis obstinati quod
nulla adeum penetrare queat
benivolencia monitoris **In ser
mone de cavendo Misericordie Verba**

Nequissima plane et perni
ciosissima pestis quando
universos unius obstinacio
turbat et fit omnibus discordie fo
mes in scandalorum **De gula et
luxuria in quibusdam sermonibus** c. xxi

Voluptas gutturis que
tanti hodie estimatur
vix duorum latitudinem obtinet
digitorum et huius tam modi
ce partis tam exigua delectacio
quanta paratur sollicitudine
quantam deinde et molestiam parit
hunc monstruosius dilatantur
renes et humeri sunt tume
tes uteri non tam impinguatur
quam impinguantur a ruina
et dum carnis onus ossa non sus
tinent eciam morbi varii generantur
Sic libidinis illecebrosa vora
go quantis laboribus et dispendiis
interdum et fame vel honoris
vel eciam vite ipsius periculo com
paratur Cuius appetitus anxi
etatis et vecordia actus abhomi
nacionis et ignominie exitus pe
nitudinis et verecundie plenus
esse demonstratur Ardor libidinis
pro aliqua parva occasione
excitatur et nisi illico respuatur
subito totum corpus occupat et
estuat urit et incendit

luxuria

Primo carnem tactam moditam
titillat deinde delectacionem tur
pi mentem maculat ad extre
mum per consensum prauitatis si
bi mentem subiugat Caro sup
modum venatrix est deliciarum
que licere putat et expedire
quicquid illud sit quod eam delecta
re possit Gula et libido volu
ptati carnis deseruiunt Aer
terra mare vix gulositati suf
ficiunt Propter hoc contingit
pauperes spoliari et rapinas
fieri ut fames pauperum tirscat
in delicias diuitum In qui
busdam sententiis

Filii hominum vsquequo gra
vi corde et pingui
corpore vt quid diligitis vani
tatem et veritatem negligitis
Pinguedo carnis delicie
corporis saturitas ventris aut
ante mortem nos deseret aut
nos in morte illa relinquet
Hec caro vermibus illic anima
ignibus deputatur donec rursus
infelici collegio colligati in tor
mentis penalibus pocientur
qui socii fuerunt in viciis O deli
cate qui delitiis et diuiciis cir
cumfusus citius confusus confusiorem
expectas et mortem non est
regnum dei esca non potus non
purpura non byssus quia diues
ille vtroque circumfluus in puncto ad
inferna descendit Quid ad
hoc dicitis gulosi et vos luxu
riosi quorum deus venter est
quorum vsus omnis aut in ventre

aut sub ventre est qui in luxuria
enutristis corda et corpora vestra
Audite audite quia esca ventri
et venter escis deus autem hunc
et has destruet In epistola ad
Fulgencium

Qualis demon maiorum super
bia est detractio et
inuidia crapula et ebrietas
que cum impleuerint mentem vel ven
trem cristus ibi non inuenit locum
Quomodo ignis et aqua simul esse non
possunt Sic spirituales et carna
les delicie in eodem se non pati
untur vbi crapula ructuantes
inter pocula senserit cristus vina
sua dulciora super mel et fa
vum menti propinare non dignatur
vbi curiosa ciborum diuersitas
pascit ventrem celestis panis ie
iunam deserit mentem De
detraccione super cantica
sermone xxiiii c. xxii

Pessima vulpis occultus
detractor sed non minus
nequam blandus adulator caue
bit sapiens ab hiis Porro de
trahere an detrahentem audire
quid horum damnabilius sit
non facile dixerim Sic quippe
intrat mors per fenestras nostras
cum prurientibus auribus et oribus
letale poculum detractionis
mortem nobis ministrare contendimus
Super cantica sermone xxiiii

Non veniat anima mea in con
silio detrahencium quoniam
deus odit eos Nec mirum cum
id sapiue viciorum caritatem que
deus est et quidem ceteris acrius
impugnare et persequi cognoscatur

quemadmodum vos potestis aduerte. Omnis qui detrahit primum quidem prodit seipsum vacuum caritate. Deinde quod aliud detrahendo intendit nisi ut is cui detrahitur in odium veniat vel contemptum ipsis aput quos detrahitur. Ferit ergo caritatem in omnibus qui se audiunt maledicta lingua et quantum in se est necat funditus et extinguit. Non solum autem sed in absentibus vniuersis ad quos volans verbum forte per eos qui presentes sunt peruenire contingerit. Vides quam facile et in breui ingentem multitudinem animarum velocitate currens sermo tabe huius malitie inficere possit. Vnus est qui loquitur et vnum tamen verbum vno in momento multitudinis audiencium dum aures inficit animas interficit. Cor siquidem felle liuoris amarum per lingue instrumentum spargere nisi amara non potest.

In tribus sed ter decies

Amittunt vitam detractores deo odibiles vita effugit vita quos odit et quos fugit vita mori necesse est. An non est ipse moritur qui venenum bibit quod ei male suasa detractoris lingua propinatur. Siquidem furtim ei dilectionis vita subtrahitur et dum nescit paulatim sensa caritas restringescit.

Et tribus per detractorem caritas subtrahitur

Auditurus est forsan ipse quoque cui detrahitur vndique enim verba volant et multorum prius ora pertransiens difficile fieri potest quin in singulorum veniat linguis et quasi iam prouectus sermo refertur ad eum ad cuius spectat offensam. Itaque scandalizabitur audiens et tabescet eo quod facilius extinguetur in eo caritas quo ante amplius viuere videbatur. Si inimicus ait meus maledixisset mihi sustinuissem vtique. Et quidem cauet sibi prudens auditor cauet et ipse sibi si non desipit qui sibi nouit esse detractum ille ne veneno inficiatur iste ne scandalo perturbetur. Et in se

cti lingua maledicta / et
illius percutiens conscientiam
et istius vulnerans caritate
secum utrumque pariter perimit
Numquid non vipera lingua est
est ista ferocissima plane
nimirum quum tam letaliter
tres inficiat flatu uno Numquid
non lancea est lingua ista
profecto etiam acutissima quae
tres penetrat ictu uno Gla
dius equidem / anceps immo
et triceps est lingua detra
ctoris **De ypocrisi in ser
mone super cantica sermone
xxiiii**

Ypocrita singularia ma
gis et inusitata se
ctatur / ut propriae singularitatis
opinionis respergat Cuius
affectio elongatur a cristo
et vanis favoribus delectatur
Cuius mens non pro castitate
ma conscientie sed adulationibus
demulcetur Tristicia ypo
critarum non in corde / sed
in facie est / Exterminant
enim facies suas / ut appareant
ieiunantes **Super cantica ser
mone quadragesimo
septimo**

Nam oves sunt habitu
astu vulpes / actu
et crudelitate lu
pi / hii sunt qui boni videri
non esse / mali non videri
sed esse volunt Etenim semper
vincit malicia palam nocuit / nec
unquam bonus nisi boni simu
latione deceptus est Ita ergo
in malum bonorum boni appa
rere student / mali esse volunt
ut plus liceat malignari / neque
enim est apud eos virtutes colere
sed colorare vicia / quodam quasi
virtutum minio **Super cantica
sermone xxxiii**

Serpit hodie putrida tha
bes ypocrisis per omne
corpus ecclesie / et quo latius
eo desperatius / eoque periculosius
quo interius Nam si insurgeret
apertus hereticus mitteretur fo
ras et arescet / si violentus
inimicus / absconderet se forsitan
ab eo Nunc autem quem eiciet aut
a quo abscondet se Omnes
amici et omnes inimici absc
dent se forsitan ab eo Nunc
quem eiciet / aut a quo absc
det se Omnes amici et omnes
inimici Omnes necessarii / et omnes adversarii
omnes domestici / et nulli pacifici
Omnes christiani / et omnes fere que
sua sunt / querunt non que ihesu
christi / Olim predictum est / et
nunc tempus impletionis advenit
Ecce in pace amaritudo mea
amarissima Amara prius

in nece iniuriarum Amarior
post in conflictu hereticorum
Amarissima nunc in moribus
domesticorum Non fugare nec
fugere eos potest ita inualue
runt et multiplicati sunt sup
numerum Intestina et insana
bilis est plaga ecclie Et ideo
in pace amaritudo eius ama
rissima Sed in qua pace Et
pax est et non est pax pax
a paganis pax ab hereticis
sed non profecto a falsis filiis
Vox plangentis in tempore
isto filios enutrivi et exalta
vi ipsi autem spreverunt me
Spreverunt et maculaverunt
me a turpi vita a turpi que
stu a turpi commercio De
levioribus peccatis dei ser
mone de conversione sancti
pauli Capitulum vicesimum
tercium

Iustus iudex deus non modo
quid fiat sed quo animo fiat
considerat Ne quis ergo
parva reputet quantumlibet
parva scienter committantur de
linquenda Nemo dicat in corde
suo levia sunt ista Non curo
corrigere Non est magnum si in
hiis maneam venialibet mi
nimis quam peccatis Hec enim prima
est hec blasphemia in spiritum

sanctum Blasphemia irremissi
bilis Eradicari tamen et
extirpari a cordibus nostris
omnino non poterit malicia donec
in modo sumus Super
capitulum sermone lxiij

Quantumlibet profeceris
erras si vicia putas
emortua velis nolis intra
fines tuos habitabit iebu
seus Subiugari potest sed
non exterminari In sermone
de tercio adventu capitulum lxiiij

Peccatum quod est morbus
anime et corrupcio mentis
auferri non poterit donec libe
remur a corpore Reprimi quidem
debet et per graciam dei ut
non regnet in nobis sed
non eicitur nisi in morte
quando sic decerpimur ut
anima separetur a corpore
In sermone de tercio adventu

Affectiones enim anime
dum in hoc pulvere
gradimur ex toto mundo esse
non possunt quin aliquando
vanitati aliquando voluptati
aut curiositati plus quam oportet
cedat anima vel ad horam
In multis enim offendimus
omnes Verumtamen ne
contemnat aut parvipendat
impossibile est enim cum eis

salvati / Impossibile e diluine per xpm et a xpo / Nec ideo tamen pro eis non est nimis esse sollicitos / ignoscet facile primo modo et libenter / si modo agnoscatur / In huiusmodi namque quasi inevitabilibus et negligencia culpabilis est / et timor immoderatus temperandus / quia nulla dampnacio est / hiis qui sunt in xpo ihesu / concupiscencie sensus absque consensu / et hec gracia nobis confertur / ut non nobis concupiscencia noceat / si tamen a consensu abstineamus / Tamen ad humiliandos nos ipsam concupiscenciam adhuc patitur vivere in nobis et graviter affligere nos / ut senciamus quid nobis gracia prestat et semper ad illius auxilium recurramus / Sic et de minoribus istis peccatis pia dispensatione agitur / ut non penitus auferantur sed in illis custodiat nos deus / Et cum minima cavere non possumus certi simus / quod non minoribus maiora superemus semper quod timorati et omnino sollicti simus / quomodo eius graciam non amittamus / quod

nobis tam multipliciter necessarie esse sentimus De contemptu viciorum per quendam dictus capitulum xxi

Quid si eorum laborem et dolorem consideres qui variis serviunt viciis morum / Erit profecto iam invenire homines qui multo magis in labore hominum non sunt / sed longe amplius aliena ab homine flagella sustineant / Contendunt ambicio et zelacio cordis / alia inducit alia foveam parat / volare alia iubet repere monet alia / cum neutrum proficuum sit homini / quod cum eo eum ait hec / Cuius vero ille / vel ille est / aut que domus eorum / ut eis in aliquo cedas / ut revereraris eos / ut eis aliquatenus blandiaris / At bonus sermo bonum locum invenerit / ait ambicio / et malus quoque qui prodesse non potest potest obesse / Dissimula parumper vinum bonum pone donec veniat hora tua / Avaricia quoque et appetitus laudis sibi invicem adversantur et quoque hec congregat hic dispergit Nec minus contraria sunt / quia simulacio et pusillanimitas

suggerunt impudencie impa
cienticque clamoribus et utique
labor et dolor et afflictio semper
sunt animo aliud sepe gula
exigit animo ad aliud pruritus
aurium notat sic et adolatio
et caritas interdum imperant
forsitan et aduersa dum
utrumque sibi contrarie gestit prospe
rorum et trahit quemque
sua voluptas De desperacione
super cant. sermone xxxviij ca
pitulum xxxj

Omnis peccati consumacionem
parit desperacio De
dei ignorancia venit desperacio
Sed nos eciam de ignorancia terre
quomodo speramus in eum quem
ignoramus Scimus autem de
speratos patrem non esse vel so
cietatem in sorte sanctorum

Super canticum sermone
xxxviij

Sed quo nam modo dei
ignorancia desperacionem
parturit Dicamus forte a
liquis reuersus in se et di
splicens sibi in omnibus malis
que fecit cogitans quod resipi
cere et redire ab omni via
mala et carnali conuersacione
sua si ignorat quam bonus sit
deus quam suauis et mitis et
quam multus ad ignoscendum

nonne sua carnalis cogitacio
arguet eum et dicet Quid
facis vitam istam perdere vis
et futuram Peccata tua maxima
sunt et nimium multa nequa
quam pro tot et tantis nec
si te excoriaueris sufficias satis
facere Complexio tenera
est vita exiuit dilatata co
suetudinem facile vinces

Unde veniat desperacio

Pro hiis et similibus
desperatus resilit miser
ignorans quam facile omnipotens
bonitas que neminem volt
perire cuncta ista dissoluet
Sequitur quod impenitencia que
est delictum maximum et
blasphemia irremissibilis
Ipse vero aut conturbatus
nimia tristicia absorbeatur tra
ctus in profundum nunquam
iam ut consolacionem recipiat
emersurus aut certe dissi
mulans et sibi qualicumque
verisimili blandiens racione
reuocat se irreuocabiliter
ad seculum ad perfruendum
ad deliciandum in omnibus
bonis eius quo ad licuerit
Cum autem dixerit pax et
securitas tunc subitaneus

supervenient ei interitus tanquam
in utero habentis et non
effugiet Ista ergo de ignoran
cia dei omnis malicie consuma
cio venit / que est desperatio
Apostolus dicit quod ignoranciam dei
quidam habent Ego autem dico
omnes ignorare deum / qui
nolunt converti ad eum Nec
enim ob aliud proculdubio re
nuit / nisi qui gravem / et
severum ymaginantur / qui pius
est / durum et implacabilem
qui misericors est / ferum et deta
bilem / qui amabilis est / et
mentitur iniquitas sibi / for
mans sibi ydolum pro eo quod
est ipse De miseria hominis
In 2o libro de consideracione
beati bernhardi

Consulo consideres ma
xime quid es homo
tu / quod et natus es Nec modo
quid natus / sed qualis natus
attendas Unde nudum con
sideres / quia nudus egressus
es de utero matris tue / Con
siderati tibi quid sis / occurret
tibi homo nudus et pauper
et miser / et miserabilis homo
dolens quod homo sit erubescens
quod nudus sit murmurans quod
sit homo natus ad laborem
non ad honorem / homo natus

de muliere / et ob hoc cum re
atu / brevi vivens tempore /
ideo cum metu / repletus enim
multis miseriis / et propterea
cum fletu / et vere multis / et
multiplicibus / quia miseriis corporis
miseriis cordis / miseriis dum
dormit / miseriis dum vigilat
miseriis quaqua se verterit va
cat Quid enim calamitatem
vacat nascenti in peccato fragili
corpore / et mente sterili Vere
ergo repletus cum infirmitas
corporis et fatuitatis cordis
cumulatur eradicatur sordis mor
es addiscere In capitulis
dam sententiis etc

Nemo quippe ex omnibus
filiis ade sine labore
hic vivit / nemo sine dolore
Homo inquit natus ad laborem
Non ad dolorem se natum dubi
tet / qui natus non est in dolore
Sed dolorem parturientis / clamor
dolorem prolis / fletus indicat
et vagitus / labor in actionibus
dolor in passionibus est / Est
qui declinat aliquos sed incidit
proculdubio graviores In labore
inquit hominum non sunt et cum
hominibus / non flagellabuntur
Non tamen continuo sine labore
sunt aut omnino flagellantur
Nemo propterea inquit tenuit
eos superbia Gravis quidam

labor operari sine iniquitate et
impietate sua grauibus plane fla
gellis studet siquidem pauper
in corpore feras sed nichilominus
anxie diues intus in ipsa sua
cogitacione laborat Aperit iste os
suum in oscitacione aperit in
ructacione et interdum grauius
ille fastidio quam iste media
cruciatur Postremo uelint nolint
homines et faciunt et paciuntur
quod providencia summa disposuit In
sermone de passione domini

Aliquin unde graue iugum
super omnes et eos filios
adam usque a die exitus de uen
tre matris eorum usque in diem
sepulture in matrem omnium In
sordibus gignimur In tenebris
confouemur in doloribus partu
rimur ante exitum miseros
eneruamus matres in exitu ut
more viperarum laceramus mirum
quod non ipsi pariter laceramur per
portam ploracionis edimus introitum
quidem utpote uallem ploracionis
ingressi In sermone de ascen
sione domini

Ubi malicie plurimum sapiencie
modicum ubi viciosa omnia
omnia lubrica operta tenebris
obsessa laqueis peccatorum ubi
periclitantur anime ubi spiritus
affliguntur ubi tantum vanitas
et afflictio spiritus est In sermone

de septuagesima

Quis non graue miseris
quibus et viuere labor
est quibus et quod parati
videntur aduertere sentire pe
nitus · nemo ipse quoque sen
sualitatis ipsius inuenerit omnino
adeo ut nequeat sustinere nisi
alterna requie foueatur non
in nobis libera racio sed
ubique ei luctandum est Hic et
ab infimis iusto quodam ca
ptiua tenetur et a summis
indigna repellitur ut neque ab
his sine dolore possit auelli
neque ad alia sine magno
gemitu uel raro quat admitti
De vilitate condicionis hu
mane In meditacionibus c xxxiii

O anima insignita dei
ymagine decorata si
militudine desponsata fide do
tata spiritu redempta sanguine
deputata cum angelis capax
beatitudinis heres bonitatis
racionis particeps quid tibi cum
carne unde ista pateris propter
carnem aliena peccata tibi im
putantur et tue iusticie quasi
pannus menstruate reputantur
atque tu ipsa ad nichilum es
redacta et quasi inane re
putata Nichil aliud est caro
cum qua tibi tanta societas

nisi spuma / caro facta / fragili
vestita decore / Sed erit quod
est cadaver miserum et putridum
et cibus vermium Nam quan-
tumque extollatur semper caro
est Si diligenter consideres
quid per os et nares ceterosque
corporis meatus / egrediatur vilius
sterquilinium numquam vidisti
Si enim singulas miserias eius
enumerare velis / quomodo sit
onerata peccatis irretita viciis
pruriens concupiscenciis oc-
cupata passionibus polluta
illusionibus · prona semper
ad malum / et in omne vicium
proclivis / plenam omni confu-
sione et ignominiam invenies
Propter carnem homo vanitati
similis factus est / quia ex
illa concupiscencie vicium traxit ·
quo captivus tenetur / et
incurvatur / ut diligat va-
nitatem et iniquitatem operetur
Attende homo quid fuisti
ante ortum / et quid es ab
ortu / usque ad occasum / atque
quid eris post hanc vitam
Profecto fuisti quando non eras
Postea de vili materia factus
in vilissimo panno involutus
menstruali sanguine in
utero materno fuisti nutritus
Tunica fuit pellis secun-
dina / sic indutus et ornatus
venisti ad nos / nec memor quam
sit vilis origo cui versus fortasse
favor / populi servet iuvenilis
expressit Subripuere tibi noscere
quid sis homo Nichil enim aliud
homo quam sperma fetidum
saccus stercorum et cibus ver-
mium / Post hominem vermis
post vermem fetor et horror
Sic in non hominem vertitur
omnis homo Tu ergo superbe
non attendis quod fuisti vile
semen / et sanguis coagulatus
in utero / Deinde miseriis huius
vite expositus et peccato / pasca
vermis et cibus vermium futurus
in tumulo / Quid superbis pul-
vis et cinis / cuius conceptus
culpa / nasci miseria / vivere pena
mori angustia Tu carnem
tuam preciosis rebus impinguas
et adornas / quam post paucos
dies vermes devoraturi sunt
in sepulcro Animam vero tuam
non ornas bonis operibus que
deo et angelis eius presentanda
est in celis Quare animam
tuam tuam vilipendis et ei
carnem tuam preponis / Dominam
ancillari / et ancillam dominari
magna abusio est Totus
siquidem iste mundus ad unius
anime precium estimari non potest

Non em deus animam suam
pro toto mundo dare voluit / quam
pro humana aīa dedit Sub-
limis est ergo anime precium
que non nisi sanguine xpi
redimi potuit Unde ergo iter
tanta / pusillanimitas et abiectio
tam mirabilis / ut egregia
creatura capax eterne btitudis
et glē magni dei utpote cuius
sit inspiracione condita similitu-
dine insignita cruore redempta
fide dotata spū adoptata mi-
seram non erubescat sub putre-
dine ac corporeorum sensuum
gerere servitutem Infirmis place
labor admittē curam cordis
et curam carnis agere in de-
siderio / impinguare et fovere
cadaver putridum / quod paulo
post vermibus esca futurum nulla-
tenus dubitatur

De brevitate presentis vite. Pergun. Sermone dicit Capitulum xxix

Vere breve est omne tempus
infelix proinde qui in huius
vita lubrico sedens ruituram non
sentit operam / nec advertit / quam
vapor est ad modicum parens
et vanitas vanitatum / vera
omnia sunt quam temptacio est vita
hominis super terram Siquidem
fallax est / nec simpliciter fallere co-
gnoscit Ut enim illudat hominibus
multiplicita mutat faciem suam
mutat vocem nunc alit / modo
negat nec erubescit De ipsa
quantitate sua diversis diversa
loquitur / immo et eidem diverso
tempore contraria suggerit et
adversa Quodo enim brevem
se esse causatur quodo simulat
longiorem / dum prospere delectat
adhuc gemit altius pro brevitate
sua / nec brevitas falsa / sed
gemitus fallax / quod id memoret
cum merore Dum magis
oportuerat gratulari Siquidem
ipsa vite memoria brevioris
remedium magis quam incentivum
debuerat esse peccati

Quare me detinebis per diversa loca

Quare ergo vitam istam
tantopere desidero / in
qua quanto amplius vivo
tanto plus pecco / quanto vita
est longior / tanto culpa est
maior Cottidie namque cre-
scunt mala et subtrahuntur
bona assidue variatur homo
per prospera et adversa / et
ignorat quando moriatur Sic
enim stella in celo coruscans
velociter currit et repente
desinit et sic scintilla ignis
subito extinguitur et in cinerem
redigitur Sic cito finitam

datur istam cernere vitam. Dum enim libenter ac iocundissime moratur homo in mundo diuque se victurum arbitratur, et multa longo tempore disponit agenda, subito rapitur in morte et ex improviso aufertur a corpore. Dies enim hominis sicut umbra super terram, et tunc ipse est nichil cum stare videtur. Cum ergo thezaurizat in terra, tunc sine dilacione transeat et illud quod colligit et ipse qui colligit. Et tu o homo, quem fructum spectas in mundo, cuius fructus ruina est, cuius finis mors est. Utinam sapies et intelligeres ac novissima provideres. Dic michi ubi sunt amatores mundi qui ante pauca tempora nobiscum erant. Nichil ex eis remansit nisi cineres et vermes. Attende diligenter quid sint vel quid fuerunt sicut tu comederunt et biberunt riserunt, duxerunt in bonis dies suos et in puncto ad inferna descenderunt. Hic caro eorum vermibus et illic ignibus anima deputatur. Tenet turpis infelici collegio colligati sempiternis involvuntur incendiis qui socii fuerunt in viciis. Una namque pena implicat, quos unus amor in crimine ligat. Quid profuit illis inanis gloria brevis leticia mundi potencia carnis voluptas false divicie magna familia et mala concupiscencia. Ubi risus ubi iocus ubi iactancia ubi arrogancia. De tanta leticia quanta tristicia. Post tantam voluptatem tam gravis miseria. De illa exultacio ceciderunt in magnam ruinam et in magna tormenta. Quicquid illis accidit tibi accidere potest quia homo es homo de humo limus de limo. De terra es de terra vivis et in terram reverteris, quando veniet dies ultima que subito venit et forsan hodie ante

De vita viciosa que eciam secundum quosdam sentencias capitulum xxx

Non est via lata via rectitudo quippe ad viam latitudo ad planiciem pertinet. Solitudo in via lata est, via et ubi nulla est via, totum est via. Hic est vita exposita viciis latissimos habens hinc inde terminos, ex nullos terminos habens. Ipsa est spaciosa via cuius latitudinis spacium nullis clauditur metis. Ubi nec

lex est. nec preuaricatio. nec
vita sane dicenda est. quia
verius soli viuitur morti

Super cantica sermone lxxxii

At qualis vita in qua
dampnus foret non nasci
quam non ab ea mori. Mors
potius est / et ideo grauior est
quia peccati non nature. Denique
mors peccatorum pessima. Vita quoque
que secundum carnem viuit anima
viuens mortua est / cui quippe
bonum erat / omnino non viuere quam
sic viuere. In [illegible]

Expedit enim ei qui semper
in anima moritur ut eciam
corpore moriatur. Magis autem ei
bonum erat / si natus non fuisset
homo ille. Vera anime vita
deus est / inter hec solum separat
peccatum. quod quidam anima sua
animam priuat. Hec separat
inter se et deum / ut eo vegetate
tamquam corpus sine anima
si sit anima sine deo plane
mortua est in semetipsa. In
sermone de apostolis

Non viuit qui superbia
inflatur / qui luxuria sor-
didatur / qui ceteris inficitur pe-
stibus / quoniam non est hoc viuere
sed vitam confundere / et appro-
pinquare usque ad portas mortis.
Bonam autem ego vitam puto
et mala pati / et bona facere.
Dicitur vulgo quia qui bene fe-
fecit bene viuit / si mentita
est iniquitas sibi / non bene
viuit qui non bene facit. De
morte corporali super [illegible]
[illegible]
[illegible] sermone lx [illegible]

Quid mors nisi priuacio
vite. Unde enim nisi ex
separatione anime et corporis
mors procedit. Unde est quod
mortuum corpus ex anime
nominatur. Unde autem separacio
hec nisi ex flagellis penalibus
ex qualibet doloris vehemen-
cia / et ipsius corporis corruptione
et pena peti. Merito proinde
timet et odit flagella caro
nostra / quia verum ab ipsius
anime tam delectabili honora-
bilique consorcio / amarum
nimis diuorcium paciatur. In
quibusdam sententiis

Quid vero in rebus huma-
nis cercius morte / quid
hora mortis incercius inuenitur
non miseretur inopiam / non di-
uicias reueretur non genus
cuiuslibet / non moribus non ipsi
denique parcit etati. nisi quod
senibus quidem in ianuis a-
dolescentibus autem in insidiis e-
manet quidem mors. Si sanctus
erit dilectus domini erit ianua
vite erit inicium refrigerii
erit sancti illius mors scala
et ingressus in locum tabernacu-
li admirabilis qui fecit deus noster

In epistola ad Romanum Romane curie subdyaconum

Iustus mortem et si non cavet
tamen non pavet, denique si
morte occupatus fuit in re-
frigerio erit, aperitur quidem
iustus sed secure quippe cum
mors ut prius est exitus vite
ita introitus melioris. In li-
bro epistolarum

Bona mors iusti propter
requiem melior propter
novitatem, optima propter secu-
ritatem. E contra mors peccatorum
pessima, mala siquidem in a-
missione mundi, peior in separatione
anime et corporis, pessima in
vermis igneque duplici contricione.
In sermone de apostolis

Studeamus fratres vivere
vita iustorum, si morte
eorum mori, multo magis desi-
deramus, Sapiencia enim iustorum
novissima prefert, ibi nos
iudicans ubi invenit. Omnino
necesse est prius vite finem
cohercere in primo future, ne
ibi tollerabilis dissimilitudo.
Quantumlibet enim spiritualis
extiterit conversacio, sed car-
nalis fuit consummacio mea
vite illi spirituali non adheret.
In sermone iudicii futuri
super pre gree sedentes (?) virginitatem xxxi

Quid tam pavendum tam
plenum anxietatis et ve-
hementissime sollicitu-
dinis excogitari potest, quam
iudicandum astare illi tanti iu-
dicii tribunali et incertam ad-
huc sub tam districto iudice ex-
pectare sentenciam. In epistola
ad Adam monachum

Ubi iudex teste non indiget,
ubi vitiis desevit incen-
tiones, ubi inquisicio culparum
pertingit ad abdita cordis, ubi
denique secretissimos recessus mentium
divinus ille investigat intuitus,
ad subitum illius solis fulgorem
armarium expansi sinus cuncta
sive bona sive mala evomunt
que celabant, ibi facientes et
consencientes pari pena plectentur.
Ibi fures et socii furum similem
sunt excepturi sentenciam. Ibi par
subibunt iudicium, et qui lactant
et qui lactentur peccatores. In epistola
ad Robertum

Veniet veniet, qui male
iudicata reiudicabit, illicite
iurata consulabit, qui faciet iudicium
iniuria pacientibus. Veniet inquam
veniet dies iudicii ubi plus valebunt
pura corda quam astuta verba
et consciencia bona quam marsubia
plena, quando quidem iudex
ille non fallitur verbis nec
flectetur donis. Verendum valde
tamen ad hoc ventum sit ne in
tam subtili examine multe me-

iusticie ut putant peccata appa-
reant verum est tamen si nosmet-
ipsos diiudicauimus non utique
iudicabimur. Bonum iudicium quod
me illi districto diuino iudicio
subducit et abscondit. Volo
voltui ire iudicatus presentari non
iudicandus. Erit enim tunc non
minime sed iudicii tempus, nec
ulla omnino credenda est erga
impios illic futura misericordia
ubi nulla est speranda correctio.
Iudicemur interim flagellis et tribula-
cionibus illam expectacionem studeamus
penitus declinare iudicio. Item scilicet
de duplici aduentu

Quicumque enim dissimulat
iudicari, eo iudicio quod nunc
est, in quo princeps huius mundi
eiicietur foras, iudicem expectat
uel magis timeant, a quo cum
ipso principe suo eiicientur foras
et ipsi. Super psalmum Cum
sederit vsque xxvii

At non prius benedicti voca-
buntur in regnum quam ma-
ledicti in caminum ignis deicientur
eterni, quo videlicet acrius do-
leant, videntes quid amiserint.
Hoc plane erit tormentum et
magnus quidem malorum cumulus
erit. Erit iusti quoque videbunt
et letabuntur considerantes quod
euaserint. In illa ergo tanta
separacione, erit electis consideracione
reproborum, immensa

quedam materia graciarum accionis
et laudis. Non solum autem sed
et presta securitas iustorum erit
visa retribucio peccatorum, qua-
re nec humanam aliquam nec dia-
bolicam ultra vereri maliciam
possint. De penis inferni
in meditacionibus c. xxxiii

Que infelicitas merorque tunc erit
quis luctus que tristicia
cum separabuntur impii a consorcio
iustorum et a visione dei, et
traditi in potestate demonum, ibunt
cum ipsis in ignem eternum ibique
erunt sine fine in luctu et ge-
mitu. Separati quippe a paradisi
patria cruciabuntur in vehemena
pena, nunquam lucem visuri, nunquam
refrigerium adepturi, sed per milium
annorum milia in inferno cru-
ciandi, nec unquam inde liberandi,
ubi nec qui torquet aliquando
fatigatur, nec qui torquetur
aliquando moritur. Erit enim
ignis consumit ibi ubi semper
reseruet. Erit tormenta aguntur
ut semper renouentur. Iuxta
vero qualitatem culpe penam
sustinebit vnusquisque vehemenciorem
et similes culpe rei simul quoque
similibus iungentur cruciandi. Nil
aliud ibi audietur, nisi fletus
et planctus, gemitus et ululatus,
merores atque stridores den-
cium. Nil aliud ibi videbitur
nisi vermes et laruales
facies tortorum atque ultima

monstra demoniorum. Ubi vermes crudeles mordebunt intima cordis. Erit dolor inde pavor gemitus stupor et dolor horrens ardebunt miseri in igne eterno in eternum et ultra. In carne cruciabuntur per ignem in spiritu per conscientie vermem. Ibi erit dolor intollerabilis, fetor intollerabilis, timor horribilis, mors corporis et anime sine spe et venie. et tamen sine fine. Sic tamen morientur ut semper vivant. Sic vivant ut semper moriantur. **In quodam sermone**

Horrendum vehementer supplicium in quo sunt tenebre exteriores ubi nulla confessio unde nemini datur exire. **In quibusdam sententiis**

Cruciatus illos et tormenta nullius termini finit, illius autem sufficit cogitare. **In libro quinto de consideratione**

O quam male mali omnes locati sunt. videntur ut confundantur, et non videntur ne consolentur. A quo vel a quibus videntur. Ab omnibus videntur ut pre multitudine intuentium sit confusio multa. Sit nullus de tanta numerositate spectantium molestior oculus suo cuique. Non est aspectus sive in celo sive in terra quem tenebrosa conscientia suffugere magis velit unde possit. Non latent tenebre vel seipsas se vident quoque alios non vident. Opera tenebrarum secuntur illos non est qua se abscondant ab illis. Hic est vermis qui non moritur memoria preteritorum peccatorum. Semel iniectus vel potius innatus per peccatum hesit firmiter nequaquam deinceps avellendus. Nec cessat rodere conscientiam ea que pastus esca utique inconsumptibili perpetuat vitam. Horreo vermem mordacem mortem vivacem. Horreo incidere in manus mortis viventis et vite morientis. Hec secunda mors que nunquam perficit sed semper occidit. **In quibusdam sententiis**

Ubi iniquitas peccati ipsius et carnis quodammodo similis videbitur esse conditio, ut quemadmodum culpa semper puniri poterit, nec unquam poterit expiari sic nec in corpore aliquando tormenta finiri, nec corpus ipsum exanimari valeat in tormentis. Cruciatio quidem illa sempiterna deficiet quod nunquam possit culpa deleri. Nec substantia carnis deficiet ne similiter cogat et afflictio carnis terminari. Hec fratres mei. qui pavet cavet, qui negligit incidit. **Explicit liber sextus**

Incipit liber septimus de ascensione et descensione domini Ihesu Christi quibusdam et primum

Deus et saluator
nr ihus xpus
quomodo in celum
ascenderemus
fecit ipse quod docuit. Ascendit
in celum, et qui ascendere non
potuit nisi prius descenderet. De-
scendere autem cum ut ascende-
non paciebatur diuinitatis sue
simplicitas, quippe que nec mi-
nui potest nec augeri nec aliquo
variari. Assumpsit in vnitate sue
persone naturam nram idest huma-
nam, in qua descenderet et a-
scenderet viamque nobis qua ascen-
deremus ostenderet. Manens itaque
quod erat in natura sua, descen-
dit et ascendit, Inter nos in ma-
attingens inimicum a fine usque
ad finem, fortiter et disponens
omnia suauiter. Descendit siquidem
quo in ferius non decuit, ascen-
dit quo celsius non potuit. Ipsa
quoque descensio egit fortiter, quia
virtus erat, ascensio disposuit
suauiter, quia sapientia erat. Sunt
autem gradus in descendendo. Primus
quidem gradus est, a summo celo
usque ad carnem. Secundus usque ad
crucem. Tercius ad mortem.
Ecce quousque descendit. Vidimus
descensum, videamus et ascensum.
Sed et ille quoque triplex est

Et eius primus gradus gloria
resurrectionis. Secundus potestas
iudicii. Tercius consessus
ad dexteram patris. Et de morte
quidem meruit resurrectionem, de
cruce iudicis potestatem, ut qui
in illa iniuste iudicatus de illa
iustam obtinuerit iudicis cen-
suram, ipsam vero sacri sacram
idest carnem in qua passus e
suscitatam erexit, super omnes celos
et super omnes angelorum choros
usque ad dexteram patris. Quid hac
dispositione suauius vbi mors
absorbetur in victoria vbi ignomi-
niam crucis vertitur in gloriam, vbi
et ipsa carnis humilitas, ex hoc
modo transit ad patrem. hac ascensione
nichil sublimius, hoc honore nil
gloriosius dici potest aut excogitari
Sic per incarnationis sue miste-
rium descendit et ascendit, dominus
relinquens nobis exemplum ut
sequamur vestigia eius

De ascensione et descensione
nra In quibusdam finis
capitulum secundum

Descendamus per viam
humilitatis. Ornatur
nobis. Primus eius gradus
idest primus profectus nolle domi-
nari. Secundus velle subici.
Tercius in ipsa subiectione
quaslibet contumelias, et in-
iurias illatas, equanimiter
pati. Sed et homo, vterque
ascendere presumpsere voluit, hic
ad sciam, ille ad potenciam

ambo ad superbiam Non sit ascendere
volentis Primus gradus ascendendi
est innocencia operis Secundus
mundicia cordis Tercius structura
edificationis / Quos gradus modo
modo invenimus in gradibus superioribus
descensionis Ibi quippe fuerat
tercius gradus / tollerancia in-
iuriarum Ipsa est enim que probat
huius ascensionis primum gradum
idest innocenciam operis Ibi secundus
fuerat pacientia subiectionis, et ipsam
operatur mundicia cordis que est
secundus gradus ascensionis Hos
hec enim doctores prelatos faciunt
ut cor mundent Ibi etiam primus
gradus fuerat contemptus
dominationis. Hic tercius est structura
edificationis / quisquis dominari
non appetit. is profecto structure
est post talis instituendus

de duplici morte hominis
In li° de laude nove milicie
C. XI

Peccatum precessit. ut
sequeretur mors / quod
sane si cavisset homo. mortem
non gustasset in eternum Peccan-
do itaque vitam amisit / et mor-
tem invenit / quoniam quidem et deus
ita predixerat / et iustum profecto
erat. ut si peccaret homo moreretur
Quid namque iustius esse poterat
quam recipere talionem Vita
siquidem anime deus est / ipsa
corporis Peccando voluntarie
vitam perdidit volens vivere
nolens perdat et vivificare

Sponte repulit vitam / cum no-
luit vivere. non valeat eam dare
cui vel quatinus voluit Noluit
regi a deo / non queat regere
corpus Si non paret superiori
inferior paret cui imperet Invenit
conditor suam sibi rebellem cre-
aturam / inveniat anima suam
sibi rebellem pedissequam, non
potuit dividi a deo anima nisi
peccando / nec corpus ab ipsa nisi
moriendo Nil profecto consequen-
tius quam ut mors optata sit
mortem spiritualis corporalem / cul-
pabilis penalem / voluntaria
necessariam Cum ergo hec gemina
morte secundum naturam utramque homo
dampnatus fuisset Altera quidem
spirituali voluntaria / altera corporali
et necessaria / utrique deus homo / una
sola corporali et voluntaria / beni-
gne et potenter occurrit Illaque
una sua / nostram utramque dampnavit
Christo quidem Nam ex duabus
nostris mortibus / cum altera nobis
in culpe meritum / altera in pena
debitum reputaretur / suscipiens
penam. et nesciens culpam / dum
sponte. et tantum in corpore moritur
et vitam nobis / et iusticiam
promeretur Alioquin si corpora-
liter non pateretur debitum non
solvisset / si non voluntarie mo-
reretur / meritum mors illa non
habuisset Nunc autem si ut

dētm est · mortis initium ē pctm
et pctī debitū mors Cristo
remittente pctā et moriente
pro pctoribus / profecto iā nllm
est initium / et solutū ē debitum

De morte et uita xpi in eo
dem vbi pius ē tam qctud

Amplius mouet ad pietatē
mors xpi / qm̄ vite re
cordacio Puto q̄ illa austior
hec dulcior videat̄ / magisq̄ in
firmitati blandiatur humane
quies dormicionis · qm̄ labor co
uersacionis · mortis securitas
qm̄ vite rectitudo · Vita xpi viue
di michi regula extitit mors
a morte redempcio Illa vita
instruxit / mortem ista destruxit
Vita quidem laboriosa sed mors
preciosa / utraq̄ vero admodum
necessaria Quid enim xpi prodesse
poterat siue mors nequiter vi
uenti / siue vita dampnabiliter mo
rienti Numquid denique / aut mors
xpi · etiam nunc male usq̄ ad
mortem viuentes / a morte eterna
liberat / aut mortuos ante xpm
sctōs patres / vite sanctitas libe
rauit Nunc ergo qui vtrumq̄
nobis factum pariter erat / et
pie viue / et secure mori / et vi
uendo viuere docuit / et mortem
moriendo securam reddidit / qm̄
quidem resurrecturus occubuit
et spem fecit morientibus resur
gendi

Quod xpus quia homo
fuit mori potuit quia
iustus mors eius liberare
nos potuit ut s̄ c. viij

Unde confidimus quod
xpus mortem abstulit
hinc plane / q̄ eam ipse qui
non meruit protulit Qua
enim racione iterum exigitur a
nobis · quod pro nobis ille iam
soluit Qui pctī initium tulit
suam nobis donando iusticiam
et ipse debitū mortis soluit
et reddidit vitam Erit namq̄
mortua morte reuertit̄ vita
quemadmodū oblato peccato
iusticia redit Porro mors
in xpi morte fugatur / et xpi
nobis iusticia imputatur Verū
quomodo mori potuit qui deus
erat Quomodo nimirū et homo
erat Sed quo pacto mors ho
minis illius pro alio valuit ·
Quia et erat iustus profecto
Namq̄ cum homo esset potuit
mori / cum iustus debuit non
gratis · Non quidem pctor
mortis sufficit solue debitū
pro alio pctore / cum quisq̄
mori pro se habeat / Qui aut
mori pro se non habet nuq̄
pro alio frustra debet
Quanto sane indignius morit̄
qui mortem non meruit / tanto
is iustius pro quo morit̄

vixit Sed que inquis iusticia
est, ut moriens pro impio mo-
riatur Non est iusticia sed mia
Si iusticia esset iam non gratis
sed ex debito moreretur Si ex
debito quidem ipse moreretur
is pro quo moreretur non mineret
At vero si iusticia non esset
non tamen contra iusticiam est
Alioquin et iustus et misericors
simul esse non potest, xpus
igitur et mori potuit cum sit
homo, et mortis moriendo sol-
vere debitum, quia iustus

de infirmitate et maie-
state xpi unde tam, vi

Totum nobis de cristo
valuit. totum salutiferum
totumque necessarium fuit, nec
minus profuit infirmitas quam
maiestas, quia et si ex dei-
tatis potencia peccati iugum vinc-
do submovit, ex carnis infir-
mitate, mortis iura moriendo
concussit Sed et illa eius
iusticia pro qua ei placuit
salvum facere mundum, ut mundi
confutaret sapienciam confunderet
sapientes. quod videlicet cum in forma
dei esset. deo equalis se-
metipsum exinanivit formam
servi accipiens, cum dives esset
esset propter nos egenus factus

est. de magno parvus, de celso
humilis, infirmus de potente
quod esurivit, quod sitivit. quod
fatigatus est in itinere et que
passus est voluntate non necessitate
Hec ergo quedam ipsius stulta
nomine sunt nobis via prudencie
iusticie forma sanctitatis exem-
Mors ergo a morte, vita ab
errore, a peccato gracia liberavit
Et quidem mors per iusticiam
suam peregit victoriam, quia
iustus exsolvendo, que non rapuit
iure omnino quod amiserat recu-
pit. vita vero quod ad se pertinuit
per sapienciam adimplevit, que
nobis vite et disciplinae docu-
mentum ac speculum extitit Porro
gracia ex potestate peccata remisit.
quia omnia quecumque voluit fecit
Mors itaque xpi, mors est mea
mortis. quia ille mortuus est
ut ego vivam Quo pacto enim
iam non vivat. pro quo moritur
vita, si ergo lex spiritus vite in
xpo ihesu liberavit nos, a lege
peccati et mortis, ut quid adhuc
morimur, et non statim in mor-
talitate vestimur Hanc ut dei
veritas impleatur Quia enim
misericordiam et veritatem diligit deus
necesse est quod mori hominem,
quippe quod predixerat deus, sed
a morte tamen resurgere, ne obli-

uisitatur / misereri deus Ita ergo
mors et si non perpetuo dominatur
manet tamen preter uitatem dei,
uel ad tempus in nobis

De duobus considerandis in ope nostre redemptionis super Cantica sermone xi Capitulum vii

Quoniam bona que lar
giri non cessat misericors
et miserator dominus recolere, et
digne recolere, omnia quidem homini
impossibile est, id saltem quod
precipuum est, et maximum opus
scilicet nostre redemptionis a memoria
nostra redemptor aliquatenus
non recedat / In quo ope duo
potissimum intimare curabo Duo
illa sunt modus et fructus
Et modus quidem dei exinanicio
est / fructus vero, de illo nostri
replecio, Hoc meditari sancte spei
seminarium Illud summi amoris
incentiuum vtrumque profectibus
nostris necessarium / ne aut spes merce
naria sit si amore non commitetur
aut amor tepescat si infructuosus
putetur Porro fructus quem ex
pectamus a deo, non erit nisi ex
deo, Erit nisi deus omnia in
omnibus, ut de corpore taceam in
anima tria intueor / racionem volun-
tate et memoriam, et hec tria ipsam
animam esse Quantum cuique
horum in presenti seculo desit, de inte
gritate sua et perfectione sentit
omnis qui ambulat in spiritu Quare
hoc, nisi quia deus non est omnia
in omnibus, Hinc est quod racio
sepissime in iudiciis fallitur
et voluntas perturbacione
lacitatur, et memoria mul
tipliciter obliuione confunditur
Triplici vanitati, hinc nobilis
creatura subiecta est non
volens in spe tamen Nam qui
replet in bonis desiderium
anime, ipse racioni futurus est
plenitudo lucis, ipse voluntati
multitudo pacis / ipse memorie
continuacio eternitatis, ut sit
deus omnia in omnibus racione
recipiente lucem inextinguibilem
voluntate pacem inperturbabilem
consequenter memoria fonti
indeficienti eternaliter inherente
Hec de redemptionis fructu
In modo quoque que dei est
exinanicionem diffinimus tria
precipue intuenda commendo
Non enim simplex, aut modica
illa exinanicio fuit / sed semet
ipsum exinaniuit usque ad carnem
ad mortem ad crucem Quis
digne penset / quanta fuit
humilitas dominum maiestatis
carne induí mulctari morte
turpari in cruce Sed dicit aliquis

nllo auctoris grauamine
[illegible] labore Siquidem dixit
factus sum :/

Nam non valuit opus suum
reparare / creator absque ista dif
ficultate valuit sed maluit / cum
iniuria sui / quo multo dilectorem
hominem debitorem teneret.
commouetque grauacionis dif
ficultas redempcionis / quem
minus esse deuotum fecerat
condicionis alis creacionis faci
litas Quid enim dicebat homo
creatus et ingratus Gratis
quidem conditus sum / sed
quemadmodum vniusa sit be
neficium creatoris attenuans
impietas ingratitudinis mag
nitudinem quam simulabat Vnde
amoris causam habere debuerat
Sed obstructum est os loquen
cium iniqua / luce clarius patet
Quantum modo homo dispen
dium pro te fecit, de domino
seruus, de diuite pauper, caro
de verbo, et de dei filio hominis
filius fieri non despexit. Memento
iam te et si de nichilo
factum, non tamen de nichilo redemptum,
Sed diebus 6 condidit
omnia / et te inter omnia At
vero per totos triginta annos
operatus est salutem tuam in
medio terre O quantum labo
rauit sustinens carnis necessitates
hostis temptaciones Nonne

carnis agrauauit ignominiam
mortis cumulauit horrorem

De duabus rebus que conso
lantur Ecclesiam peregrinantem sup
Cantica sermone xlii eciam viii

Ecclesiam tempore et loco
peregrinacionis sue due
res consolantur. De preterito quidem
memoria passionis Christi. De futuro
autem quod se in sortem sanctorum
cogitat et confidit recipiendam
Ambo veluti ante et retro o
culata in saciabili desiderio / et
vndique est illi refugium a
tribulacione malorum et dolore
Integra consolacio / cum non solum
quid sibi expectandum sed et
vnde id sit presumendum nouerit
Expectacio leta nec dubia / quia
Christi morte firmata est Quid
paueat ad premii magnitudinem
que precii dignitatem consideat
Quam libens mente visit
foramina per que sibi sacrosancti
sanguinis precium fluxit Qua
libens perambulat diuersoria
et mansiones que sunt in
domo patris multe et diuerse.
in quibus habet collocare filios
suos. pro quorum diuersitate meritorum
et nunc quidem quod solum mente
potest, sola in hijs memoria re
quiescit celeste habitaculum quod

de sursum est iam animo intuens
Erit autem cum implebit cunctas
cum et corde inhabitabit, et
mente, cum vacua domicilia
que antiqui reliquerunt habitatores
ipsa que universitatis illustrabit
presencia, filia de cetero perfectione
sui atque dignitate gaudens

De dupplici dileccione spirituali et carnali secundum cantica prima lxxxii capitulum ix

Uere et proprie ad solam
pertinet animam illa dilec
cio qua aliquid specialiter di
ligit, verbi gracia, deum, angelum
animam, Sed et diligere iusticiam,
veritatem, pietatem, sapienciam
virtutesque alias eiusmodi est
Nam cum secundum carnem quippiam
diligit vel pocius appetit anima
verbi gracia cibum vestimentum
dominium, et que istius sunt
corruptibilia sive terrena, carnis
pocius, quam anime dicendus
est appetitus

De vita et sensu anime in quibusdam sentencie capitulum decimum

Magna et nimium inex
cusabilis negligencia nostra
qui cogitacionibus ociosis vaca
ces, tempus amittimus, quibus
nimirum nec penetrande nubes
nec maria transfretanda ut sa
lubres inveniamus cogitaciones
sed infinitas in nobismetipsis
utilium cogitacionum occasiones
et seminaria possumus invenire
Nemoque si tam inerudita et ne
gligens anima fuerit, ut nec
interiora sua sufficiat perscrutari
attendat ea que foris agit
palam et in manifesto, et
in ipsis quoque si diligenter
quesierit inveniet sapienciam
Recte enim considera o anima
quid impendas corpori tuo, et
invenies sine dubio quod vita
ei, sensumque ministras, et vita
quidem toto in corpore invenies
uniformem verbi gracia neque
enim aliter vivit oculus quam
articulus, sensum vero non
ita Cavere ergo, ut tibi
quoque anima tua, que est deus
tuus similia largiatur Neque
enim vivere dicenda est anima
que veritatis non habet cogni
cionem, sed adhuc mortua est
in semetipsa, quemadmodum
et ea sine sensu, quia nec
dum habet dileccionem Est
ergo anima vita veritas, sensus
caritas Nec mireris quod inter
dum anime impiorum noticiam
habent veritatis que tamen expertes
sunt caritatis, quando et

in corporibus non nullis vitam
recipies sine sensu, ut sunt arbo-
res ceteraque similia, animata quidem
sed animatione et non anima
quemadmodum et anime impiorum
habent noticiam naturali ratione
que nondum adiuvantur a gracia
tamen nullatenus sane anime
ab ea. In hiis autem quibus
et cognicionem veritatis et dilectionem
anima spiritualis infundit, non
exteriore quolibet modo sed tam-
quam anima ipsorum, cui ad-
herens unus sicut sponsus cum
ea, in hiis magis indivisa.
cognicio veritatis secundum quod dictum
est de vita corporis, eadem
enim cognicione, et minima et
maxima comprehendis. Por-
ro dilectionem quidem si diligenter
advertas etiam fortasse secundum
quinque corporis sensus, quinque-
partitam poteris invenire. Est
enim amor pius, quo parentes
diligimus. Est et erga sodales
homines amor iustus, et er-
ga inimicos amor violentus. Er-
ga deum sanctus sive devotus.
In hiis omnibus si diligenter
attendis proprium erga singulos
et animo diversum ab aliis
modum invenies. De duobus
gradibus in via spiritus sancti

quibusdam dictis capitulum XI

Sunt qui carne ambulant
ut qui omnem solicitudinem
in hoc ponunt quomodo carnis
molestias evitent. Hii sunt
qui licet virtutes probent, tan-
dem molestias omnino evitare
volunt, concupiscencys eius
pravis nequeunt resistere. Ta-
libus dicit Apostolus Spiritu
ambulate id est solicitudinem in
veram ~~quoquo~~ quomodo molestias
carnis evitatis deposite. In hac
via spiritus, duo gradus sunt
superior et inferior. Inferiori
gradu ambulat homo quando
reversus ad cor, circa affectus
suas, sollicitus in se reprehen-
dit, quod virtuti contrarium esse co-
gnoscit. In hoc gradu sacrificium
deo, contribulatus spiritus et cordis
humiliati, per compunctionem offertur.
De hoc gradu ad superiorem a-
scendens incipit cogitare bene-
ficia dei, et conversus ad gratiarum
actiones, offert deo per devotionem
sacrificium laudis. In utroque quidem
videat eum. In primo crucifixum, in
secundo gloria et honore coronatum.
De duabus alis anime in
quibusdam dictis capitulum XII

Habent fervientes anime
alas quibus volant
spem et timorem quia

volantis est aliquando alta petere aliquando yma. Per spem enim alta petunt, quia in celestibus habitant. Per timorem yma condescendendo enim infirmis instruunt eos, considerantes se ipsos ne et ipsi temptentur. Sed qui hiis duobus modis offendunt scilicet nimio rigore infirmos terriendo, et nimia leuitate vitiis eorum consentiendo. Contra nimium rigorem est consideratio proprie fragilitatis contra nimiam leuitatem zelus rectitudinis.

De duabus operationibus sermonis dei ut[s] capitulum xiii

Sermo dei duo operari debet, et animas viciosas sanare et bonas admonere. Viciosas dico non omnes quibus inest vitium. Sed quia vicio ex voluntate consentiunt nec resistunt quantum possunt. Bonas dico animas non solum perfectas, sed etiam incipientes, quelibet vitium habeant, non tamen consentiunt sed repugnant. Sed tales animae licet ex infirmitate vel ignorantia sepe cadant, tamen per voluntatem quam habent bonam resurgunt. Hec est enim que bonam facit animam, quia cum multa sint bona naturaliter insita sit ingenium bonum, memoria capax, vigil ratio, et cetera anime bona sola tamen voluntas, si fuerit viciosa viciosam facit. Sed quia homo sic (ut) ait Numquam in eodem statu permanet, aut enim deficit aut proficit, proficiendum est in hac nocte, qua ipsa est via. ambulate in ea. De qua ait propheta. Hec est via ambulate in ea. Primus huius vie gradus est recta voluntas. Secundus valida. Tercius deuota. Quartus plena voluntas. In primo gradu anima mente legi dei consentit, sed carne repugnante, bonum quod diligit perficere non invenit, sed sepe malum, quod odit per infirmitatem facit. In hoc tamen recta est eius voluntas quod adversario suo consentiens in se odit quod ille reprehendit. In secundo gradu anima non solum malum quod odit non agit sed etiam bonum quod diligit licet cum grauedine fortiter tamen perficit. 2 In tercio gradu iam dilatato corde currit viam mandatorum dei et delectatur in eis sicut in omnibus diuitiis. 3 In quarto gradu sunt angeli, qui ea facilitate qua semper volunt bonum plenarie perficiunt. Hunc gradum desiderare quidem potest anima ascendere non potest, absque quod corpore aggrauatur. Qui non rectam habet voluntatem fiat e

valuntas

quia impedit eum praua co-
suetudo Qui habet deuotam
et nondum plenam, sciat quia
impedit eum terrena inhitacio
Cuius adhuc viciosa voluntas
est, oret et dicat, fiat vo-
luntas tua sicut in celo et in
terra, se intelligens terram
Illum autem qui rectam volu-
tatem habet celum, quia quan-
tum distat celum a terra, tantum
distat recta voluntas a viciosa
Ita oret qui rectam habet
voluntatem se intelliges terram
Illum autem qui in voluntate
valida est celum Ita de ceteris
ut semper intendat anima pro-
ficere Quia sicut condempnatus
est qui in viciosa permanet
voluntate, ita reprehensibilis
qui in aliis non studet proficere

de duplici lingwa dei et
anime super cantica sermone xlv c xiiii

Spiritus est verbum, spiritus
et anima, habentque lin-
guas suas, quibus se alter-
utrum alloquantur, presentesque indi-
cent Et quidem verbi lingwa
fauor dignacionis eius, anime
vero, feruor deuocionis Elinguis
est anima atque infans, que
hanc non habet, et non potest
ipsi ullatenus sermocinacio esse
cum verbo Ergo huiuscemodi
linguam suam cum verbum
mouet volens ad animam loqui
non potest anima non sentire
Viuus est enim sermo dei et effi-
cax et penetrabilior omni gladio
ancipiti pertingens usque ad di-
uisionem anime et spiritus Et rursus
cum suam anima linguam mo-
uet, latere verbum multominus poterit
non solum quia ubique presens est
sed preter hoc magis quod nisi ipso
stimulante deuocionis lingua
minime ad loquendum moueatur
Verbo igitur dicere anime pul-
cra es et appellare amicam
infundere est. Unde et amet
et se presumet amari Ipsi vero
verbum vicissim nominare dilectum, et
fateri pulchrum quod amat, et
quod amatur, illi sine fictione
et fraude ascribere et mirari
dignacionem et stupere ad graciam
Ceterumque locucio verbi infusio doni
De responsione anime cum graciarum
accione ammiracio

de vigore et
langwore super cantica
sermone li c xv

Cum presto est quod
amatur, viget amor lan-
guet cum abest, quod non est
aliud quam tedium quoddam impa-
ciencie desiderii, quo necesse est affici
mentem vehementer amantis ab-
sente quem amat, dum totus
in expectacione suspensus qua-
mlibet festinacionem reputat

tarditatem Subtractio nempe

tarditatem Subtractio nempe rei quam amas augmentatio desiderii est et quod ardencius desideras cares egrius

De dupplici caritate super cantica sermone quinquagesimo .xxj

Est caritas in actu, est in affectu, et de illa quidem que operis est puto esse datam legem hominibus mandatumque formatum Nam in affectu quis ita habeat, ut mandatur Ergo illa mandatur ad meritum, ista in premium datur Cuius quidem inicium profectum quoque vitam quoque presentem percipi divina posse gracia non negamus Sed plane consummacionem defendimus future felicitati. Quomodo ergo iubenda fuit que implenda nullo modo erat Aut si placet tibi magis de affectuali datum fuisse mandatum, non inde contendo, dummodo acquiescas et tu michi, quod minime in vita ista ab aliquo hominum possit vel potuerit adimpleri Nec latuit preceptorem precepti pondus hominum excedere vires, sed iudicavit utile ex hoc ipso sue illos insufficiencie admoneri et ut scirent sane ad quem iusticie finem niti pro viribus oporteret Ergo mandando impossibilia non prevaricatores homines fecit sed humiles, ut omne os obstruatur, et subditus fiat omnis mundus deo, quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo, accipientes quippe mandatum et sencientes defectum clamabimus in celum, et miserebitur nostri deus Ceterum hoc dixerim siquidem consensimus affectualem legem fuisse mandatum, Sed actuali id potius convenire inde vel maxime apparere quod cum dixisset dominus diligite inimicos vestros mox de operibus infert Bene facite hiis qui oderunt vos Duplicatur autem de opere mencio si in affectione iam fuisset, silencio preterisset hoc dico ut sine affectione simus et corde arido solas moveamus manus ad opera Sed est affectio quam caro gignit, et ideo quasi ratio regit, et est quam condit sapiencia Prima est quam apostolus dicit legi dei non esse subiectam nec esse posse Secundo quod prohibet e regione consentientem legi dei quoniam bona est Nec dubium distare a se contenciosam et consentaneam, longe vero etiam ab utraque distat que et gustat et sapit quoniam suavis est dominus Primam

eliminans. Quedam remunerans. Nam prima quidem dulcis sed turpis. secunda sicca. sed fortis. ultima pinguis et suavis est. Igitur per sacra opera fuit et in ipsa caritas sedet. Non illa affectualis que sale sapientie condita pinguescens magnam menti importat multitudinem dulcedinis domini. Sed quedam potius actualis que etsi nondum dulci illo amore suaviter reficit. amore tamen amoris ipsius vehementer accendit.

Quod alius sit ordo caritatis actualis alius affectualis. Et cur sermo transgressio. Capitulum xvii

Actualis caritas inferiora prefert. affectualis superiora. Etenim in bene affecta mente non dubium est causa quin dilectioni hominis dei dilectio preponatur. et in hominibus ipsis perfectiores infirmoribus celum terre. celum terre. eternitas ipsi carni. Actui in bene ordinata actione sepe aut semper ordo oppositus invenitur. Nam et circa proximi curam. et plus urgemur et plures occupamur. et infirmioribus fratribus diligentiori assistimus sedulitati. et pacis terre magis quam celi glorie iure studemus et ipsa necessitate intendimus. et temporalium inquietudine curarum vix aliquid sentire de eternis permittimur et languoribus nostri corporis postposita anime cura. pene toti nunc infirmi. Orantem denique hominem deo loqui quis dubitat. Quotiens tamen inde caritate iubente abducimur et evellimur propter eos qui nostra indigent opera vel loquela. Quotiens pie cedit negotiorum tumultibus pia quies. Quotiens pro administrandis terrenis iustissime ipsis supersedemus missarum sollempniis. Ordo praeposterus. sed necessitas non habet legem. Agit ergo suum actualis caritas ordinem. iuxta patrisfamilias iussionem incipiens a novissimis. Pia certe et iusta que non sit acceptrix personarum. nec precium consideret rerum. sed hominum necessitates. at non ita affectualis. Nam a primis ipsa ducit ordinem. Est enim sapientia per quam videlicet res sapiunt. queque prout sunt. Ut verbi gratia. que plus natura habet plus et ipsa affectu sentiat. minora minus. minima minime. Et illum quidem ordinem caritatis facit veritas. hunc autem veritatis caritas vendicat sibi. Nam et vera in hoc est caritas. ut qui indiget amplius

acciperant prius Et invisum
in ea cara apparet veritas
si ordinem tenemus affectu
que illa cone. De duabus hu
militatibus sic cap fine
xxxvi° et xvii

Est humilitas quam nobis
veritas parit, et non
habet calorem Et est humi
litas quam caritas format et
inflamat Atque hec quidem
in affectu, illa in cognicione
consistit. Etenim tu si temet
ipsum intus ad lucem veritatis
et sine dissimulatione inspicias
et sine palliatione diiudices
non dubito quin humilieris
et tu in oculis tuis effectus
vilior tibi ex hac vera cognitione
tui, quamvis nec dum fortasse
idem patiaris in oculis aliorum
Eris igitur humilis sed de
opere interim veritatis, et nondum ad
huc de amoris infusione Nam
si veritatis illius que te tibi
veraciter atque salubriter demon
stravit, sicut splendore illustratus
ita affectu amore fuisses, volu
isses procul dubio quod interim est
eandem de te aliam tenere
sentenciam, quam ipse aput te
veritatem lucte cognoscis Dane
quod inte est dixerim, quoniam
plerumque non expedit intestem
omnibus omnia que nos scimus de

nobis, atque ipsa veritatis auctate
et caritatis veritate netamur
palam, fieri velle quod noctat
agnoscenti Aliquin si privato
amore cui tentus decimos pre
intra, iudicium veritatis inclusit
cui dubium est nunquam te veritatem
diligere cui privatum prefares
comodum vel honorem Vides
igitur non est idipsum hominem de
seipso non altum sapere iam
veritatis lumine reductum, et
humilibus consentire munere
caritatis adiutum Illud enim
necessitas est, hoc voluntatis
Et apud temporum humiliatus
necia illa humilitate, quam
veritas sensibus ingerit omne
exhibe voluntatem Et fac
de necessitate virtutem, quoniam nulla
est virtus sine consensu vo
luntatis. Et aut fiet istud
si nolis alter apparere foris
quam te invenis intus De
humiliatione et humilitate
sex cap fine xxxiii
et xxxiiii decimum nono

Humilitas iustificat nos
humilitas dici, et non
humiliatio. Quanti humiliantur
et non sunt humiles, alii cu
rore humiliantur, alii patienter
alii libenter Primi rei sunt
sequentes more, ultimi iusti
Reatus et innocencia porcio
iustitie est, sed consumatio eius

apud humilem Cui dicere
potest bonum michi quod hu-
miliasti me · iste vero humilis
est / Non potest dicere · qui
invitus tolerat · ymmo qui
murmurat / neutri horum pro-
mittitur graciam · quod humiliatur
et si sane longe hii duo
a se differant / et alter quidem
in paciencia sua possideat ani-
mam suam Alter in suo murmure
pereat / Sed enim si uterque iram
neuter ~~tamen~~ graciam promeretur
Non enim humiliatis sed humilibus
dat graciam deus / et solam
graciam quia prefert meretur
leta et absoluta humilitas
Que enim coacta vel extorta
fuerit / et si vitam optinet
propter pacienciam / propter tristiciam
tamen graciam non habet / humilitas
ad quam utique ducit humilia-
cio est via ad humilitatem
sicut paciencia ad pacem / sicut
leccio ad scienciam Si virtutem
appetis humilitatis / viam
non refugias humiliacionis
Nam si non pateris humiliari
non poteris ad humilitatem provehi

de [illegible] affectuum in p[illegible] de affectu [illegible] [illegible]

~~De duplici humilitate ex~~
~~[illegible] sermone [illegible]~~
~~quadragesimali sermone [illegible]~~
~~humilium [illegible]~~

Duo sunt que in nobis
purganda sunt In-
tellectus et affectus Intel-
lectus ut noverit / affectus ut velit

Hii sepius sibi adversantur ut alter
summa petere / alter appetere
yma videatur · Quantus vero
hic dolor / quam gravis anime cru-
ciatus · dum sic distrahitur sic
dilaceratur · sic abrumpitur
a se ipsa Intellectus tunc vere
deprimitur cum multa cogitat ·
cum non colligit se circa unam
et unicam meditacionem · que con-
cipitur de Unitate illa cuius
participacio eius in idipsum / huius-
modi intellectum contingit deprimi et
distrahi per multa / multis et
multiplicabilibus modis Affectus
vero qui corrupto corpore
diversis passionibus afficitur
mitigari numquam potest / nec dicitur
sanari / donec voluntas fiat
una et tendat ad unum Intellectus
ne pluralitatem erat / ne dicta certatim
affectus inquietatus erat / et
multum inquinatus Deus Christus
intellectum illuminat / sensus affectuum
purgat · Venit enim dei filius
et tot et tanta mirabilia in
mundo operatus est / ut non immerito
intellectum nostrum ab omnibus munda-
nis rebus evocaverit / ut semper
cogitemus / et numquam cogitare
sufficiamus / quia mirabilia
fecit · Vere latissimos nobis
ad spaciandum intelligencie
campos dereliquit / et torrens
cogitacionum istarum profundissimus
est / Cuius enim cogitare suf-
ficit qualiter rerum dominus
prevenerit nos / Venit ad nos

subvenit nobis / et singularis
illa maiestas noluit mori / ut
viveremus, servire ut regnare
exulare ut repatrearemus / et usque
ad servilissima opera inclinari
ut constitueret nos super omnia
opera sua. Unde autem nobis in
hiis tenebris veritas Unde ca
ritas in hoc seculo nequam in
hoc mundo qui positus est in
maligno Oputas erit qui in
tellectum illuiet, qui inflamet
affectum Erit si convertamur
ad xpm / et velamen de cordibus
auferatur De cognicione et a
more Dine primo parte sermo
nes de adventu c. xxi

Due penne agnicio et
devocio / levat quippe
devocionis ala Sed sola
non sufficit. Ruit qui una
tantum ala contendit et quo ma
gis attollitur peius collidit
zelus absque sciencia quo vehemen
cius ruit / eo corruit gravius
Ubi vero intelligenciam caritas
agnicionem devocio comitatur Vo
let secure qui euismodi est
volet sine fine qui volat in
eternitatem adherendo ei
qui semper et beate est / semper
et nos esse / et esse beata
potentiamque adherendo autem dixeri
non solum per cognicionem sed per
amorem Nam adherendo veritati
per cognicionem Sed ab illa

defluendo per amorem amando
pre illa solitat vanitatem / hoc
vanitati similis factus est Et
quo iniquius quam contempne veritatem
Quid vero iustius quam contemptoribus
subtrahi et ipsam cognicionem
Quid magis iniustius quam ut id
de eius cognicione gloriari non possit
qui cognitam non glorificaverunt
Itaque appetitus vanitatis est, co
temptus veritatis Contemptus
veritatis causa nostre cecitatis Ex
hac cecitate descendit quod placet
quam pro eo quod est / amamus
vel applaudimus quod non Et
dum sumus in hoc corpore / pere
grinamur ab eo qui summe
est / Et quid est homo o deus
nisi quod notus es ei Itaque
si noticia dei / causa est / ut
homo aliquid sit / ignorancia
facit ut nichil sit Sed qui
vocat que non sunt / tamquam
ea que sunt miseratus quos
dampno redactos al's redactos
in nichilum / manna illud abscon
ditum / quia nec dum possumus
contemplari per speciem / vel
plene amplecti per amorem
dedit interim nobis sapere per fidem
et querere per desiderium per
que utique duo / ad esse de non
esse sumus reducti / fieri incipi
amus inicium aliquod creature
eius / tristeri quique in virum per
fectum in mensuram etatis plen
itudinis cristi Sed procul dubio

erit, cum fides conuertetur in
intellectum, et desiderium pe-
regrinacionis in plenitudinem
commutabitur dilectionis. Si enim
absentes iniciant fides et
desiderium presentes, profecto con-
summat intellectus et amor.
Sicut autem fides ducit ad
plenam cognicionem, sic deside-
rium ad perfectam dilectionem.
Intellectus igitur est fructus
fidei, perfecta caritas desiderii.

De meditacione et oracione in se-
cunda sermonis de sancto andrea
capitulum xxi

Nemo repente fit summus;
ascendendo et non vola-
do summitas apprehenditur sca-
le. Ascendamus ergo velud
duobus quibusdam pedibus
meditacione et oracione. Me-
ditacio siquidem docet quid
desit, oracio vero quod desit
obtineat. Illa viam ostendit,
ista deducit. Meditacione
denique agnoscimus imminencia
nobis pericula, oracione euadimus.

De duplici confessione in
prima parte sermonis de
vigilia Natalis domini

Vera confessio est si [illegible]
si omnia opera vestra deo
sunt et confiteantur ei. Con-
fiteantur autem gemina quadam
confessione ut duplicibus vesti-
amur, id est confessione pecca-
torum, et confessione laudis
divine. Tunc enim veri confes-
sores eritis, si omnis vita nostra
confiteatur nos peccatores et
dignos multis maledictionibus penis,
deum vero summe bonum qui pro
brevibus laboribus et transitoriis
eterna qui condonat supplicia
que meruistis. Quisquis non
ardenter desiderat premium vi-
detur operibus dicere se non
indigere premio, et ita confitetur
non suam culpam aut non
prodesse ei premium, et sic dam-
nam non confitetur bonitatem.

De duabus speciebus superbie
in prima parte epistole
ad [illegible]
capitulum xxiii

Superbia est appetitus
proprie excellencie. Hec
in species duas dividitur: in cecam
et vanam superbiam. Que due
et aliis nominibus appellari possunt:
contumacia et vanitas. Utraque
per intelligenciam, peior vanitate
vicium est. Nam ex illa [illegible]
fallitur oculus. Et ex ista vo-
luntatis appetitus male afficitur,
que melius singularum diffinicionibus
demonstrabimus. Ceca superbia
sive contumacia est vicium quo
se existimat aliquis vel esse
bonum quod non est, vel a se
esse quod non est, in se non
in domino gloriatur. Vana superbia
vanitatis vicium est quo quis
tam de eo quod est quam de eo
quod non est sibi magis quam

1

163

dei laudibus delectatur de duabus speciebus humilitatis. Ca. xxv.

Humilitas est contemptus proprie excellencie. Contemptui opponitur appetitui, duabus quoque superbie speciebus due nichilominus humilitatis species opponuntur. Contra elacionem, ut quod de se novit sentire humiliter contra vanam, nec consentire aliter sencientibus. Nempe qui de seipso sentire humiliter non novit, in utroque ipsius de se iudicium falli potest, ita ut et magis aliquid putet se esse quam sit aut a se esse quod non sit. Et ideo pariter carens quod novit de se humilitate, deceo quod certum est ad esse, non in se sed in domino glatur. Non parcit sibi arrogans, non parcit sibi superbus, nec cupidus vane glorie, et iactator actuum suorum qui vel sibi arrogat quod est, vel mentitur de se quod non est. Solus qui vere humilis est patitur suae, qui ne putetur quod non est, semper quod in se est vult nesciri quod est. Grave verum periculum audire quecumque de se, supra quam stat in se. De duobus cavet ab humanis laudibus quatuor sunt remedia... Ca. xxvi.

Qui humanas laudes consueuit perfecte contemnere, cum se laudari perpendit de eo quod in se novit non esse, nullatenus acquiescens illud sibi commemorat qui te letificat in errorem te mittit. Cum vero laudari se comperit de bono quod se forte habere cognoscit, nichilominus quantum in se est studio virtutis curat a se repellere iactum favoris, dans deo gloriam, dicens. Gracia dei sum id quod sum. Probat autem quisque ipse opus suum, ut sic habeat in semetipso gloriam et non in altero. Fidelis sumet custos, qui sibi oleum favoris sine fraude reservet, ne in adventu sponsi lampas conscientie vacua extinguatur. Non in altero magis, nec enim tutum arbitrium labiis hominum committere gloriam suam, archa utique sine claue et sera. Non tutum plane, sed stultum, ibi thezaurum tuum recondere unde resumere non valeas cum volueris. Si ponis in os meum, iam non in tua, sed in mea potestate cum utique pro meo libitu uel laudare possim uel derogare tibi. Parum vas in custodiam conscientia, et secretis seruandis ydoneum nullis patens insidiis, nulli violencie cedens. Illi quippe oclo

vel manu accessibilis, excepto duntaxat spiritu qui scrutatur etiam alta dei. Quicquid reposuero securus sum quia non perdam seruabit viuo defuncto restituet. Nam quocumque vado ego, ipsa mecum secrete depositum. quod seruandum accepi, adest viuo mortuum sequitur. Utrique michi gloria vel confusio inseparabilis adest pro qualitate deposita. **De duobus in consilio necessariis vnde Capitulum xxvij**

Ad consilium soli eligantur qui et prudentes esse videantur et beniuoli absque prudencia et beniuolencia constat non esse perfecta consilia. De hiis enim ab inspiratione suadet in multitudine hominum erudi(tus) repietes in utraque gloria consiliatur. Haut facile siquidem, vel prudenti beniuolencia vel fideli messe sapiam de preteritis sine numero aut fuit, quos stultis unus expertus esse constiterit. **De duobus in quibus diuiditur regularis obseruancia in libro de precepto et dispensacione Capitulum xxviij**

Pacienda est nobis in duo diuisa obseruacio regularis in precepta et remedia. Preceptis instituitur vita contra peccatum, remediis restituitur post peccatum innocencia.

Sic ergo utraque ista complectitur nostra professio, ut professus quisque cum in aliquo forte regularium mandatorum deliquerit, si ad remedium eque regulare confugit et si transgressor mandati non tamen preuaricator. Solum utique desueuerim fregisse votum, violasse propositum, pactum preuaricasse, qui et preceptum contempserit et remedium. Nam illum dico sane securum qui etiam si interdum limite obediencie preterit, non respuit consilium penitentie. Regulares namque limites et si sepe dereliquit non euadit qui censure que ex regula est disciplinam non infugit. Pro siquidem regula est regularis et in ea reperitur non solum bone vite instructio sed etiam praue emendacio. Inueniuntur in ea precepta obediencie et inobediencie remedia, ut ne peccando quidem a regula recedatur. Fateor sane impossibile cuique mortalium. Venialiter interdum non delinquere in preceptis obediencie, sed nulla iam de impossibilitate querela. Cum quidem per regulam liceat etiam id quoque quod criminaliter delinqui contigerit emendare.

De duobus in monasteriis observandis in capitulo ad admonitionem capitulum xxix

Ut cetera taceam duo precipue in monasteriis conversantibus observanda tradunt: subiectio abbati et stabilitas in loco. Et ita observanda, quatenus neutrum preiudicet alterum, nec alterutrum sibi preiudicent. Ut vero gratia. Erit ut stabilem in loco exhibeas ut abbati subici non contemnas. Erit obedias abbati subiectus ut stabilitatem non amittas. Dico ergo abbati per omnia obtemperandum, sed salva professione. Si abbas meus aut etiam angelus de celo contraria iusserit, libere recusabo huiusmodi obedienciam, que me transgressorem faciat voti, et periurare faciat nomen dei mei. De auctoritate precipientium et qualitate preceptorum ut habetur libro de precepto et dispensatione capitulum xxx.

Quivis inter preceptores reverencior auctoritas eius gravior formidetur offensa, et maioris cuiusque mandati transgressio dampnabilior estimetur. Melius siquidem est obedire deo quam hominibus, et in ipsis melius magistris quam discipulis. Porro in magistris nostris melius quam extraneis. Quibus autem melius constat obedire, ipsis proculdubio et non obedire detestabilius est. Et de mandatis similiter. Maioribus quippe maior, minoribus minor vita opera et cura debetur, de quorum contemptu iuxta eandem consideracionem gravior levior ve offensa contrahitur. Porro maiora minoraque mandata discerni secundum quod magis minusve velle constiterit ipsum qui precipit sive hominem sive deum. Tam ergo qualitas preceptorum quam auctoritas precipientium et obedienti prefigit metam, et inobedienti determinat culpam, quando in prelatis quibusdam gravioris auctoritatis et eo mandatis quibusque maioris voluntatis quo diligencior debetur et obsequendi cura, eo et culpa graviore incurritur in contemptu. Ipsis itaque discretionibus animadversis obediencie modus et pondus inobediencie facile reperitur. De negligencia et contemptu mandatorum capitulum xxxi.

Hec generalis regula de universorum preceptorum que per se aut propter se nec bona nec mala sunt, aut divina institucione aut propria cuiusque professione fixa non sunt

ut non iussa quidem licita uel
quamlibet uel admittunt uel
obmittant, iussa vero sine culpa
non negligant, sine crimine
non contempnant. Et hoc si-
gna, dicto uel risu interdictum
uel indictum silencium. Hec si quis
si contra mandatum non veniunt
nec peccata sunt. Accedente
mandato strennuque ista obseruari
in peccatum reputantur non tamen in
crimen, ita sane si per subrea-
ptionem uel obliuionem, non con-
temptu horum transgressio con-
tingit, utique enim et culpabilis
neglectus et contemptus dam-
nabilis est. Differunt autem
quod neglectus quidem languor
inhercia est, contemptus vero
superbie tumor. Porro contemptus
in omni specie mandatorum pari
pondere grauis et communiter
dampnabilis est, neglectus autem
in fixis grauior, tollerabilior
in mobilibus mandatis. Siquis
alterutrum quocumque modo,
quocumque prelatus ammittitur
pro flagitium est, ac criminale
peccatum, cum tamen leue obmittitur
in tempore uel in loco silencium
forte per obliuionem subrepti-
tius ne per impacium magis
excussus quam presumptus, contra
preceptum quod utique animi
negligentis aut dissoluti specie

iudicium est eo facilime ueniam
promerentur, quo vix uel peccatum
reputatur. Quid cum scienter
et deliberacione in verba ociosa
libitat non iudico lingwa laxatur
Unde minime ei exigenda est
in futuro iudicio. Heu nobis
quia nam poterit reddi racio de
ocio. Alioquin ociosum non est si
omnino racione vacuum non esse.
Et tamen quis nesciat verbum de-
tractionis verbum quantum atia
in minimis talibus idest verbis
ociosis preponderat ad dilectionem
minimeque dampnacionis. Quid
itaque? quia discrecio est
in mandatis consequenter et
in culpis, ut mala grauiora
leuioraque, minor constat transgres-
sio mandatorum. De gemina
specie viciorum in senten-
ciis quibusdam Lxxxiii
Est gemina species viciorum.
Alia sunt enim que
noxent nobis, alia que pro-
ximis. Illa flagitia vocan-
tur facinora, et hec omnia vo-
cantur vallis lacrimarum, quia
omnium fletus fluuio plange-
nda est vita peccatorum. De
valle flagitiorum ascenditur
ad montem castitatis triplici
continencia, membrorum
sensuum, cogitacionum. In prima
continencia exhibetur actus
In secunda vitatur affectus In
tercia refrenatur affectus

Item de valle facinoris asce
ditur in montem innocentie, qua
erigitur scala. quod tibi non vis
fieri alijs ne facias. Et post
in ea triplex gradus timoris
vel eius scilicet qui patitur ne red
dat talionem, vel superiores potestatis
ne inferat vltionem, vel eterni
iudicis qui reddit vnicuique secundum
opera sua. De monte innocentie
confugiendum est ad montem
pacie. et hic quoque erigitur
scala triplicis gradus. Primus
est domini passio. Secundus mentis
fortitudo. Tercius premij
magnitudo. Mons iste secundum
hos gradus est arduus spino
sus. aridus. Arduus propter
difficultatem imitandi passionem
domini. Spinosus propter aculeos
temptacionum. que multiplices
sunt dicimus scilicet verborum contu
melijs verborum. cruciatibus cor
porum. In quibus omnes mar
tires examinantur. Aridus propter
retribucionem premiorum que non in
hoc seculo sperantur sed in futuro.
De veteri et novo homine
in simul quibusdam capitulum
xxxiij

Duo homines sunt. vetus
et novus. Adam vetus
Cristus novus. Ille terrenus
iste celestis. Illius ymago
vetustas. istius ymago no
uitas. Est autem triplex ve
tustas. et contrario triplex
nouitas. Est enim vetustas
in corde in ore in corpore. In
quibus tribus modis peccamus cogita
cione locucione. et opere. In corde
sunt carnalia desideria et se
cularia idest amor carnalis et
amor seculi. Similiter in ore
est gemina vetustas arroga
ncia. et derogacio. Item gemina
in corpore, flagicia et facinora — de quibus supra e proximo
hec omnia sunt ymago veteris
hominis. et hec omnia renouanda
sunt in nobis. Renouetur ergo
cor a carnalibus desiderijs et
secularibus ut exclusis indicatur
amor dei. et amor patrie cele
stis. Recedant ab ore et ar
rogancia et derogancia. et
succedant pro hijs vera peccatorum
confessio et bona de proximis
estimacio pro flagicijs et fa
cinoribus que vetustas corporis
assumatur continencia et inno
cencia. ut scilicet contrarijs. sibi
virtutibus contraria vicia depel
lantur. De duplici timore
in speculo ad hec genera
timoris capitulum xxxiiij
Est timor in vallibus te
stis crudelis qui re
miam, quia non quit, non movet

consequet^r nd/ Est et timor
pius humilis fructuosus. q
cuiq quantumlibet etiam pctori
veniam facile promeret^r. Talis
timor gn̄at et nutrit. et seruat
humilitatem, sed mansuetudinē
sed patienciam. sed longanimitē
Quem nd delectet tam inclita
proles, altius v̄o in ista sobo
les est primacia. Immoderati
tristicia vanitor. horror contemp̄
et desperacio

De duabus filiabus ignorancie sup cantica sermone xviii c. xxv

Pessime matris ignorancie
pessime due filie sunt
falsitas et dubietas. Illa
miserior ista instabilior. perniciosior
illa. ista molestior. Tum
loquit^r sponsus cedit vtraq. et
ista non solum veritatis, sed est
veritas. Est quippe veritas
ille sponsus cui contraria falsitas
est. et sapiencia cum sit candor
vite eterne et vbiq attingat
propter mundiciam suam obscurum
ambigui non admittit. Tande
da sane cum sponsus iste nd loq^r
et si non molesta dubietas
tamen falsitas execranda. aliud
enim eam sub incerto vel hoc vel
illud opinando sentire, aliud
temere affirmare quod nesciatis
aliud est dubitare quod pa
ciaris, aliud est cum sponsus
minime spirat, et aliud sapere
falsitatem quod facile caues
si eandem etiam ignoranciam
non ignoras, aut ergo semper
loquatur sponsus quod tamen minime
quidem est arbitror, aut quando
simile placet hoc ipsum indicet
et loquatur saltim nobis suum
silencium, ne ipsum nobis falso
preire putantes nostrum per ipsa
male secuti sequamur errorem
et si suspendit ambiguo nd
relinquat mendacio. Est
qui dubia profert mendacium
nec mentit^r, et est qui veritatem
quam affirmat nescit et mentitur.
Illam et ille nd quidem
quod non est esse, sed se quod
credit credere dicit et verum
dicit etiam si verum non sit
hoc quod credit. et is cum
certum se vnde non est certus
dicit verum non dicit, etiam
si verum sit de quo asserit

De duplici malo seminato et seminato sup cantica sermone xxiii capitulum xxvi

Cum mala in corde versamus, nostra cogitacio
est, si bona, dei sermo est.
Illa cor nostrum dicit. hec audit
pacem pietatem iusticiam, deus
in nobis loquit^r. nec talia
nos cogitamus ex nobis sed
in nobis audimus. Ceterum

homicidia adulteria furta blasphe-
mia et similia hiis de corde
exeunt, nec audiunt ea sed
dicimus. Sed esse peccata que corde
quidem sentitur, non tamen cordis
est verbum. Nec enim de corde
exit sicut mea cogitacio, sed neque
illud est, quod ad cor facta di-
xerimus, verum videlicet dei, cum
sit malum. Immittitur autem
a contrariis potestatibus, sic fiunt
immissiones per angelos malos
quale vel causa fuit, quod
legitur in cor immisisse dyabo-
lus ut traderet dominum iudas. Hominis
scariothis, verum quis
ita vigilet et diligens ob-
servator motionum interiorum suarum
sive in se sive ex se factum, ut
liquido ad queque illicita sensa
cordis sui discernat inter mor-
bum mentis et morsum serpentis.
Ego nulli hoc mortalium
possibile puto, nisi qui illuminatus
a spiritu sancto spirituale accepit
donum illud quod apostolus
nominat discrecionem spirituum.
Quantumlibet enim quis secundum
Salomonem omni custodia servet
cor suum, et omnia que intra
se moventur vigilantissima
intencione observet, etiam
si diutumo forte in hiis
habuerit exercitium, et fre-
quens experimentum, non poterit
tamen ad purum in se dinoscere
discernere ne abinvicem malum
natum et malum seminatum. Ita
delicta quis intelligit, nec multum
refert mea scire unde nobis
insit malum, dummodo insit sciam
vigilandum pocius et orandum
undecumque sit ne consenciamus.
Non possum tradere vobis quod
non accepi. Non autem accepi
fateor unde assignem certam
nocionem inter partum cordis, et
seminatum hostis. Quippe utrum-
que malum utrumque ambo, utrumque
in corde, sed non utrumque de corde.
Hoc totum michi certum in me
et si in certum, quid cordi quid
hosti tribuam, et id quidem absque
periculo. Sed sane est ubi peri-
culose, ymo dampnabiliter errat
atque ibi interim nobis certa prefigitur
regula, ne quod dei est in nobis
demus nobis, putantes dei visi-
tacionem, nostram esse cogitacionem.
Ergo quantum distat bonum a
malo, tantum ista duo a se
quoniam nec de deo malum, nec de
corde exiget bonum, nisi quid
prius forte de deo concepit.

De duplici corrupcione anime
scilicet et corporis et in quibusdam
sunt. Capitulum xxxvii

Habet anima corrupcionem
suam. Corrupcio anime
tripartita est, quadripartita
est corporis. Corpus siquidem constat

ex quatuor elementis · cum
vero in triplici vi subsistit Est
enim racionalis concupiscibilis ira-
scibilis Bene cuius est cogni-
cio veritatis Corrumpit super-
bia / corrupta aut fallit duobus
modis in cognicione sui et in
cognicione dei Concupiscenciam
corrumpit vana gloria / ira invidia
Corrupcio corporis dicitur ab-
hominacio et fit quatuor modis
secundum quatuor elementa ex quibus
constat Quatuor enim sunt
que corpus corrumpunt Cu-
riositas loquacitas crudelitas
voluptas · Sunt autem quatuor
partes corporis in quibus singulis
maxime vigent singula elementa
Nam in oculis est ignis In
lingua que vocem format aer
In manibus quarum proprie tactus
est terra In genitalibus aqua
Has quatuor partes corrumpit
illa quadripertita pestis / oculos
scilicet curiositas · linguam loquacitas
manus crudelitas · genitalia
voluptas / Sunt sicut homines
corrupti et abhominabiles
Corrupti in anima / abhomina-
biles in corpore · Corrupti cora[m]
deo abhominabiles coram hominibus

De duplici ~~corrupcione~~ ma-
licia dyaboli in sermone de
sancto andrea c xxviii

Habet nequissimus
ille inimicus laqueos

habet et iacula / utpote callidis-
simus venator omnium / solum
siciens sanguinem animarum Alios
aggreditur telis maliciose
cuiuslibet suggestionis / et in-
cautos vulnerat multos quorum te-
nuis est pacia / Alios volu-
ptatibus irretire laborat / et cu-
stodias concludit multitudinem co-
piosam eorum qui in terra per-
repant aut volitat iuxta eam
Sit ergo gaudium in tribulacione
et iam non habet malignus
unde illiciat / non habet unde
deiciat Nichil proficiet inimicus
in eo quem crux christi delectat
Si carnalem suggerit dele-
ctacionem et filius iniquitatis
non apponet nocere ei Si ad
exasperandum temptaverit ama-
ritudinem animi eius qualibus
irritare / non curat delicias
qui ieiunio pascitur / multo minus
murmurare pro eo potest in
quo etiam delectatur In plagis
altissimum posuit refugium suum
ubi nec muscipula inimici time-
nda sit nec sagitta De duplici
sapiencia in quibusdam
dictis c xxix

Alia est sapiencia mundi que
docet vanitatem / et alia
sapiencia carnis · que docet vo-
luptatem Illa tamquam pater
ista tamquam mater nobis est
Sicut enim mater filio suo
semper optat quietem / et

omnem prorsus laborem clau
dit a filio suo · sit caro incras
sata impinguata dilatata / nec
minimis saltem digitus patit'
se contingi · et sicut pater volt
filium suum huc illucque discur
rere ut discat aliqua unde
magnificetur · sic et mundus volt
hominem multis laboribus intricari
ut habeat unde superbiat · unde
inflatus et decipiat de va
nitate in idipsum **De dua
bus sangwisuge fili
abus ut's ca^m xxxv^m**

Sangwissuge due sunt
filie idest pro voluntas
que quasi radix est · Due sunt
filie vanitas / et voluptas cla
mantes · affer affer · Hee nu
quam saciantur · numquam dicit
sufficit · Siquidem nec animi
vanitate · nec voluptate corporis
aut quis saciatur · Effuge sanguis
sugam hanc et omnia reliquisti
Hec enim omnia trahit ad se pre
hac et iugum tam importabile
quam multiplex abicasti · Inquietum
malum quod spiritui semper incum
bens inexcogitabilia semper me
ditatur · Nullum michi onus
importabilius nulla gravior
sarcina est · Sane felices ·
liquet esse qui exonerati sunt
et secure domum expediti Ne
cessitate cum foramen nos ex
pectat · si quem sequimur ascendere
volumus per angustam conten
damus ingredi portam necesse
est · Quid tu camele gibbum
quem tu preciosis proditoris lo
culos tollis · Non impie sic
ingredieris foramen acus ubi di
sarcinas non admittit · Utinam
sapores miser et intelligeres ac
thezauro thezaurum incipiter cu
mulari · Utinam novissima pro
videres animadvertens facile
per foramen acus transituros
non divitiarum cumulos sed delictorum
Nichil enim intulimus in hunc mun
dum hanc dubium quia nec auferre
poterimus quidquam · Etiam hane argen
tum et aurum non michi est
sibi utrumque retinet mundus · In
exorabilem constituit ianitorem
foramen angustie est nil ex
omnibus asportare licebit · Nam
peccatum quia michil est · nulla potest
foraminis angustia retinere · Solum
hoc sequitur te quocumque ieris
quacumque intimis pellem hanc
non depones · Que aut parasti
insipiens cuius erunt **De duo
bus generibus hostium nobis
adversancium in hoc mundo c. xli**

Duo nobis adversantur
hostium genera · malum videlicet
duplex quos facimus et quos
patimur · Hec aut sunt ut
apercius dicatur pena et culpa
Itaque cum sit nobis utraque co
traria vult si volumus utraque pro
nobis ut hi quisque ab illa liberetur

Mitemque adversus istam invet
illam nec parum. Ecce enim
compungimur in cordibus nostris
et in oculis conscientie super delictis
peccatis sed deluit conscientiam et
corrodencium dentes peccatorum
contentus reducens est ad spem
venie. Penitencia ista et vo-
luntaria pena quam patimur
Non solum ante peccata, sed et
peccata futura repellit. Nam et
temptacio pulsat vicia. et
nonulla sic premit ut aut raro
aut numquam venenatum possit
erigere caput. Si pena per nos
facit adversus culpam, ut
vel omnino non sit, vel sit minor
Culpa vero multiplominus agit
ut aut non sit, aut minor sit
pena. Non quidem ut omnino
non sit, sine quantitate sua
minuatur, quod illatenus
expediret. Sed ut non sit
pena aut minor sit pena, videlicet
ut non sit, aut minor sit one-
rosa. Quisquis enim perfecte
senserit onus peccati et anime
lesionem, aut parum senciet
aut ex toto non senciet cor-
poris penam, nec reputabit
laborem, quo peccata novit delicta
peccata, futura caveri. Nunquam
ad laborem creati sumus absit
Nam licet sit homo ad laborem
natus, sed nunc ad laborem

creatus est. Nativitas in
culpa est, ideo et in pena.
Aliena ab utrisque prima creacio
quia sicut non culpam ita nec
penam deus fecit. Itaque
laborantem corpore mens quoque
ipsa suo intenta sit operi
et non vacet causas laboris
cogitet in labore, ut ipsa
ei pena quam patitur, culpa
pro qua patitur reputetur. Vi-
det vulnerum ligaturam, ipsa
sub pannis vulnera meditetur
Singula siquidem cogitacione
humiliamur sub potenti manu
dei, et dulci quadam pietate
mens plena miserabilem se
exhibet in actibus eius. De
duobus lateribus scale
in quibus gradus ducti c. xlii.

Oportet nos domare
carnem, calcare mun-
dum, ut voluptatem corporis
declinantes, caveamus nichi-
lominus seculi vanitatem. To-
tum inimicum quod a via vite
et discipline exercet filios
huius seculi. Totum quod
exercet interim servos dei
in hiis duobus est. Hec ergo
sunt latera scale. Vilitas
et asperitas, quibus deinceps
mentis virtutis, et gratie gradum
firmiter inserantur. Est enim
videre homines, mundi gloriam
spernentes favores calcan-
tes populi, non desiderantes

humanam diem. Sed non a deo
fortes intollerancia corporalis
molestie, non a deo recipientes
mollia, non a deo carnis illece
bras supantes. Unus istos
direxi nisi latus alterum ne teneret
porro uni tantum lateri innitentes
es periculosius nimis assensus
et proximus ruine. Ideo si pecu
catur qui circa carnem videtur
plusquam oportet infirmari, licet
mundi respuat gloriam, nec contu
melijs moveatur profecto longe
horribilius est peccatum, et multo
magis inexcusabile, si quis forte
bitur castigans viliter corpus
suum, et non parcens eius af
fectum, inflammatur tamen nimis re
sistens glorie desiderio, nimis pa
ciens iniuriarum, nichil puritatis
et solide humilitatis habens
nisi immunis a seculi vanitate.
Sane ubi stabilieris et firma
veris in corde tuo et asperitate
corporalis abstinencie ac laborum
amplecti et omni vilitate et
extremitate esse contentus
bona sunt lateri, secura iam
inscende gradus exercicij spiritualis
ut totum quod mundo et carni
subtraxeris, studio pietatis impe
das, oblitus que retro sunt
et extensus in anteriora, ut
ascensionibus dispositis de vir
tute proficias in virtutem
ut videre deum deorum in
syon merearis. De duobus
modis se debet unusquisque

irreprehensibilem exhibere
coram deo et hominibus in
quibus daz (?) sunt capitulum xlim

Debet unusquisque quantum
potest irreprehensibi
lem se exhibere. Primum quidem
coram deo, sed deinde coram
hominibus. Et notandum quod
tribus modis providentur bona
coram hominibus, idest habitu
actione, et sermone. Habitu
ne sit reprehensibilis. Sermo
ne ne sit contemptibilis. Tri
bus eciam modis coram deo
cogitacione affeccione intencione.
Nam et cogitacio debet esse
sancta, et affectio pura, et in
tencio recta. Sunt autem tria ista
idest cogitacio affectio intencio
in anima, sed in ea quasi singula
locis propriis distincta videntur.
Nam cogitacio in memoria.
affectio in voluntate, intencio
in racione consistit. In anima
si peccatum suggeritur memorie
per cogitacionem, nullum tamen pre
buerit aut voluntas affectum
aut deliberacio ipsa assensum
tentatum et si venus (?) est, sed
non morbus fateor quidem
deformitas est. Ideo si volun
tas quoque ipsa iam delectacionis
sensu afficitur, resistit tamen
adhuc deliberacio racionis,
infirmatur quidem, sed nec dum
moritur anima. Tunc enim
dicitur mori quando et ipsa
racio ad peccatum per intencionem curvatur



In ccãis siquidem idest memo
ria et voluntate, non ita est
tollerabile si vel memoria re
cipiat quasi vagam cogitacionem
vel voluntas impuram affectum
Hoc vero gravissimum est et
omnino dampnosum si imaginacio
perdiderit intencionis rectitudinem

De duplici conversione interiori et exteriori ut habetur de ieiunio. Capitulum xliiii

Corporis conversio si
sola fuerit erit nulla
afforma siquidem conversionis
est non virtus vacuam virtute
gerens speciem pietatis. Quisque
homo qui totus pergens in
ea que foris sunt et ignarus
interiorum suorum putas se a
liquis esse cum nichil sit ipse
se seducit. Exteriorum quippe
intuens superficiem salva sibi
omnia suspicatur non sentiens
vermem occultum qui intus
corrodit. **De assumpcione beate marie**

Videas enim interdum sic
palliatum hominem ut
seducat etiam semetipsum. So
las monet manus ad opera
mandatorum, corde penitus arido
ductus consuetudine quadam
In corde enim servus est proprie
voluntatis, cultor avaricie, glorie
cupidus, ambicionis amator
aut hec omnia aut singula
queque vicia intus fovens, et
mentitur iniquitas sibi. Sed
deus non irridetur. **Quod**

duobus modis a corde vita procedit c. xlv

Attende solliciter quid
diligas quid metuas
unde gaudeas, aut unde con
tristeris, et sub habitu religionis
animam secularem, et sub pannis
conversionis, invenies cor perversum
Totum enim cor hominis in hiis
quatuor affectionibus est, et de eis
accipiendum puto quod dicitur ut
in toto converteris ad dominum. Con
vertatur proinde amor tuus ut
nichil omnino diligas nisi ipsum, aut
certe propter ipsum. Convertatur et
et ad ipsum timor tuus, quia timor
est perversus omnis quo metuis
aliquid preter eum, aut non propter
eum. Sicut et gaudium tuum et
tristicia eque convertatur ad ipsum
Hoc autem ita fiet, si non nisi
secundum eum doleas aut leteris
Quid enim perversius magis quam
letari cum male feceris, et
rebus pessimis exultare. Sed ea
quoque que secundum carnem est tri
sticia operatur mortem. Si pro
tuo sive proximi peccato doles bene
facis, et hec tristicia est ad
salutem. Si gaudeas ad munera
ergo hoc gaudium sanctum et securum
Gaudium in spiritu sancto videbis in
dilectione christi fratris congaudere
prosperitatibus, adversitatibus condolere
verum nec ipsa quidem corporalis
parvipendenda conversio quam spiritalis
adminiculum noscitur esse non parvum

Quod duobus modis a corde vita procedit c. xlvi

169

Duobus modis a corde vita procedit, aut quia corde creditur ad iustitiam, et iustus ex fide vivit, et modo corde deus videtur aut quia xpistus vita nostra, qui nunc per fidem habitat in cordibus nostris, cum apparebit, et nos cum ipso in gloria, et qui nunc latet in corde, tunc a corde ad corpus procedet configurandum corpori claritatis sue, ideo dicit Bernardus castrum custodit. Qui corpus suum custodit. Nos autem non sit sed vile sterquilinium custodit qui corpus suum custodit. Quoniam qui seminat in carne, de carne metet corruptionem. Qui vero in spiritu de spiritu metet benedictionem. Ac si dicat colendum et custodiendum magis est animae castrum quam ab ipso vita procedit. Sed castrum hoc in terra inimicorum situm undique impugnatur, et ideo est cum custodia conservandum, idest omni exceptione muniendum. Insertius superius ante et retro a dextris et a sinistris. Inferius impugnat concupiscentia carnis, quia caro concupiscit adversus spiritum. Superius imminet iudicium dei. Horrendum est enim incidere in manus dei viventis. Retro morsus sua delectatio et recordatio preteritorum delictorum. Ante instantia temptationum. A sinistris derogantium fratrum inquietudo. A dextris obedientium statum servantium et devotorum, et hoc duobus modis, aut bonis actibus eorum invidendo. Aut singularem gratiam eorum emulando. Ergo contra carnem rigor triplex disciplinae. Contra iudicium dei iudicium confessionis, et hoc fit dupliciter, manifestum de manifestis, occultum de occultis. Quasi nosmetipsos iudicaremus, non utique iudicabimur. Contra delectationem ex memoria peccatorum frequens delectionis. Contra temptationes orationis instantia. Contra fratrum inquietudinem patientia et compassio, adversus obedientium statum servantium congratulatio et discretio. Congratulatio enim expellit invidiam, discretio nimiam emulationem. De viciis et virtutibus pariter configentibus capitulum xlvi

Sapientia vincit maliciam. Attingens ergo a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter. In celo deiciendo superbum. In mundo superando malignum. In inferno spoliando avarum. Disponit omnia suaviter in celo stantes angelos confirmando, in mundo contractos redimendo, in inferno liberando captivos. Vel aliter. Confugit

timor contra negligentiam
Qui enim timet deum nichil
negligit Si aut nec gloria
prevaluit parit curiositatem, q
enim in seipso non quiescit, fo
ras cogitetur evagari. Ergo
hominem a corde suo eicit, con
tra quam pugnat pietas. que est
cultus dei In corde enim colitur
qui in corde creditur habitat
Curiositas si superest parit, ex
perienciam mali, dum enim evagatur
per multa, facile invenit animus
ubi adhereat ubi noxiam experiatur
dulcedinem Contra hanc pugnat
sciencia docens quid sit expedi
entum, quid non Si prevalet
vero experiencia generat concu
piscenciam ne transeat in affectum
cordis, Transit aut in affectum
cordis qui legem spreuit
Transiuit honestatem, qui
nec ratione regitur, nec inhibet
pudore Timorem aut domini
penitus dereliquit, et est
aput eum pro lege voluptas
solo vehitur appetitu Sequitur
concupiscenciam solam, adversus
hanc concupiscenciam egreditur
fortitudo, quia in illa ut in
manu forti liberacio est
Castigandum ergo corpus
extenuenda adeps de qua pro
dit iniquitas, et peccandi

occasiones auferende Alioquin
si concupiscencia contracta non fuerit
nascitur de ea consuetudo ut sepe
sine omni estu desiderii ad rem
illicitam pertrahat Ex hoc
iam melius est ingenium quam
vires et opus spiritu consilii Ne
forte dum persequimur concupiscenciam
subitam destruamus Consuetudo
si vita non fuerit parit contemptum Ad
versus istum procedit necesse
est spiritus intelligencie illuminans
tenebras meas et lucem ondens
miseracionum dei Intelligencia enim
est de invisibilibus et absentibus
que non experiencia cognoscit
nec racio comprehendit Quia
le est ubi habundauit peccatum
ibi habundauit gracia Et si non
prevaluerit intelligencia reducet
animam ad spem, contemptus deicit
in maliciam, ubi enim desperat
de venia quia potest consolacionem
querere in hac vita Iam non
est liberari nisi contra maliciam
congrediatur sapiencia, ut clauus cla
uum expellat, et dulcedinem
pernicosam amaram reddat dul
cedo spiritualis inmissa Sic sapiencia
vincit maliciam, attingit a fine
usque ad finem, Et a timore
ad sapienciam fortiter eradicans
vicia omnia singula et disponit
omnia suauiter, singulas inserendo
virtutes Expellit enim negligenciam

et timorem immittit / expellit
curiositatem / et immittit pietate
et sic de aliis / et tandem ex-
pulsa malitia · sapia regnat
Ergo quem negligencia obdor-
mitescit · concupia prius excitat
Attraxit experiencia tenuit con-
cupia · ligauit consuetudo / con-
temptus misit in carcerem / malicia
iugulauit E contra vincente
sapia / timor excitat / de malo
pietas · Sciencia dum suggerit
quid et quid factum sit / apponit
dolorem · fortitudo erigit Soluit
consilium Intellectus de tenebris
ducit in lucem · Sapia cibat / et
salutaribus reficit alimentis

De voluntate et ope in
fine de festis sancti stephani
et Johannis etc. ...

Considerent hii qui de vo-
luntate et ope conten-
ciosis solent disputacionibus
concertari Considerent et adver-
tant neutrum negligi oportere
ubi non videtur deesse facultas
presertim cum utrumque sine
altero ubi tamen facultas non deest
saltem consistere possit / Hoc quod
firmiter tenetur prodesse quidem
opus sine voluntate non autem
contra voluntatem / ut unde
saluantur infantes / inde magis

dampnetur ficte accedentes in
ebriloniy / in quibusdam volun-
tas sine ope sufficiens / non
aut contra opus verbi causa
Rapitur quis in bona volunta-
te sed necdum perfecta / necdum
ydonea / martirium sustinere
Quis illi audeat / pro hac
imperfectione negare salutem For-
te enim perfecta / non sinitur in illa
grauem temptacionem venire / ne
deficiat et dampnetur Nimirum
si in hac tam infirma volunta-
te induceretur in camum suspensus ipse
est temptacionem / nec voluntas
roboraretur / quis illi dubitat
defunctorum negaturum / et si
in eo mori contigit etiam con-
dampnandum In ea igitur imper-
fecta voluntate / in qua sal-
uatur ubi deest facultas operis
iam non posset saluari propter
defectum operis vel operis de-
fectionis Idem vero et in igno-
rancia possit accidere Aga-
mus proinde gratias benignis-
simo et largissimo saluatori
qui salutis humane actos
tam copiosa caritate perquirit
ut in his voluntate et opere
in his sine ope voluntatem
in his etiam sine voluntate
opus salutis inveniri letetur

de timore et iustificacione
In epistola ad Thomam pre
positum de bervela c xlviii

Precedit timor et sequitur
iustificacio. Forsitan ergo
timore vocamur, amore iustifica
mur. Audiat itaque in sui voca
cione peccator quod timeat. Et sic
attendens ad solem iusticie vide
at illuminatus quod diligat. Quid
namque est illud / misericordia domini ab
eterno et usque in eternum super
metuentes eum / ab eterno
propter predestinacionem / in eternum
propter beatificacionem / altera carens
principio / altera nesciens finem.
Siquidem quos ab eterno prede
stinat in eternum beatificat intercedente
sane media vocacione et maxime
iustificacione duntaxat in adultis.
Exit ad ortum solis iusticie
sacramentum absconditum a seculo
de predestinatis et beatificandis
emergere quodammodo incipit
ex abyssi eternitatis, dum quisque
vocatus per timorem, iustificatus
per amorem presumit quoque se
esse de numero beatorum, sciens
minime quod quos iustificavit ipsos
et magnificavit. Quid enim?
Audit se vocari cum timore
contremiscit. Sentit et iustificari
cum amore perfunditur et de
magnificacione diffidet? Inicia
provectus de sola consumacione
desperabit? Nempe si initium

sapiencie timor domini in quo decla
rata est nostra vocacio esse / quid nisi
provecta in sapiencia est amor dei
is duntaxat qui merito ex fide
est / ex quo fit et nostra iustificacio.
Quid item nisi consummacio in
sapiencia / ipsa quam in fine speramus
de divina illa et deifica visione
glorificacio.

De duplici abys
so ut supra capitulum xlix

Sit abyssus abyssum in
vocet in voce cataractarum
suarum cum interiore iudicio immensa
illa eternitas et eterna immensitas
cuius sapiencie non est numerus, cor ho
minis pravum et inscrutabile mira sua
bonitate et potencia educit in ad
mirabile lumen suum / ubi gratia
ponamus hominem in seculo seculi
adhuc et sue carnis amore de
tentum / et terrestris hominis yma
ginem portare / incumbentem terrenis
nichil de celestibus cogitantem
quis hunc non videat horrendis
circumfusum tenebris, nisi qui in
eadem umbra mortis sedet
quippe cui nullum adhuc sue
salutis signum eluxit / cui necdum
in aliquo intima testetur inspiracio
An de se bonum quippiam eterna
teneat predestinacio. Dicit vero si
superna eum miseracio dignanter quippe
respexerit immiserit spiritum compunctionis
quatenus ingemiscat et resipiscat
mutet vitam domet carnem pro
ximum amet clamet ad deum
proponat de cetero vivere deo

non sc(u)lo et qua deinde sup(er)ni
lu(m)i(n)is gratuita visitatione et
subita mutatione dext(er)e excelsi
agnoscat se quidem natu(r)a iam non
ire sed gr(ati)a filiu(m) quippe qui
patriu(m) erga se natu(r)o divine
benignitatis experitur affectu(m) qui se ex-
tiq(ue) actenus in tantum latuerat ut
non solu(m) nesciret verum nec dignus
amore sed odio foret Verum
etiam odiu(m) magis et non amore(m)
p(ro)pria conscientia testaretur Erant
enim tenebre adhuc sup(er) faciem
abyssi Nomine iam ubi videt qu(ia)
de abysso profundissima ac te-
nebrosissima aeterne ignorancie
in aliam quandam quasi extasi a-
byssum eregione amenam et luci-
dam claritatis eterne Et tunc de-
mum quasi dividit deus lucem
a tenebris cum peccatori sole illu-
cescente iusticie abiectis operibus
tenebrarum induitur arma lucis
et is quem pridem vita ac p(ro)p(r)ia
consciencia tamquam reum filium ire
pene deputaverat ardoribus sem-
piternis ad tantum visitantis se
dei verus et alto dignationis respi-
rans gr(a)tiam etiam incipit pecca-
torem in spe glorie filiorum dei
quam iam minime audio reve-
lata facie exultans novo in lu-
mine speculatur De gemino
argumento amoris dei erga nos
tam(en)

Nemo se amari diffidat
qui iam amat libenter

dei amor tantum quem p(re)venit
sequitur Nam quomodo redama-
re pigebit quos amavit et
nec dum amantes Amavit
inimicum amavit Pignus enim dile-
ctionis pignus sp(iritu)m habes
et fidelem testem ih(esu)m et
hunc crucifixum O geminum
ipsumque firmissimum erga deum nos
amoris argumentum xpus mo-
ritur et meretur amari Sp(iritu)s
afficit et facit amare Ille
facit cur ameris iste ut ame(ri)s
Ille magnam suam dilectionem co-
mendat in nobis Iste dat
In illo cernimus quod amemus
ab isto sumimus quod amemus
Caritatis igitur ab illo occasio
ex isto affectio Quanta confusio
dei filium ingratis oculis cernere
morientem Quod quidem facile
contingit si desit sp(iritu)s Nunc
autem quia caritas dei diffusa
est in cordibus n(ost)ris per sp(iritu)m
s(an)c(tu)m qui datus est nobis amati
amamus amantes ut amplius
mereamur amari Cum ergo
teneamus geminum n(ost)re salutis
iudicium geminam sanguinis
et sp(iritu)s effusionem neutrum sine
altero prodest Nam nec sp(iritu)s
datur nisi credentibus in crucifixum
Nec fides valet si non operatur
ex dilectione Dilectio autem donum
sp(iritu)s s(an)c(t)i est De duabus consi-
lio beneficiorum suorum et ma-
lorum in x(rist)o ad Theodo-
ricum de Remelu c(apitulum)

Cum mors anime peccatum
sit vita eius sine
dubio sine dubio iusticia
est. Quoniam iustus ex fide
vivit. Iustus autem quis est
nisi qui amanti deo vicem
rependit amoris. Quod non
fit nisi revelante spiritu per fidem
homini, eternum dei propositum super
sua salute futura. Que scilicet
revelacio non est aliud, quam
infusio gracie spiritualis, per quam
dum facta carnis, mortificantur
homo ad regnum preparatur, simul
accipiens in uno spiritu, et unde
se presumat amatum, et unde
redamet, ne gratis amatus
sit. Hoc itaque illud sacrum
secretum consilium quod a patre filius
in spiritu sancto accipiens suis
quos novit per eundem spiritum
iustificando eos communicat, et
communicando iustificat. Quod id
quisque accipit in sui iustifica-
cione, ut incipiat et ipse co-
gnoscere sicut et cognitus est
cum videlicet datur et ipsi aliquatenus
presentire aliquid de ipsius
futura beatitudine, quemadmodum ab
eterno latuit in predestinante
leviusque apparuit in iustificante
De qua cum iam percepta sui-
met ex parte noticia interim
quidem glorietur, in spe nondum
tamen in securitate quam

insipiendi, qui ad tam iocundum
iustorum consilium nullum adhuc
tenet sue vocacionis testimonium
Sed heus vos o infelices a-
matores seculi. Male securi
estis seorsum a iustis consilium
Squama squame coniungitur
et non est spiraculum in vobis
heu inquam et vos, o impii
communicatum ad invicem consilium
Sed plane adversus dominum et
adversus christum eius. Et enim
si dicente scriptura pietas est
cultus dei, profecto quisquis
amat plus, mundum, quam deum impia
atque ydolatra esse convincitur
colens et serviens creature
potius quam creatori, habentibus
aut ut dictum est sanctis atque
impiis suum ad se quibusque consili-
um, magnum procul dubio inter
vosque chaos firmatum est. Nam
quemadmodum iustus longe se facit a
consilio et concilio malignancium
ita nec resurgent anime impii
in iudicio neque peccatores in consilio
iustorum **De profectu et de
fectu in epistola ad Garini
abbatem capitulum lii**

Profectus semper habet
quo proficiat, et qui pro-
ficit eo ipso quo proficit
perfectus non esse convincitur. Quoniam
vera virtus finem nesciat, ex-
ploditur. Augustinus iustus arbitratur

se comprehendisse

se comprehendisse. Numquam
dicit satis esse, sed semper esurit
sititque iustitiam, ita ut si semper
viveret, semper quantum in se
est, iustior esse contenderet semper
ut de bono in melius proficeret
totis viribus conaretur. Non enim
ad annum vel ad tempus instar
mercenarii, sed in eternum divino
se mancipat famulatui. Proinde
iustitia eius manet non in aliquo
tempore, sed in seculum seculi.
Sempiterna itaque esuries sem-
piternam meretur refectionem, et licet
in brevi consummetur pro tempore
videatur, tamen complesse tempora
multa pro virtutis perpetuitate, quo
demumque pacto temporis brevitas
bonorum non preiudicat perpetue devo-
tioni, que perennitatem reproborum
maliciam excusare non sufficit.
Ob hoc enim procul dubio in-
flexibilis et obstinate mentis
punitur eternaliter malum, licet tem-
poraliter perpetratum. Quod breve
fuit opere vel tempore, longum esse
constat in pertinaci voluntate, ita
ut si numquam moreretur, numquam
velle peccare desineret, immo
semper vellet et viveret, ut semper
peccare posset. Itaque indefessum
proficiendi studium et iugis
conatus ad perfectionem perfectio
reputatur. Quod si studere

perfectioni esse perfectum est, profecto
nolle proficere deficere est, ubi
stare enim neque in medio huius
mortalis vite quantum in eodem
statu permanet, aut ascendas
necesse est, aut descendas. Si
attemptas stare, ruas necesse
est. Minime profecto est bonus
qui melior esse non vult, et
ubi incipis nolle fieri melior
ibi et desinis esse bonus.
Hinc plane colligitur quod nolle
proficere, non nisi deficere est.
Vidit scalam Iacob et in sca-
la angelos, ubi nullus resi-
dens nullus subsistens apparuit.
Sed vel ascendere vel descendere
videbantur universi, quatinus pa-
lam daretur intelligi inter profectum
et defectum, in hoc statu mortalis
vite, nichil medium inveniri.
Sed quoquomodo ipsum corpus nostrum
continue aut crescere, aut de-
crescere constat, sic necesse sit
et spiritum aut proficere semper, aut
deficere. De duplici conside-
ratione sui [illegible]

Non numquam de anima
mea cogitans videor mihi
in ea fateor velud duo que-
dam contraria invenire. Si
ipsam prout in se et ex se in ve-
ritatem intueor nichil
in ea verius sentire possum
quam ad nichilum redactam esse

Quid modo necesse est singulas
eius miserias numerare, quomodo
sit onerata peccatis, offensa te-
nebris, irretita illecebris,
pruriens concupiscentiis, obnoxia
passionibus, impleta illusioni-
bus, prona semper in malum, in
vicium omne proclivis, postremo
tocius confusionis et ignominie
plena. Facile est cuique nostrum
si sua plenius intuitus et sine
dissimulacione discuciet et iudi-
cet sine accepcione persone, at-
testari per omnia apostolice
veritati et libere proclamare
qui se putat aliquid esse cum
nichil sit, ipse se seducit. Quid
est homo, quia magnificas eum
aut quid apponis erga eum cor
tuum. Quid? Sine dubio va-
nitati similis factus est homo
ad nichilum redactus est homo
Quomodo tamen penitus nichil
est, quem magnificat deus.
Quomodo nichil, erga quem
appositum est cor divinum. Re-
spiremus fratres, et si nichil sumus
in cordibus nostris, forte in corde
dei potest aliquid latere in nobis
O pater misericordiarum, o pater mise-
rorum, qui apponis erga
nos cor tuum. Quid ergo nichil
sumus, si thezaurus tuus sumus
Omnes gentes quasi non sint sic
sunt coram te, et tamquam nichilum

et inane reputabuntur. Sic quidem
ante te, sed non sic intra te.
Sic in iudicio veritatis tue. Sed
non sic in affectu pietatis tue.
Siquidem vocas ea que non sunt
tamquam ea que sunt. Et non
sunt. Ergo quia non sunt, vocas
et sunt, licet enim non sint quantum
ad se, apud te enim sunt. Utique
iuxta apostolum non ex operibus sed
ex vocante. Sic nimirum si conso-
laris in pietate tua, quam in
veritate tua humiliasti, ut ma-
gnifice dilatere in tuis, qui
angustiatur in visceribus suis.
Quid est homo quia magnificas
eum? Magnus itaque sed in id
siquidem, quia magnificatus
ab illo. Aut quomodo non ma-
gnus apud illum, cui tam
magna cura est de eo. Preterea
sane geminam illam consideracionem
alteram quidem iudicii et veritatis
alteram vero non incongrue vocavi
credimus fidei et pietatis. Nec
mirabere in humanis qualitatibus
tam dissimilia reperiri, sed solet
adversitas quanta et ipsa in eius
substancia convenisse videatur
diversitas naturarum. Quid enim
vita sublimius. Quid vero humi-
limo vel. Quam profecto tam
iuste herentium in homine cohe-
renciam rerum, ipsi quoque sapientes
seculi huius arbitror non latuisse
cum hominem diffinirent animal
racionale et mortale. Mirabilis
siquidem copula, racionis et mortis
mira societas discrecionis, et

corruptionis. Sic inimicum sic in cordibus, sic in affectibus sic in studiis hominum non minor forte et amplior contrarietas invenitur. Hoc si totam pravitatem seorsum intuearis, et rursum quicquid boni videtur inesse gradibus sigillatim plenum censeas miraculum quod tam adversa conveniant. Nam si in utraque consideracionem diligenter inspexerimus nos quid sumus, ymo in yma, quia nichili in alta, quam magnificati sunt pro quibus etiam sollicitudinem gerat tanta maiestas, et cor suum apposuit erga nos, puto temperata videtur glorificacio nostra, sed forsitan magis aucta est, solidata tamen, ut non in omnibus sed in domino gloriemur.

De dupli pudore In libro de laude nove milicie ca. vii q[...] xiii

Est pudor adducens peccatum et est pudor adducens gloriam. Bonus pudor quo peccasse, aut certe quo peccare confunderis, et omnis licet humano arbitrio forte absit, tamen divinum quia humanum tanto verecundiores affectum, quanto et verius deum quam hominem cogitas puriorem, tantoque eum gravius offendi a peccante, quanto constat longius ab illo esse omne peccatum. Huiusmodi procul dubio pudor fugat obprobrium, parat gloriam, dum aut peccatum omnino non admittit, aut certe admissum et penitendo punit et confitendo expellit. Si tamen gloria nostra, hec est testimonium consciencie nostre. Quod si quis peccatum confiteri confunditur, illud unde esse pungitur. Iste pudor peccatum adducit et gloriam de consciencia perdit, quando malum quod ex profundo cordis compunctio conatur expellere, pudor ineptus obstruso labiorum hostio non permittit exire. O verecundia expers temporis, inimica salutis, totiusque ignara honoris et honestatis. Ita ne verecundum est hominem ima a deo et probro ducit humiliari sub potenti manu altissimi. Summum victorie genus homine cedere maiestati et auctoritatis matris ecclesie non reluctari sic honor et gloria. O perversitas non pudet inquinari et ablui pudet. Est pudor iuxta sapientem adducens gloriam. Sic videlicet peccare pudeat, si pudeat vel peccasse, et ita vel sera gloria non carebis, reducente inimicum pudore quam culpa fugaverat.

De lege et gratia super cantica sermone xxx c. lv

Non sicut gratia ita et lex quam dissimili vultu ad omnem conscientiam se offerunt suavitas et austeritas illius. Huius sane ex eque respiciat condempnantem et consolantem.

respicientem et ignoscentem
plectentem et amplectentem
Non pari prosecto acceptabit
voto umbra et lux ira et pax
iudicium et misericordia figura et veri-
tas virga et hereditas sce-
ptrum et castellum Graues de-
mum moysi manus testibus
aaron et hur Graue legis
iugum testibus ipsis apostolis
qui hoc et sibi et patribus
importabile clamitant Graue
iugum et vile premium Nam
terra est in promissione veri-
tas mater eterna promissionem
habens vite que nunc est et fu-
ture facile in duplici gracia
optines ab iniustis te recipiet
propter iugum suaue et propter
iugum sublime Pulsa de
Ciuitate ab iniustitate exci-
pieris dum prouocat sit quod
promittis ut quod imponis non
deceat

De duplici genere prece-
ptorum quibus deus ... ...
... ... xliij

Si scelus domini te de-
seruerit et amor nec
eris amore dignus qui indignus
castigacione censeris Tunc
enim magis irascitur misericordia
impio inquit et non discet face-
re iustitiam Misericordiam hanc ego nolo
Super omnem iram miseracio
ista Sepiens vias meas iusticie
volo meis castigaris per miseri-
cordias illa qua corrigis demum
non qua excludis de via Da
nobis tua benigna misericordia istio
patitur hoc formidolosa mitrit
dissimulacio Non enim solo sed cum
fermio te iratum tunc maxime
considero propicium Et enim tum
iratus fueris mei recordabis

De duplici ira dei super
... ... xliij c. xliij

Duplex in lege veteri
preceptorum genus inuenio
Sunt enim moralia quedam ut
est Non concupisces Non adulte-
rabis Honora patrem tuum et his
similia Sunt etiam figuratiua
et umbratiua quedam ut est
hyrcorum immolacio et sanguis
aspersio vitulorum Verum tamen carna-
lis ille populus nec illa imple-
poterat nec in his optinere
salutem Tunc enim consequentia
racionis ut homine peccante
atrox militaret Mouebat domini
iudeorum corda carnalia Unde
et carnalia eis tradidit sacra-
menta que non possent iuxta
consilium prescientem facere fructum
in iusticie carnis Venit promissum
plenus gratia et veritate Ihesus
dominus deus noster ut ex hoc illa
moralia quidem impleantur
per gratiam Tunc vero umbratiua
et mistica fuerant reuelata
veritate deinceps non ad litteram
obseruentur sed secundum spiritum
spiritualiter intelligantur Propterea
iam non arietes vel thaurus in holo-

Vetante mactatur. Sed viva corporis hostia rationabilis et acceptabilis sacrificium in ieiuniis et laboribus veniam meretur pariter et gratiam. De duobus diebus. Sermo de vigilia natalis domini [illegible]

Secundum aestimationem meam duo sunt dies. Primus qui hominis lapsu labitur usque ad finem mundi dies, cui saepius sancti maledixisse noscuntur. Ab illa enim lucidissima die in qua conditus fuerat Adam, eiectus est et in has rerum concussionis angustias diem tenebrosum incurrit, poena a lumine veritatis extinctus. In hac die nascuntur omnes, si tamen dies debet et non magis nox nominari, nisi quod lumen rationis quasi quandam scintillam nobis inseparabilis illa misericordia dereliquit. Propterea huic diei maledixisse sancti, brevem optantes et cito dari in tenebras, eo quod sit contradictionis et contentionis dies. Dum non cessat in ea caro concupiscere adversus spiritum, legique mentis contraria membrorum lex rebellione infatigabili contradicat. Exurge et devincens quis est homo qui vivet et non videbit mortem. Dicat pro ita quis. Ego non nimis pro mea dictum putem, neglectos stilis propter quos omnia sustinet dum fatigat molesta contradictio qua captivi dicimur et ipsi in lege peccati, quae est in membris ipsorum. Horret nimirum exercitiumque servitutis turpem captivitatem et tristem interitum. Alia vero dies erit in splendoribus sanctorum in perpetuas aeternitates, cum clarescit illud serenissimum mane, cum omnia repromissa, et absorpta erit nox in victoria, cum dimotis umbris et tenebris splendor verae lucis sursum et deorsum intus et extra cuncta pariter occupabit. De eo ob duplicem causam nobis deus [illegible] temporalia [illegible]

Temporalia nobis pater caelestis non benignissima pietate ministrat ob duplicem scilicet causam, ne vel omnino accedentibus infensum fuisse negaret, et sit desperaremus, vel illorum nimia sollicitudo spiritualis exercitii fieret detrimentum. Sine his enim neque vivere neque deo servire possibile est. Ceterum quanto strictius tanto melius omnino militibus suis Christus ad interiora tuenda, id est carnem, magnam ut ita dixerim strictitatem atque penuriam rerum temporalium donat. Nec vult eos rationum multitudine praegravari

In superioribus vero ampliorem latitudinem et habundanciam gracie spiritualis De prosperitate et de adversitate [illegible] de [illegible]

Ut temperancie est presencia populi et seculi huius prosperitatem declinare. Erit interdum iusticie est eciam quidem dispensatione admittere ea. Perseverans quoque omnis temporalis adversitas pro loco et tempore prudenter aliquando fugienda erit. Cum autem necesse fuerit viriliter tolleranda. Et in hiis quidem duobus prosperitatem et adversitatem loquor, humana omnis vita contexitur. Justis enim mixtim presentis seculi, non secularibus tantum, sed etiam spiritualibus viris. Nam et secularibus aliquando que placent quandoque que displicent videmus accidere, et ipsis nichilominus spiritualibus non semper tristia non semper leta succedunt. Sed est vespere et mane dies unus. Verum hoc modo dum presens seculum manet vel magis manat et fluit. Ceterum post hoc seculum manet vel magis manat duo sunt futura secula valde diversa et divisa, ita ut in altero non sit nisi fletus et stridor dencium, in altero solum gratiarum actio et vox laudis. Ceterum sit eatenus modo multa paciuntur adversa ita nec ipsis servis dei omnia in hoc modo aptata succedunt. In die ergo malorum memores sunt bonorum ne pusillanimes fiant et impacientes. In die quoque bonorum ne memores sint malorum nec extollantur et dicant in habundancia sua, non movebimur in eternum. Ceterum cum secularium rerum prosperitas reddit stultum secularem, sic potest et habundancia spiritualis prosperitatis reddere insipientem spiritalem atque ita non spiritalem. Spiritalis quippe dividat. Sed si adversitas frangat multos, tam multo plures extollit prosperitas. Semper quia utrobique periculum est. Orat sapiens et dicit Divicias et paupertates ne dederis michi, ne forte aut divicie extollant in superbiam aut paupertas deiciat in [illegible]

Bern. li. de consideracione

Quam rarus semper extitit qui non vel modice in prosperitate animi relaxavit a sui custodia et disciplina. Ecce hec non fuit in tantis ad disciplinam quod ignis ad ceram quod solis radius ad nivem vel glaciem. Sapiens David, sapiencior Salomon fuit, sed blandientis nimis prosperitatibus, alter ex parte, alter ex toto desipuit. Agnus qui in rebus in adversa non excidit vel

paucum a sapientia. Licet inter cu
pidus felicitas si arrisit non irrisit
Evangelium facilius invenimus qui
sapientiam retinuerunt contraria
sibi fortuna, quam qui prospera non
providerunt. Preferendus etiam
ille magnus est. cui inter prospera
saltem ~~prospera~~ visus indecencior
aut sermo insolencior, aut immo
deratior cura vestis vel corporis
non irrepsit **De gemma uni
tate bonorum. In sermo
ne de assumptione beate marie**

Unitas bonorum gemma
est. Illa est enim que
iustificat. Illa que glorificat
Illa meritum. Ista primum est u
nitas que iustificat nunc potissime
necessaria est. Ipsa est enim decus
suavitatis quam dulcedine sancte
insonat psalmista Ecce quam
bonum et quam iocundum habitare
fratres in unum. Ipsa est unitas
quam summa diligencia observan
da tradidit apostolus dicens Sol
liciti servare unitatem spiritus, in
vinculo pacis. Servatur autem hoc
unitatis bonum, duobus modis ab
hiis qui curam gerunt servandi.
Debet quisque perfectus unitatem
habere ad seipsum debet et ad pro
ximum. Ad seipsum per integritatem
ad proximum per conformitatem.
Omnis quippe creatura et ma
xime racionalis debet suum principium
imitari. Cum igitur deus ne
sit unus et idem et in ipso perfectus

nec ullo indigens inest ei
tamen benignitas erga nos, et
amor et benivolencia in nos
veniens. Debemus et nos quisque
sibi esse unus per integritatem
voluntatis, et unum cum proximis
per vinculum dilectionis. Et hac
unitatem quam quemque sibi ipsi
exigimus debere habere, tria sunt que
solent impedire. Nimietas pu
sillanimitas levitas. Et nimii
quidem sunt qui putant se posse
que non possunt, et que non acce
perunt presumunt. Pusillanimes con
trarii sunt nimiis, leves et
inconstantes sunt qui circumferuntur
omni vento doctrine, quibus quod
ante placuit, nunc displicet, et
quod nunc eligunt post paululum
reprobabunt. Sed quid prodest
hec vicia enumerasse nisi etiam
edoceamus quibus remediis ea
possit in semetipso quisque cavere
Igitur contra nimietatem oppone
nda est consideracio proprie fragi
litatis. Ipsa est enim que ociosa
presumcionem potissimum demit. Contra
pusillanimitatem habenda est
divine potestatis fiducia, ut
quod tuis viribus te non posse pu
tas, et illius adiutorio possis.
Contra levitatem adhibenda
est consultacio senioris in stilis
doctrinis variis et peregrinis ab
ducaris. Unitas etiam illa quam
habet quisque ad proximum duobus
modis habetur, dum et nos per

Dilectom tendimq in aliu/ et
altius quam vicissim in nos
recipimq affcm/ et hoc etiā
duobus modis impedit' obsti-
stinaton et suspitone Obsti
nato nō per mittit nos ad
altius cor ingredi/ ne suspicō
patit' nos credere ab aliis
amari Ita fit ut dū nec nos
aliū obstinati diligimq/ nec
ab aliis diligi/ suspiciosi pu-
tamus/ Unitas que cū pro-
ximis vallanda est impedia'
verū huic duplici morbo du-
plex caritas medet' illa scz
que non sua querit/ et iterū
illa que omnia credit/ habeat
estinatus caritatem nō que-
rentem que sua sunt/ et ali-
os diligat Habeat suspiciosus
caritatem omnia credentem
et ab aliis se diligi sine
dubio credet De duplici ge-
neracōne Quārendne de
diligendo deo Capitulum
xcv

Quamdiu stare pns
sclm cernit' in quo
gnacio advenit/ et gnacio
pterit/ nō deerit electis con-
solacō de memoria dei/ quibz
nondum de pncia/ plena re-
fecō indulgetur Justū quippe
est ut quos pncia nō dele-
ctat presto eis sit memoria
futurorū/ et qui de rerū flu-
enciū/ qualem affluencia be-

spiciunt consolari recordacio
illos delectet eternitatis Et
hec est gnacio querenciū dom̄
querenciū que sua sūt/ sz facie
dei Jacob/ dei ergo querentibz
et suspirantibz pnciam ipsi
interim et dulcis memoria
est/ nō tamen qua sacient'/ sed
quo magis esuriant unde sa-
cientur Ve tibi gnacio praua
atqz peruersa Ve tibi pple stulte
et insipiens/ qui et memoriā
fastidis/ et pnciam expauescis
cito quidem nec modo liberāī
vis de laqueo venanciū Si-
quidem qui volūt diuites fieri
in hoc seclo/ incidūt in laqueū
dyaboli/ nec tūc a vō aspo
potis liberari O verbū asperū
o sermo durus Ite maledicti
in ignem eternum Ut vero
gnacio rectorū bndicetur/ qui
vtiqz cū aplō siue absentes
siue pntes contendūt placere
deo Tunc illa gnacio que nō
direxit cor suū/ et nō ē credita
cum deo sps eius/ sz magis
sperans in incerto diuiciarū/ scō
quidem experietur/ quā nullius
comparacōne doloris iugū xpi
suaue/ et onus leue fuerit
Cui tamqm graui et aspero
duram ceruicem supbe subdu-
xit Non poteritis o miseri

servi mamone similiter post aurum
abire, et probare quia suavis
est dominus. Proinde quia suave
in memoria non sentitur. Ceterum
fidelis anima et suspirat pre-
senciam insistanter et in memo-
ria requiescit suaviter. De fide
et spe super cantica sermone
xxxi capitulo lxiii.

Vivimus in umbra christi
qui per fidem ambulamus
et carne ipsius pascimur, ut
vivamus. Caro enim christi vere
est cibus, et id sane donec
vivimus inter gentes. Nam inter
~~angelos~~ angelos aliter, quando
iam indifferente omnino felicitate
cum ipsis videbimus eum sicuti
est, hoc est in forma dei, et
non in umbra. Quomodo enim
non est distinctio eius qui per
fidem ambulat, et illius qui
per speciem. Ergo iustus ex fide
vivit, beatus exultat in specie, et
ideo sanctus homo interim vivit
in umbra christi. Sanctus angelus
in splendore vultus glorie gloriatur.
Et bona fidei umbra, que lu-
cem temperat oculo caliganti, et
oculum preparat luci, quicquid sane
est illud, quod videt angelus.
Hoc michi fidei umbra servat
fideli, suum repositum in tempore
revelandum an non expeditius
tenere ut involutum, quam nudum



Non capis. Umbra christi caro
eius est umbra eius fides.
Quo michi non obumbrat
caro eius qui in misterio man-
duco eam. In umbra sumus
quamdiu per fidem ambulamus
et non per speciem, et ideo iustus
in umbra qui ex fide vivit.
At qui vivit ex intellectu
beatus est, qui non in umbra sed
in lumine. Opus est venire
ad umbram, et ita ad id cuius
umbra est pertransire. Vide
ergo ut vivas in umbra eius
ut quandoque regnes in lumine eius.
Nec enim tantum umbram habet
sed et lucem. Ipse per carnem
umbra est fidei. Ipse est intel-
ligencie lux per spiritum, et caro
enim est et spiritus, caro in carne
manentibus, spiritus in spiritu.
Nos vero interim christi carne pasta-
mur, misteria veneremur, exempla
sectemur, fidem servemus
et vivimus profecto in umbra.
De duobus que intencioni
necessaria sunt Bernhardus quando
doctus super cantica sermone xl capitulo

Pura erit intencio, sed
in omni actione nostra
aut honorem dei, aut
utilitatem proximi, aut bonam
conscienciam queramus. Duo quedam
in intencione necessaria requiruntur, res
et causa, idest quid intendas et propter quid

Ex hijs sane duobus / anime
uel decor ul deformitas indi-
catur / ut verbi causa Si inte-
dat quis aīm inquirende vitati
atqꝫ id solo vitatis amore
honme is tibi videtur et rem
et causam hre honestam / Ex
si mīme quidem vitatꝭ desiderio
sed aut inanis glē / aut alicuius
qualiscumqꝫ comodi temꝑalis
obtentu in vitatem intenderit
nam et si vnā ꝑtem biptite
intencōnis videatur habere
formosam / nō tn̄ ut arbitror
dubietatꝭ iudicare ul ex parte
deformem cuius altam partē
cause turpitudo fedauit Si
aut videris homiem nullis ho-
nestis studijs intendente / sed
carnis tm̄ labilis illecebris ve-
tri et luxurie deditū Quid
istud nisi ex vtraqꝫ parte fe-
dissimū iudicabis / in cuius
vtiqꝫ intencōn res et causa
reproba inuenit͛ Ergo in-
tendere nō in deū ſꝫ in sclm
seclaris aīme est / Nec illam
vllam prorsus partem specio-
sam habentis / Intende͛ aut
q̄i in deum / sed nō ꝓpter deū
ꝑpōtte plane aīme sūt / cuius
et si vna pars decora vide͛
quod ad deū qualitumqꝫ intē-
cōne respiciat / ipa tn̄ simulacō
ꝯmem in ea decore extermiat

et magis per totū ingerit fe-
ditatem Si aut ul solū uel
maxime ob vite ꝑntis nctia
ad deum conuītit intentōm / non
quidem sete ypocrisis puttida
pusillamitatꝭ tn̄ vicio dicimus
sub obscuram et minꝰ acceptā
porro intende͛ in aliud q̄m in deū
tamen ꝓpter deum / nō ociū
marie sed marthe negocium
est Absit aut ut que huiusmodi
est / quicq̄m illam dixerim hre
deforme / Nec tn̄ ad perfectū
affirmauerim ꝑuenisse decoris
quippe que adhuc sollicita est
et turbatur erga plima / et nō
pōt ꝯ̄enorū actuū ul tenui
puluere nō respergi Ergo solū
require͛ deū ꝓpter ipm̄ / solum
hoc plane est / vtramqꝫ biptite
intencōnis partem hre pulcer-
rimam / atqꝫ id ꝓprium et spāle
sponse xp̄i

De gr̄a et libero arbitrio In libro de gr̄a et libero arbitrio c. lxv

Liberum arbitriū est qđ
in homine saluat͛ Tolle
liberum arbitriū nō erit qui
saluetur Tolle grām nō erit
vnde saluetur / Hoc opꝰ sine
duobus fieri nō pōt / vno a quo
fit / altō cui vel in quo fit
Deus auctor salutis est liberū
arbitriū tm̄ capax est Nec dac
illam nisi deus / nec capere

Ualet nisi liberum arbitrium.
quod ergo a solo et soli datur
libero arbitrio, tam absque consensu
esse non potest accipientis quam
absque gratia dantis, et ita gratia
operari salutem, cooperari dicitur
liberum arbitrium dum consentit
hoc est dum saluatur. Consentire
enim saluari est. Proinde pecoris
spiritus salutem huiuscemodi mi[ni]me
capit quia illi voluntarius consensus
deest quo saluanti deo placide
obtemperet sive iubenti, acquiescen-
do sive pollicenti, credendo sive
reddenti gracias agendo. **De
voluntario consensu et
naturali appetitu inter
capitulum xxij**

Aliud est voluntarius
consensus, aliud naturalis
appetitus, posterior quippe nobis
communis est, tamen irracionabilibus
nec valet consentire spiritui carnis
irretitus illecebris, hunc
communem habentes cum bestiis
consensus voluntarius nos discernit.
Est enim habitus anime liber sui.
Si quidem est neque cogitur nec ex-
torquetur, est quippe voluntatis
non necessitatis. Nec negat se nec
prebet cuiquam nisi ex voluntate
alioquin compelli valet in vicijs
violentus est non voluntarius.
Ubi autem voluntas non est nec con-
sensus. Non enim est consensus
nisi voluntarius. Ubi vero
consensus ibi voluntas. Porro
ubi voluntas ibi libertas.
Et hoc est quod dici puto
liberum arbitrium. **Quid
habeamus ex gratia quid
ex libero arbitrio in libro
de gratia et libero arbitrio capitulum**

Uelle inest nobis ex libero
arbitrio. Non etiam
posse quod volumus. Non dico
velle bonum aut velle malum
sed velle tantum. Velle etenim
bonum, profectus est, velle ma-
lum defectus. Velle vero simpli-
citer ipsum est, quod vel proficit
vel deficit. Porro ut ipsum
esset creans gratia facit, ut
proficiat, saluans gratia facit
ut deficiat ipsum se deicit. Ita-
que liberum arbitrium nos facit
volentes, gratia volentem beniuo-
los, ex ipso est nobis velle, ex
ipsa bonum velle. Quemad-
modum namque aliud est timere
simpliciter, aliud timere deum
aliud amare, et aliud amare
deum est, vincere quippe et
amare, simpliciter quidem prolata af-
fectiones, cum additamento aut
virtutes significant. Ita quoque
aliud est, aliud est velle bo-
num. Simplices nempe affectus
insunt naturaliter nobis tamquam ex
nobis, additamenta ex gratia
nec aliud est profecto nisi quod
gratia ordinat quas donat creans
ut nil aliud sint virtutes nisi affectus



N

Deo igitur velle quomodo et timere, quomodo et amare accepimus in condicione nature ut essemus aliqua creatura velle autem bonum, quomodo et timere deum, quomodo et amare deum accepimus in visitatione gratie, ut simus dei creatura. De presencia nostra cum deo et peregrinacione nostra ab ipso sermo de precepto et dispensacione c.

Incognitum cognoscimus tamquam in presencia contemplantes. Iam tu domino sumus inquantum adhuc de futuris presumimus credentes que non intelligimus sperantes que non videmus. Sed a domino peregrinamur et in corpore vel aliter habemus unde corpori et unde domino inhereamus. Illud inhitando et sensificando illud credendo et diligendo. Neque enim presencior spiritus est ubi vobis animat quam ubi amat, nisi forte magis esse putetur ubi invitus et ex necessitate tenetur quam quo sponte et alacri fertur voluntate. Denique ubi est thezaurus tuus ibi et cor tuum est. Item si deum amas anima ex ipso vivit ubi corpus ex ipsa, quo pacto queso presencior esse credatur ubi dat, quam unde accipit vitam. Fons siquidem vite caritas est. Nec vivere animam dixerim que ex illo non hauserit. Haurire vero quid potest nisi fuerit presens illi fonti qui caritas est que deus est, presens igitur deo est qui deum amat inquantum amat. In quo enim minus amat absens profecto est. In eo autem minus deum amare convincitur quod carnis abs... necessitatibus occupatur. Illa vero circa corpus occupacio quid est nisi a deo quedam absentacio. Et absentacio quid nisi peregrinacio. Et peregrinamur ergo a domino et in corpore peregrinamur. Cum quid nisi minuitur et intencio impeditur occupacionis et curis caritas fatigatur. De virtute et sapiencia super cantica sermo lxxxv cantica ...

Donum dei est virtus deputanda in datis optimis. Cognata virtus sapiencie est, verum tamen effectum in anima non habent, sed ad varias et diversas necessitates veluti diversa sese participando accomodant. Iuxta quam enim aliud est aut virtute agi, et aliud sapiencia regi aliud dominari in virtute, aliud in suavitate deliciari. Rigor namque virtutem, sapienciam placiditas animi cum spirituali quadam suavitate demonstrat. Resistitur firmitate resistere vim vi repellere que utique in partibus virtutis deputatur. Honor quidem est, sed labor est

Non est enim idipm laborez
tuum laboriose defendere / et
quiete possidere Non est idem virt
agi et virtute frui Quid q
vtus elaborat / sapia fruitur
et q sapia fruitur / et q sapia
ordinat et delibeat moderat
virtus exequitur / Sapiam scri
bere in ocio ait sapiens Ergo
sapie ocia negocia sunt / ex
quo ociosior sapia eo exercita
cior in genere suo Ex regione
vtus exercitata clarior est eo p
probatior quo officiosior Et
si quis sapiam vtutis amorez
diffinierit / no michi a vero de
viare videtur Ubi aut amor
est labor no est / sed sapor / et
forte sapia a sapore denoiatur
Nec dixerim reprehendendum
si quis sapiam saporem boni
diffiniat / Hunc saporem pdidi
ab ipo pene exortu generis
nri. Ex quo cordis palatuz
sensu carnis prevalente / Infecit
virus serpentis antiqui / cepit
no sapere bonu et sapor no
xius subintrare Insipia mu
lieris saporem boni exclusit / q
serpentis malicia mulieris in
sipiam circumvenit Sed nunc
assidue sapia vincit maliciam
in mentibus ad quas intraverit
Saporem mali que illa intra
xit / sapore extimans melior

Intrans sapia / dum sensu car
nis infatuat purificat intel
lectum cordis palatum sanat
et repat. Sanato palato / iam
sapit bonu / sapit ipa sapia
qua in bonis nllm melius
Quā mlta sunt bona / et no
sapiunt facientibus Siquidem
no sapore boni ad illa sed
aut rone aut occone / si nature
no impelluntur Et econtrario
mltis que faciunt no sapiunt
mala / sed ad hec inducuntur
aut metu / aut cupiditate rei
cuiq pram pocius quam sapore
mali Qui aut transierant in
affectum cordis / aut sapientis
sunt / et ipo delectantur sapore
boni / aut maligni sunt / et in ipa
sibi placent malicia / etiam no
spe altius comodi blandiente
Malicia vero quid nisi sapor
mali / Beata mens qua sibi
totam vendicavit sapor boni
et odium mali / Hec est sapie
victoriam feliciter expiri Nam
sapia vincere maliciam compro
batur / cum exclusio sapore mali
qui no aliud quam ipa malicia
est / boni quidem intimus sapor
intima mentis occupare / tota
suavitate sentitur Itaqz ad
virtutes spectat tribulaciones
fortiter sustinere ad sapiam
gaudere in tribulacionibus

Confortare cor tuum et su-
stinere dnm vītus est gusta-
re et videre / quoniam suauis
est dominꝰ sapiēs est / a pdestia
animi probat sapientem Con-
stantia viru vtutis ostendit
In vtute stabilitas / in sapiā
maturitas **De actiua et co-
templatiua vita Sup
can̄ smōe xlvi capm̄**

Lecte appetis contem-
platōnis quietem / et
benefacis Ergo cura / vtutu
exercitio / sctiu ociu preuenire
aliioquin dilatato satis ocio dor-
mitare voles / si nō exercitatꝰ
quiescere appetas / et hic fecu-
ditate neglecta / solis cupias
rachelis amplexibus oblectari
Hec est pposterus ordo est / an
mitum exigere pmium / et an
laborem sumere cibum Non
igitur putes de pro amore
quietis / facte obediē actibꝫ
seniorū vl tradicionibꝫ pīudicāu
vllatenꝰ faciendum Aliioquin
non approbat dominꝰ tue conte-
platōnis mane ociu / propter
quod nō exaudiet orones tuas
vocatusꝗ nō veniet Nec enī
dabit inobedienti copiam sui
tantꝰ obediēcie amator ut mori
qꝫ nō obedire maluerit **Sup
Cantica smone quin-
quagesimo primo**

Ex bonis opibꝫ recipit
consolatōem mēs assue-
ta quietis / quociens sibi lux
ut assolet contemplatōnis
subtrahitur / Quis enī non
dico continue / sed vl diu / du
in hoc corpe manet / lumie
contemplatōnis fruatur Et
quociens corruit a contemplatōn
tociens in actiuā se recipit / in
minimū tamqꝫ ex vicino familiari
reditura indeprō / quoniā sunt
inuicem contubhales et co-
habitant hee due parit Est
quippe soror marie / martha /
neqꝫ enī et si a contemplatōs
lumiē cadit / patit enī vllatenꝰ
se incidere tenebras pctī seu
ignaviam ocij Bene in luce
bone opatōnis se retinens / lo-
quitur vobis expimenta quod
expertus sū Si quando sane
tempi profecisse aliquos vidi
ex meis monitis / tue nō pigint
me fateor curam pretulisse ser-
monis pro ocio et quieti pa-
tienter auellor ab infecunde
Rachelis amplexibus / ut
michi exubērent fructus pro-
fectuum vestrorum Caritas
enī que nō querit / que sua
sūt / vt michi id studium fac-
le persuasit / nil sꝫ desidera
bilius meorū vris pferre valitatꝫ



Vacare legere scribere medi-
tari / et si sunt qua alia spiritualis
studii exercitia. Hec arbitratu suo
inter vos dementa. Hec siquidem
vera et casta contemplacio habet
ut mentem quam divino igne ve-
hementer succenderit, tanto reple-
at zelo et desiderio acquirendi
deo qui eum similiter diligant
ut ocium contemplacionis pro stu-
dio predicacionis libentissime inter-
mittant / et rursum potita votis
aliquatenus in hac parte tanto
ardencius redeat in idipsum
quanto fructuosius intermisisse
meminit. Et iterum sumpto conte-
placionis gustu, valenciusque ad
conquirenda lucra lucta solita
alacritate recurrat. Ceterum inter
has vicissitudines plerumque
mens fluctuat metuens et
vehementer exestuans, ne forte
aliorum horum dum suis affectionibus
hinc inde distrahitur, plus quam
mediocriter a divina deviet volun-
tate / unicum quippe in hujusmodi
remedium seu refugium oracio est
et frequens gemitus ut ad deum
quid quando nobis demonstrare dignetur


De duobus generibus pariendi
in spirituali matrimonio se-
cundum sermone lxxxv c lxx

In spirituali matrimonio duo sunt
genera pariendi. Et hoc etiam
diverse soboles, sed non adverse

Cum sancte mentes aut predican-
do animas, aut meditando
intelligentias pariunt spirituales.
In hoc ultimo genere interdum
exceditur et seceditur et a cor-
poreis sensibus, ut sese non
sentiat, que verbum sentit. Hoc
fit cum mens ineffabili verbi
illecta dulcedine, quodammodo
se sibi furatur / immo rapitur atque
elabitur a seipsa, ut verbo fruatur.
Aliter sane afficitur mens fruc-
tificans verbo, aliter fruens
verbo. Illic sollicitat necessitas
proximi, hic invitat suavitas
verbi. Et quidem leta in prole
mater, sed in amplexibus sponsa
letior. Cara pignora filiorum,
sed oscula plus delectant.
Bonum est salvare multos.
Excedere autem et esse cum verbo
multo iocundius. Sed quando
hoc, aut quamdiu hoc dulce com-
mercium, sed breve momentum
et experimentum rarum. O quisquis
curiosus es scire quid sit hoc
verbo frui, para illi non aurem
sed mentem. Non docet hoc
lingua, docet gracia.

De dupli-
ci excessu super cantica sermone
[illegible] septuagesimo
secundo

Inter medios laqueos in
hac vita incedit qui utraque ta-
cens non timet, quoniam secta alia
vehementi cogitacionum circumspecta



Abripitur. Si tamen ad usque mente secedat et avolat, ut vel communem transcendat usum et consuetudinem cogitandi. Etenim frustra iacitur rethe ante oculos pennatorum. Quid enim formidetur luxuria ubi nec sentitur vita? Excedente quippe anima et si non a vita, certe a vite sensu, necesse est etiam ut vite temptatio non sentiatur. Utinam hac morte ego frequenter cadam, ut evadam laqueos mortis, ut non sentiam vite luxuriantis mortifera blandimenta, ut non obstupescam ad sensum libidinis, ad estum avaricie, ad iracundie et impaciencie stimulos, ad angores sollicitudinum et molestias curarum. Moriatur anima mea morte, ut non illaqueet illam iniusticia, nulla oblectet iniquitas. Bona mors que vitam non aufert, sed transfert in melius. Bona, qua non corpus cadit, sed anima sublevatur, que sensu non sopiat sed abducat, non vita sed vite eripiat laqueis. Verum hec hominum est, sed moriatur anima mea morte, si dici potest, etiam angelorum, ut presentium memoria excedens rerum, se inferiorum corporeariumque non modo cupiditatibus sed et similitudinibus exuat, sitque illa pura cum illis conversatio, cum quibus est puritatis similitudo. Talis, ut opinor, excessus aut tantum aut maxime contemplatio dicitur. Rerum etenim cupiditatibus vivendo non teneri humane virtutis est; corporum vero similitudinibus speculando non involvi angelice puritatis est. Utrumque tamen divini muneris est, utrumque temporum transcendere est, sed longe unum, et alterum non longe. Transilisti carnis oblectamenta, ut nunc iam non obedias concupiscentiis eius nec tenearis illecebris: profecisti, separasti te, sed nondum elongasti, nisi et circumvolitantia undique phantasmata corporearum similitudinum transvolare mentis prevaleas puritate. Hucusque noli tibi promittere requiem; erras si citra inveneris te estimas locum quietis, secreta solitudinis, luminis serenum, habitaculum pacis.

De duplici promissione domini secundum presentem ... [illegible]

Gemina est promissio domini secundum vitam eius que nunc est et future. Si enim solum promitteret regnum et in itinere essent de esse viatores, conquererentur

Homines respondere(n)t
Magnu(m) est quidem quod
promittit s(ed) p(er)merendi
illuc / nulla facultas dat(ur)
p(ro)p(ter)ea qui post hoc seculu(m)
vitam promisit eternam / p(er)
dandu(m) et in hoc seculo cen-
tuplum providentissima piet(a)s
promisit Centuplu(m) (con)solac(io)
p(re)ntis laboris / vita eterna
future felicitatis consumacio
est Sit i(n)initu(m) et o(mn)i(a) p(ar)t(ic)ip(e)s
huius seculi solet tibi in ope
mercedes in fine dari In
czimbusdam dictis
Datum optimu(m) est cen-
tuplum hoc desursu(m)
est / descendit a p(at)re luminu(m)
Manna absconditu(m) q(uod) victori
promittit Nome(n) novu(m) q(uo)d nemo
scit nisi qui accipit An non
o(mn)ia possidet cui o(mn)ia coop(er)ant(ur)
in bonu(m) An no(n) centuplum
habet eum qui implet(ur) sp(irit)u
sancto / qui xp(istu)m habet in pectore
nisi quod longe plusq(uam) centu-
plum est visitacio paclita sp(iritus)
p(re)ncia xp(ist)i Hoc centuplu(m) adop(ci)o(n)is
filioru(m) est lib(er)tas primicie
sp(iritu)s delicie caritat(is) gloria
consci(enci)e / regnu(m) dei / no(n) utiq(ue)
esca vel potus / s(ed) iusticia et
pax et gaudiu(m) in sp(irit)u sancto
Gaudiu(m) sane no(n) modo in spe
glo(ri)e / sed eciam in tribulacionib(us)

hic est ignis que(m) voluit xp(istu)s
vehementer accendi Hec virt(us)
ex alto que andream fecit
desiderate autem laurenciu(m)
videre carnificem Stephanu(m)
in morte pro lapidantibus
flecte(re) genua ad oracio(n)em Hec
illa pax qua(m) suis reliquit
xp(istu)s / quando dedit et sua
Siquidem donu(m) et pax est
electis dei / pax utiq(ue) et donu(m)
future vite Illa sup(er)at o(mn)e(m)
sensu(m) / et hinc quitq(ue) sub sole
placet / quitq(ue) in mu(n)do concu-
piscit(ur) no(n) potest co(m)parari Hec
gr(aci)a devoc(i)o(n)is et unctio do-
cet de o(mn)ib(us) / qua(m) expertus
novit / et expertu(s) ignorat / q(uonia)m
nemo scit nisi qui accipit
In czimbusdam s(er)mone
Hoc centuplu(m) quod in
hoc seculo / s(er)vi(s) conte(m)p-
torib(us) exhibet(ur) / nec e(st) illud
s(e)p(a)rat(um) v(est)ro / eloquio co(m)medat(ur)
Solus est sp(iritu)s qui revelat
Omne causa pagina consulitis
expe(r)ienciam mag(is) requirite Sa-
pia est cuiq(ue) p(re)ciu(m) nescit homo
de occult(is) trahit(ur) / nec in t(er)ra
suavit(er) viventiu(m) / invenit(ur) ista
suavitas Inimica suavitas d(omi)ni
est / nisi gustaveris no(n) videbis
no(n) illud erudicio / s(ed) unctio doce(t)
nec consci(enci)a / s(ed) (con)sci(enci)a co(m)p(re)hendit
Eiusde(m) p(ost) czim(busdam) h(ab)etur usq(ue) iiij

Manna enim est, eciam saporem habens et odoris delectacionem. Requies est vera et sincera suavis et salubris iocunda et sancta. Hec est promissio vite presentis. Nam promissionem future quis explicat? Cui expectacio iustorum leticia et tanta leticia, ut omne quod desideratur in seculo non valeat comparari ipsum quod expectatur. Quid enim? Oculus non vidit deus absque te que preparasti diligentibus te.

In quibusdam dictis

Pax enim est que exsuperat omnem sensum, pax super pacem indeficiens exultacio torrens voluptatis omne fluen leticie, gaudium plenum. Cogita quicquid vis, quicquid potes ex opta excedit cogitatum omnem desiderium omne exsuperat, illa felicitas, eternitas illa, illa beatitudo.


De dupli[ci] confessione corporis et anime in futuro. In quibusdam dictis ...

Sedebit corpus immortalitatis et impassibilitatis gemma quadam felicitate dotatum liberum ab omni necessitate ab omni corrupcione securum, alienum et immune ab omni concupiscencia plenum gloria configuratum demum claritati corporis christi. Sedebit et anima nil metuens nec cupiens, ultra nimium plena beatitudine, et secura plenitudine fruens, nullos iam cogitacionum fluctus nullos affectionum sentiens motus, sed eterne illi incommutabilitati prorsus et sic adherens deo, ut unus iam spiritus sit secum cum eo. O si animus sedes totus tuus modo nec modo porcio quidem sedet in quo nichil tranquillum, nichil quietum sedatum nichil, nichil unquam in eodem permanet statu, sed cuncta in motu sunt, omnia mittat, fluctuat universa. Postremo ubi cedepisit adhuc caro ad sensus suos, spiritus adhesit carnem. Quid ita homines sedere videtur, nec sola concupiscencia turbat pacem, impedit sessionem nedum necat esse sedatum, sed duplex quoque corporis, miseriam hominis contricio vexat presentis videlicet sensu doloris, et metu mortis future. Nimirum cum possibile sit et mortale duplex nichilominus animus agitatur. Solicitudo videtur spei vero et timoris. Inter hec nempe fluctuat iugiter dum peccati corpus inhitat ascendens usque ad celos et iterum usque ad abissos descendens et habescens in malis et ad bonum inconnivens ardescens.

de gaudio domini et expec
tatione anime sanctarum
in sermone de omnibus sanctis
c lxxv

Hec est plane requies
domini non intensa / non
circa aliquid certum restricta
quoniam in omnibus gaudet / in omnibus
delectatur / in omnibus requiem querit
et invenit Nam et bona ei pla
cent / ~~sed in ipsis quoque suppliciis
impiorum Quid ergo poterit~~
in scripis / et delectatur in misericordia
ordinatione malorum bona diligit
iram et iudicium / nec modo in
bonorum gloria sibi complacet / sed
in ipsis quoque suppliciis impiorum
Quid ergo poterit ne putas
humana anima in hoc gaudium
domini / et in hanc eius requiem
intrare / ut et ipsa quoque in omnibus
delectetur / ne aliqua iam privata
affectione contrahat in rugam
sed transeat in affectum quendam
generalem atque divinum / poterit
sine dubio si fidelis inveniatur
super pauca que accepit in huius
sue tempore / id est super actus super
sensus / super appetitus suos quos
suscepit regendos / ut in his pro
batur quoniam fidelis domino suo
sit / nec dubium / quin fidelem
in modico servum super multa
constituat / dominus liberalis
et dives Tunc enim fidelis
servus super omnia bona constituitur

Domini sui / cum in gaudium
eius meretur intrare / et cum
eo deinceps letari in omnibus
in cunctis gaudere in omnibus
delectari Etenim qui adheret
deo Apostolo testante / unus spiritus
efficitur cum eo et voluntas
eius omnino divine adherens
voluntati fit una cum eo / ut
iam nichil / quod contra eam sit
inveniatur in omnibus creaturis
deus universa fiat / vel magis
maneant pro eius arbitrio
Hec est beata spes quam ex
pectant anime sancte De
duplici glutino quo
sibi coherent beati spiritus
in celo in sermone de de
dicatione c lxxvi
Disiuncta lingua et la
pides domum non faciunt
nec in eis habitare quis potest
Sola ergo coniunctio domum
facit Sic celestium spirituum
perfecta unitas sine ulla divi
sione connexa integram et con
gruam deo reddit habitationem / quam
ineffabiliter habitat inhabitans
gloria maiestatis Cuius enim
paret universa regum consilia
aut quis omnia eorum dicta
vel facta sic nosset quemadmodum
palliaci lapides et ligna si
non deesset illis intelligentie
sensus Itaque celestes illius
curie lapides vivi et venerabiles



Nimirum intersunt consiliis et eiusdem misteria noverunt audiuntque audiuntque verba ineffabilia que non licet homini loqui Quanto enim plus videt tanto plus intelligit et quanto plus tanto plus diligit quanto etiam magis laudant tanto amplius amitant verum sibi duplici lapides illi glutino cognicionis plene et perfecte dilectionis Tanto siquidem maiori ad se invicem dilectione copulantur quanto ipsi dilectioni que deus est viciniores assistunt Sed nec ulla separare eos ab invicem suspicio potest ubi nil omnibus quod in altero sit alterum latet patet penetrans omnia radius veritatis Quoniam enim qui adheret deo unus spiritus est cum eo nichil dubium est quin perfecte adherentes ei beati spiritus cum eo pariter et in eo penetrent universa et cetera Explicit liber septimus Incipit liber octavus de trinitate creata in quibusdam dictis Capitulum primum

Beata illa et sempiterna Trinitas pater et filius et spiritus sanctus unus deus scilicet

et summa potencia summa sapiencia summa benignitas creavit quandam trinitatem ad ymaginem et similitudinem suam animam rationalem que in eo prostat vestigium quoddam illius summe Trinitatis quod ex memoria racione et voluntate consistit Sed hec trinitas creata cecidit per suggestionem delectationem et consensum et ab illa summa et pulcherrima bonitate scilicet sapiencia potencia puritate in quandam contrariam et fedam trinitatem scilicet infirmitatem cecitatem et immundiciam Memoria enim facta est impotens et infirma racio imprudens et tenebrosa voluntas impura Porro memoria que simplicis divinitatis potenciam stans cogitabat cecidit in tres species cogitationum affectuosas onerosas ociosas Affectuosas voco illas in quibus sola afficitur ut in cibis rerum novarum edendi bibendi ceterisque similium Onerosas in exterioribus administrationibus et occupationibus ducis Ociosas quibus non afficitur nec oneratur et tamen ab eterno contemplatione per illas descendit ut si cogitet de gestis cuiusdam aut



Auem volantem Ratio
quoque triplex est casus Si-
quidem eius discerne erat
inter bonum et malum, verum
et falsum commodum et incomo-
dum In quibus discernendis
tanta modo caligine excecatur
ut sepe in contrarium ducatur
iudicium recipiens malum pro
bono, falsum pro vero, noxium
pro comodo et aconuiso Nunquam
vero in hiis falleret si nunquam
lumine quo creata est privaret
voluntatis ruina similiter cu-
pita est Que enim solum
benignitati et privati inheret
et eam solam diligere
debuit, etiam hec infima
lapsa per concupiscentiam car-
nis, per concupiscenciam
oculorum, et ambicionem seculi
terrena dilexit Quid hoc
infelicius casu potest estimari
ubi perempta memoria ratione
voluntate tota anime substantia
primitur De triplici verbo
in quibusdam sermones c ii

Dicimus verbum incarnatum
verbum inspiratum
verbum eructuatum Primum
facit cognitionem, secundum confessionem
Tercium vivificacionem Primum
obfuit, Secundum non profuit
Tercium innuit Primum obfuit

quia cum cognovissent deum
non sicut deum glorificaverunt
ut gratias egerunt, sed evanuerunt
in cogitacionibus suis et ob-
scuratum est insipiens cor
eorum Secundum non profuit quia
non data est lex que posset
vivificare Tercium innuit
quia per carnem redemit Primum
totum de foris Secundum foris
et intus Tercium totum intus
Et nota quia quod eructuatur
de plenitudine eructuantis
cum quadam ipsius sapore
profertur Et ideo sapientia
incarnata dicitur verbum in se
eciam plenitudinem in miraculis
cognitionem in doctrina confusionem
in passione vivificacionem De
tribus considerandis in
mysterio incarnationis
dominice In quibusdam decre
tum etc.

Misterium incarnationis
eciam in se considerata
continet scilicet formam humilitatis
probamentum dilectionis sacra-
mentum redempcionis Formam
humilitatis demonstrat va-
gitus pueri, locus diversorii
reclinacio in presepio
pannorum involucio Proba-
mentum dilectionis pro nobis mors
quia maiorem caritatem nemo habet quam
ut animam suam ponat quis pro amicis suis



[S]acramentum redemptionis triplicem ostendit potentiam divinitatis, scilicet quod de nichilo aliquid fecit, inveteratum renovavit, temporalem perpetuavit.

De triplici mixtura quam fecit deus in assumptione nostre carnis. In sermone de vigilia natalis domini. Capitulum tertium

Tria opera, tres mixturas fecit omnipotens illa maiestas in assumptione nostre carnis. Ita mirabiliter singularia et singulariter mirabilia, ut talia nec facta sunt nec facienda sint amplius super terram. Coniuncta quippe sunt ad invicem deus et homo, mater et virgo, fides et cor humanum. Admirabiles iste mixture, et omni miraculo mirabilius, quod tam diversa ab invicem in unum potuerunt coniungi. Contraxit se maiestas, ut quidem quod melius habebat ex seipsa limo nostro coniungeret, ut in persona una sibi invicem unirentur deus et limus, maiestas et infirmitas, tanta vilitas et sublimitas tanta. Nil enim deo sublimius, nil vilius limo, et tamen tanta dignatione dei descendit in limum, tanta dignitate limus ascendit ad deum, ut quicquid deus fecit, homo credatur fecisse. Quicquid limus pertulit, deus in illo pertulisse dicatur, tam ineffabili quam incomprehensibili sacramento. Hec est prima et superexcellens mixtura. Et hec prima inter tres. Adverte homo quia limus es et non sis superbus, quia deo iunctus es, et non sis ingratus. Secunda est virgo et mater, utique et admirabilis et singularis. A seculo non est auditum quod virgo esset que peperit, quod mater esset que virgo permansit. Siquidem iuxta rerum ordinem virginitas est ubi fecunditas perditur, nec fecunditas ubi virginitas. Sola hec est in qua virginitas et fecunditas obviaverunt sibi, ubi semel factum est quod factum non fuerat nec fiet ulterius, quia nec primam similem visa est nec habere sequentem. Tertia est fides et cor humanum, et hec quidem prima et secunda inferior, sed non minus forsitan fortis. Capitulum enim quomodo cor humanum hiis duobus fidem accommodavit. Quomodo credi potuit quod deus homo esset, quod virgo fuerit que peperisset? Quomodo hoc potuit persuaderi humano generi universo orbi tract



Tot est tam potenter per-
suasum est, ut michi credibile
faciat credencium multitudo.
Iuvenes et virgines senes
cum iunioribus elegerunt
mille mortibus mori quam velle
ad momentum ab ista fide de-
ficere. Et hec quidem unx-
tura excellens, sed excellen-
tior est secunda. Tercia vero
excellentissima est. In prima
unde quid. In secunda per quid.
In tercia propter quid. Deus dedit
tibi, reddit tibi xpm per maiori
extat sanctitatem. In prima
est remedium, quia ex deo et
homine cathaplasma confectum
est, quod sanaret omnes inf-
irmitates tuas. Contuse fue-
runt et commixte hec due
species in utero virginis tanquam
in mortario oleo spiritu sancto
tamquam pistillo illas suaviter
commiscente. Et quia tu dignus
non eras cui daretur, datum
est marie, ut per illam acciperes
quod haberes, que per hoc
quod virgo est exaudita est
pro reverencia sua in cau-
sa et tocius generis humani.
Cui sola mater esset, sufficeret
ei ut salvaretur per filiorum
generacionem. Cui sola virgo, sufficeret
sibi, nec vindicta fructu veteris
tunc mihi precium esset. Cum
ergo in prima sit remedium,
in secunda adiutorium est, quia
nichil nos deus habere voluit
quod per marie manus non transisset.
In tercia autem meritum hominis
et fidei sanitas est, quia
qui crediderit salvus erit.

De triplici virtute nominis domini nostri quod est ihesus. Super cantica sermone xv capitulum

Est inter oleum et nomen
ihesu similitudo in triplici
quadam qualitate olei, quod
lucet, quod pascit, quod et un-
git, fovet et ignem, nutrit
carnem, lenit dolorem, lux
cibus medicina. Unde idem
de ipso nomine, lucet predicatum,
pascit recogitatum, lenit et
ungit invocatum. Unde putas
in toto orbe tanta et tam
splendida, subita lux fidei nisi
de predicato ihesu, non tantum lux
ihesu nomen, sed et cibus est.
Nam non tociens confortaris
quociens recordaris. Quid
eque mentem cogitantis impinguat.
Quid ita exercitatos reparat
sensus, virtutes roborat, ve-
getat mores bonos atque ho-
nestos, castas fovet affectiones.
Aridus est omnis anime cibus

Si non oleo isto infudit
insipidus est si hoc non
sane conditur Si scribas
non sapit michi nisi legero
ibi ihesum Si disputes
aut conferas no sapit michi
nisi sonuerit ibi ihesus Ihe
sus mel in ore in aure me
los in corde iubilus Est et
medicina Tristatur aliquis
vestrum veniat in cor Ihesus
et inde saliat in os et ecce
exortu lumen nominis
nubilum omne diffugit redit
serenum labitur quis in cri
men Currit insuper in laq
um mortis desperando
Nonne si invocet nomen vi
te confestim respirabit ad vi
tam Cui in periculis pal
pitanti et trepidanti in
uocatum virtutis nomen non
statim fiduciam prestitit de
pulit metum Cui in ad
versis diffidenti iam iamque
deficienti si nomen adiuto
rii sonuit defuit fortitudo
Nichil ita ire impetum cohi
bet superbie tumorem sedat
sanat livoris vulnus restrin
git luxurie fluxum extinguit
libidinis flamam sitim te
perat avaritie ac totius in
decoris fugat pruriginem
Siquidem cum nomino ihesum
hominem michi propono mitem
et humilem corde benignum
sobrium castum misericordem
et omni denique honestate et
sanctitate conspicuum eun
demque ipsum deum omnipotentem
qui suo me exemplo sanet et roboret
adiutorio Hec omnia in
simul sonant cum insonuerit
ihesus habes electuarium tibi anima
bes o anima reconditum in
vasculo vocabuli huius quod
est ihesus salutiferum certe
quod nulli umquam pesti tue in
venitur inefficax Semper
tibi sit in sinu semper in
manu quo tui omnes in ihe
sum sensus dirigantur et a
ctus Bona et desiderabilis
umbra substancialis ihesu
ubi tutum est fugientibus refu
gium gratum fessis refrigerium
Miserere mei domine miserere
mei quoniam in te confidit anima mea

In exposicione super missus est

Veni domine ihesu et
aufer scandala de reg
no quod est anima mea ut re
gnes tu qui debes in ea Ve
nit enim avaricia ut vendicet
in me sibi Sed et iactancia
cupit dominari michi super
bia michi vult esse rex luxu
ria dicit ego regnabo ambi
cio detractio invidia iracundia
certant in meipso cuius ego
potissimum esse videar Ego autem
quantum valeo resisto reniter
quantum iuvor dominum meum
ihesum xpistum reclamo ipsi
me defendo quia ipsius me iu
ris agnosco ipsum michi domi
num ipsum michi deum teneo et
dico non habeo regem nisi ihesum
Veni ergo domine et disperge
illos in virtute tua et regnabis
in me quia tu es ipse rex meus et
deus meus De triplici uti
litate adventus domini In
sermone in vigilia Na
tivitatis domini Capitulum sextum

Non modo ad nos sz
ppt nos venit dns.
qui bonor(um) nr(or)um no(n) eget
Ver(um) nre indigencie q(ua)ntitas
manifestius ipa dignacionis
eius indicat magtudo. Nec
modo picium egritudinis ex
ipo pcio medicamis inno:
tescit. sz et valitudinum mus
ex multitudie remedior(um) nt
quid em(m) divisioes gra(tia)ru(m)
sunt si no(n) videl(icet) nccitatu(m)
valla dnsitas. Et q(ui)dez di:
ficile est univsas vno s(er):
mone psequi indigencias
q(ui)nas expimi(mu)r. Sz occurrunt
m(ihi) interim tres comunes
omibus et q(ui)daz p(ri)ncipales
Nemo em(m) repit(ur) in nobis
qui(n) (con)silij et auxilij et p:
sidij indiges videat(ur). Ni:
mi(um) gnalis est humano
gnu(m) sc(ilicet) tplex miitudo. et
quotq(uo)t degimus in regione
umbre mortis in infirmitate
corpis. in loco temptacionis
Si diligent(er) adu(er)timus tplici
incomodo hoc miserabili:
ter laboramus. Nam et fa:
ciles sumus ad seducendu(m)
et debiles ad opandum
et fragiles ad resistendu(m)
Si discne(re) volumus int(er) bo:
nu(m) et malu(m) decipimur. Si
temptamus face(re) bonu(m) defi:
cimus. Si conam(ur) resistere
malo deiaim(ur) et supam(ur).
Necessarius pinde salua:
toris aduentus. necna sit
poccupat(us) homibus pna:
a xpi atq(ue) utinaz sic ve:
niat ut copiosissia dig:
cione sua et in nobis p
fidem habitans illumet

cecitatez nraz. et nobi:
scu(m) manens infirmitatez
nraz adiuvet. et p nobis
stans fragilitatez nostraz
ptegat et ppugnet. Fide:
lis em(m) (con)siliarius q(ui) neq(ue)
falli omino neq(ue) falle(re)
queat. fortis auxiliari(us)
qui no(n) latescat. Patin(us)
efficax qui et ipm(m) satha:
naz sub pedibus nris ve:
lociter (con)terat. et omia ma:
chinamta (con)fringat. Ni:
mir(um) ipe est dei sapia
cui semp in pmptu sit
instrue(re) ignorantes. Ipse
dei virtus cui facile sit
et deficientes refice(re). et ca:
pe(re) pcliantes. qui adh(uc)
ipm venit in mudu(m) ut
habitans in homibus cum
homibus et p homibus te:
nebras nras illumaret. et
labores levaret. et picula
(com)pulsaret. De tribus que
in ope nre salutis sibi
invicem cooperant(ur). Ser(mo)
[illegible]

Operibus nre salutis tres
sibi invicez coopant(ur)
Deus. angelus. homo. Et
deus q(ui)d est quid nisi o:
peret(ur). Itez vo ac tota vo:
luntate. Et utiq(ue) p se ipe
sufficeret et absq(ue) amini:
culo hor(um). hij aut(em) sine
ipo p(ossu)nt face(re) nichil.
Ergo q(ui) ex illis assumit
in opus ministeriu(m) huius
Non q(ui) sibi solaciu(m). sz p:
fectu(m) quesivit illis illor(um)
Nam q(ui)dem multa locat
homibus in ope. et unu(m):
quisq(ue) scd(m) (pro)prium la:
borem mercedez accipiet.
Sunt qui in fide plantat

sine corrigant. quod plan-
tatum fuerit / Angelorum. at
tamen ad salutem huma-
ni generis ministro utitur. Non e
facit ut ab hominibus an-
geli diligantur. Nam quod
ab angelis homines dili-
gantur inde vel maxime
adverti potest / quod antique civi-
tatis sue dampna ex ho-
minibus resarciri angeli
non ignorant. Nec alius
perfecto regi legibus regni
caritatis decebat quam propriis
qui post regnaturi sunt
nutrimentisque amoribus et pu-
ris affectionibus in unita-
tem in deum. Est autem
in modo operandi diffe-
rentia multa. Eorum nu-
merum operari dignitatem
Deus nempe facit quod
vult sola ipsa facilitate
volendi sine cestu. sine
motu. sine conditione
loci. vel temporis vel cause
vel persone / Porro ange-
lus absque motu operatur
tam locali quam temporali
sine cestu autem non / Homo
autem nec ab cestu autem
nec a motu corporis ani-
meque liber est operando

De triplici benedictione
In cena hodierna dominica c. viii

Triplex nobis necessaria
est benedictio preveni-
ens. adiuvans. et consu-
mans. Prima vite gra-
cie. tercia glorie. Preve-
nit nostram conversionem.
adiuvat gratia conversationem
perficit gloria consumationem
Nisi etiam hanc benedi-
ctionem dedit deus. non
potest terra nostra dare fru-
ctum salutis / Neque enim qui
inchoare bonum donec a
misericordia preveniamur / aut age-
re bonum donec adiuvemur
a gratia / Aut consumare in
bono possumus. donec
gloria repleamur / Vere in
his tribus non immerito
dulcius sapit. ea que
non modo invitos sed et
male volentes prevenit.
ut dum adhuc filii sumus
ire et operum opera mortua
/ ipse cogitet super nos co-
gitationes pacis. et ne
peccantibus quidem immo et
impenitentibus. non invocan-
tibus sed provocantibus. non
interpellantibus sed etiam re-
bellantibus / spem boni
spem vite adoptionis spem
largiatur. Quid illi ani-
me dulce sapiat. cui
nostra tanta non sapit
Proinde benedictio dulce-
dinis vocatur ea que
prevenit. quia que ad-
iuvat fortitudinis. que
consumat plenitudinis est

De triplici gratia
In sermone de assumptione beate marie c. ix

Triplicem
gratiam divi-
nitus accepimus
Unam qua con-
vertimur. aliam qua in te-
mptationibus adiuvamur
Terciam qua probati remu-
neramur. Prima nos inna-
at per gratiam vocantis. Se-
cunda prodit qua insti-
ficatur. Tercia consumat quos
glorificatur. Et prima quidem
beneplacitum est. Secunda mi-
tum. Tercia primum / De pri-
ma dictum est / de pleni-
tudine eius omnes acce-
pimus / de duabus reliquis

dictu est. et graui p gra
de immnca eme ple/ pro
mito spalis milicie

De iustificacione scificacione
glorificacione dei a filiis
suis hu[m]ilis cordis dictis c. x.

Cristus dei virtus et dei
sapia iustificat. scifi-
ficat. glificat. a filiis suis
is/ Dicamus ergo primum quo-
modo sapia iustificat a
filiis suis/ Flagellat enim
deus omnem filium quem
diligit. Sed nunc flagel-
li dum adhuc sub lege
servi est/ nescit quod filius
dei est, murmurat aut se
innocentem, deum vero crudelem
pronunciat/ Hinc est xo
dei virtus apparet. sed non-
dum sapia. quia flagel-
lum potencia virtutis sen-
tit. sed nondum sapie sa-
nitatem per intellectum ca-
pit/ Nunc vero sapia
attingit fortit per flagel-
lum et disponit suavi-
ter per intellectum. dum ei
inspirat gaudere in tribu-
lacionibus suis. quia tribu-
lacio paciam operatur. pa-
ciencia probacionem. probacio
vero spem/ Spes autem
non confundit et iam se
non quod servum puniri. sed
quod filium per flagella erudiri
cognoscit. ut hereditatem capiat, se peccatorem
Deum vero iustum pronunci-
ans. iustificat in se ma-
trem sapiam/ Sed quid
prodest peccata nisi flagel-
la confitetur. si non ab eis
per continencie stabilitatem abs-
tineas/ Qualis pater
talis sit filius. et in

testimonia patris filiorum
nomen est scificetur/
Beatos eos dicimus quos
filios in proposito contine-
cie ab hiis scii non
solum illiatos actionibus
sed eciam impendit loci
cionibus abstinere videmus
sed quia sapiens filius
gloria est patris unde est
ut non solum scificet
ab eo mater sapia per conti-
nencie stabilitatem/ sed
eciam glificetur per boni o-
peris sanctificacionem/ Vnde
premissa filium sapie de-
scribens ait. Jocundus
homo qui miseretur et
comodat/ et vere bre-
vius et perfecta diffinicio
est sapientis/ Jocundus
enim nisi flagella confi-
tendo delictum/ gaudet
illud penitenciam tribulacionem
delere/ Afficitur aute
sue placens deo per
continencie decorem/ como-
dat proximo fructum bo-
ne operacionis. et hic
est iustus reddens uni-
cuique quod suum est. deo
confessionem, sibi munditiam. pro-
ximo caritatem. Sic aut
iustificat sapia a filiis
suis per confessionem peccatorum.
scificat per continencie bonum
glificat per boni operis
sanctificacionem De triplici mi-
nisterio ministrorum xpi in carni
benedictionibus dictis c. xi

Ministerium ministrorum xpi
triplex est. Servitutis
Caritatis. dignitatis/ Mi-
nisterium servitutis. corporis
castigacio/ Caritatis. mentis
devocio/ Dignitatis. corporis
xpi consecracio/ Primum fit

in afflicto͡ne. Secundum in ex-
altatione/ tercium in humi-
litate. Primum est sacrifici-
um timoris. Secundum amo-
ris/ tercium laudis.

De tribus modis quibus nos dilexit deus sermo xx

Dilexit nos deus dul-
citer. sapienter. fortiter
Dulce nempe dixerim
quod carnem induit. tantum
quod culpam cavit/ forte quod
mortem sustinuit/ Nam
quos sane in carne vi-
sitavit. carnaliter tamen ne-
quaquam amavit. sed in pru-
dencia spiritus. Itaque quos
in carne conspexit. dilexit
in spiritu/ redemit in vir-
tute. Plenum prorsus omni
suavitate dulcedine
vide hominem hominis
conditorem/ at dominum namque
prudenter se elegit a cul-
pa/ caram potenter mor-
tem expulit a natura
In carnis assumpcione con-
descendit michi. In cul-
pe vitacione consuluit
sibi/ in mortis suscepcio-
ne satisfecit/ pater dul-
cis. consiliarius prudens
adiutor fortis/ Huic se-
curus me credo qui sal-
vare me velit. noverit
posset. Ergo nisi amas-
set dulciter/ non me in
carne requisisset illa ma-
iestas. Sed immixit affe-
ctioni sapienciam qua ten-
tum decapet. immixit et
pacienciam qua placa-
ret offensum deum prorsus

De triplici modo diligendi deum superius comment sermone xx tercii

Disce sane a christo quod
quemadmodum diligas
christum. disce amare dul-
citer/ amare prudenter/ ama-
re fortiter. dulciter non illec-
ti/ prudenter ne decepti/ for-
titer ne oppressi ab amore
domini avertaris/ ne illi-
cita. carnis voluptatibus
abducaris/ dulcescat tibi
pre hiis sapiencia christus/ ne
secundis spiritus mendacii
et erroris lucescat tibi
veritas christus/ ne adversita-
tibus fatigeris/ Confortet
te virtus dei. christus/ ze-
lum tuum inflammet cari-
tas/ informet sciencia/ fir-
met constancia/ Sit fer-
vidus. sit circumspectus. sit
invictus/ nec tepore ha-
beat. nec careat discre-
cione. nec timidus sit/
Dilige dominum deum tuum
toto et pleno cordis af-
fectu/ dilige tota racionis
vigilancia et circumspectione/
Dilige ac tota virtute.
ut nec mori pro eius a-
more pertimescat. Sit su-
avis et dulcis affectui
tuo dominus ihesus. contra
malas atque dulces vi-
te carnalis illecebras
et vincat dulcedinem
dulcedo/ Sed sit ut lumen
intellectui propria lux et
dux racionis. non solum
ob cavendas hereticae frau-
dis decipulas/ et fidei
puritatem ab eorum versuciis
custodiendam/ verum ut
cautus caveas nimiam
et indiscretam vehemen-
ciam in tua conversacione

vitae/ sapientia est deus et volt se amari non solum dulciter. sed et sapienter/ aliquin facillime zelo tuo spiritus illudet erroris. Si scientiam negligas/ Nec habet callidus hostis machinamentum efficacius ad tollendam de corde dilectionem quam si efficere possit. ut in ea incaute et non cum racione ambulet/ Sit eciam fortis et constans amor tuus/ nec cedens terroribus/ nec succumbens laboribus/ ergo amemus affectuose. circumspecte. et valide

Quomodo sit deus diligendus toto corde tota anima tota virtute nostra Capitulum quartum decimum

Non adduci blanditiis Non seduci fallaciis Nec iniuriis frangi/ toto corde/ tota anima tota virtute diligere est/ Et nota amorem cordis quodammodo esse carnalem quo magis erga carnem cristi vel que in carne xpistus gessit vel iussit cor humanum afficiatur/ hoc repletus amare facile ad omnem huiusmodi sermonem compungitur/ Nichil audit libencius. nichil legit studiosius. nil frequencius recolit/ nichil suavius meditatur/ astat orantí homini dei sacra imago. aut nascentis aut lactentis. aut docentis. aut morientis. aut resurgentis. aut ascendentis

Et quicquid tale occurrat vel surgat. necesse est animam in amorem virtutum vel carnis exhibet vicia. fugiet illecebras desidia sedet/ In carnis ergo devocione interim consoletur qui vivificatem spiritum nondum habet. eo dumtaxat modo quo habent illi qui aiunt Et si cognovimus xpistum secundum carnem sed nunc iam non novimus/ Nam alias quidem nequaquam sine spiritu sancto vel in carne diligitur xpistus. Et si non illa in plenitudine/ Cuius in mensura devocionis habet ergo ut totum cor illa suavitas occupet totum sibi ab amore universe carnis ac carnalis illecebre vendicet Hoc quippe toto corde diligere est. omne quod blanditur de carne propria vel aliena sacrosancte carnis amore postponere In quo et mundi gloriam eque comprehendo. quia gloria mundi. gloria est carnis/ et qui ea delectantur carnales esse non dubium est/ Dominus amor iste pro quo vita carnalis excluditur/ contempnitur. et vincitur mundus/ Proficit autem in eo cum fit et racionalis perficitur cum efficitur spiritualis/ Porro racionalis fuit est tamen in omnibus que opus

de xpo sentiri fidei vo
ita fina tenet ut ab
Ecclesiastici sensus puritate
/ nulla veri similitudine
nulla heretica sive dya:
bolica circumvencio ali:
quatenus deviet. Itē:
qz cum in ipsa conversatione
illa cautela servatur
/ ut discrecionis meta
nulla superstitione vel
levitate vel spiritus q̄
ferventioris vehemencia
excedat. et hoc est to:
ta anima deum dili:
gere / Tercio si et adinuan:
tis spiritus vigor tantus
accedat / ut nulla in
laborum vel tormentorum
iusticia vincitur desceńdat
In hoc ergo tota virtute
diligitur et est amor
spiritualis. Credo minimus
nomine huic spiritualis
amor congrue puto
ob prerogativam utique
plenitudinis spiritus qui
precessit de triplici liber:
tate operatione voluntatis
solummodo liberum arbitrium no:
minatur in libro de gra. et li. arbit.
c. x.

Est enim libertas
a peccato. Sz quis in
carne / peccati sibi ven:
dicet libertatem. Hac
igitur libertate dictum
nomine nequaquam opinor
liberum arbitrium. Est enim
libertas a miseria. Sz
nunquid et istam sibi:
quispiam in hac mor:
talitate presumit / Et hac
itaque liberum arbitrium
nominari non immerito

arbitramur. Est vero
qz magis congrue ei ar:
bitror libertate quam
dicere possimus a necessitate
eo quod naturam voluntatis
contrarium esse videatur
/ Siquidem quod ex necessitate
fit / iam non est ex vo:
luntate. Et econtra scilicet
verum / libertas a necessitate
/ eque et indifferenter deo
universeque tam bone
quam male rationali conve:
niat creature. nec peccato, nec
miseria amittitur, nec
minuitur, nec maior
in iusto est quam in peccatore
/ Nec plenior in angelo
quam in homine. Manet
namque libertas voluntatis
ergo ubi fit captivitas
peccati tam plena quidem
in malis quam et in bo:
nis. sz in bonis ordi:
natior / tam integra
quoque pro suo modo in cre:
atura quam in creatione
sz in illo potencior. Quod
aut solent homines con:
queri et dicere. Volo
habere bonam voluntatem
et non possum / nequaquam
huic prescribit libertati
/ ut quasi videlicet aut necessi:
tatem in hac parte
voluntas patiatur. Sed
plane illa libertate
que dicitur a peccato / se
carere testatur. Nam qui
vult habere bonam vo:
luntatem nisi per volun:
tatem. Quod si voluntate
et libertatem. sz liber:

tatem a necessitate / non
a peccato / Nempe qui non
valeat cum velit habere
bonam. Sentit eandem de
esse libertatem a peccato.
Unde utique dolet pre-
mi non premi volun-
tatem / quamvis iam procul
dubio utramque bonam
habet qui habere vult. Bo-
num quippe est quod vult
nec possit bonum nisi bo-
na voluntate. sicut nec
velle malum nisi ma-
la voluntate. Cum bo-
num volumus / bona est
voluntas Cum malum
volumus / mala est vo-
luntas Utrobique volun-
tas et utrobique libertas
Cedit siquidem voluntati
necessitas. Cum autem non
valemus quod volumus
sentimus siquidem ipsam
quodammodo libertatem
peccato esse captivam / vel
miseram / non tamen amis-
sam. Ex hac ergo. non
tantum libertate quam
libera est voluntati se-
ipsam iudicare vel bo-
nam si bono. vel ma-
lam si malo consenserit
quippe que in neutro
nisi tantum volendo con-
sentire se sentit libera
credimus nominari / Nota
de triplici libertate quarum
prima est nature se-
cunda gratie 3a vite vel glorie Bernardus
libro de gratia et libero li-
bero arbitrio c. xi

Cum igitur triplex
sit proposita liber-
tas. a peccato. a miseria
. a necessitate. Hanc ul-
timo loco positam / con-
tulit nobis in condi-
tione nature. In pri-
ma restauramur. a gratia
/ media nobis reser-
vatur in patria. Dicatur
ergo prima libertas nature
secunda gratie. Tercia vite
vel glorie. Primo nempe
in liberam voluntatem
ac voluntariam liber-
tatem conditi sumus no-
bilis deo creatura. Se-
cundo reformamur in
innocentiam nova in Christo
creatura / Tercio subli-
mamur in gloriam perfecta
in spiritu creatura. Prima
ergo libertas habet mul-
tum honoris / Secunda
plurimum et virtutis /
novissima cumulum iocun-
ditatis. / Ex prima quippe
prestamus ceteris anima-
libus. In secunda / carnem
per terciam mortem subi-
cimus / vel certe sicut in
prima subiecit deus
sub pedibus nostris oves
et boves et pecora
campi. Ita quoque per
secundam spirituales bestias
huius aeris. de quibus
dicitur ne tradas bestiis
animas confitentium tibi
prosternit eque et conculcat
sub pedibus nostris. In
ultima tandem nos ipsos
nobis plenius sub-

miseria per victoriam corrupcionis et mortis, quando scilicet novissime destruetur mors et nos transibimus in libertatem glorie filiorum dei.

De iudicio quid consilio quid complacito in libero arbitrio c. xxij

Iudicij est discernere quid liceat vel non liceat / consilij probare quid expediat / complaciti experiri / quid libeat vel non libeat. Utinam tam libere nobis consuleremus quam libere de nobis iudicamus. Et quemadmodum libere per iudicium licita illicitaque decernimus. Ita per consilium et licita tamquam commoda nobis eligere et illicita tamquam noxia respuere liberi haberemus. Iam enim non solum liberi arbitrij sed et liberi procul dubio consilij ac per hoc et a peccato liberi essemus. Sed quid si totum solummodo quod expediret vel liceret etiam liberet. Nonne liberi quoque multo diceremur / quippe qui ab omni prorsus quod displicere posset hoc est ab omni nos miseria liberos sentiremus. Nunc autem cum multa per iudicium vel admittenda vel obmittenda esse decernamus / que tamen per consilium nequaquam pro iudicij rectitudine aut eligimus aut comprimimus / rursum quia non omnia que tamquam recta et commoda consulte observamus / etiam cum beneplacito libenter amplectimur / sed insuper que dura ac molesta vix equanimiter ferre perduramus / liquet quia liberi nec consilium habemus / nec complacitum certissime autem liberrimus / quod liberum est a necessitate arbitrium quod nunc omni rationali creature commune videtur erit et in electis hominibus uti iam in sanctis est angelis / et tantum a peccato / et totum a miseria placentibus tamen expectatas libertates felici experiencia que sit bona voluntas dei ac beneplacens et perfecta. Ceterum quia nec dum est sola interim plena integraque manet in hominibus libertas arbitrij. Nam libertas consilij ex parte tantum et hoc in paucis spiritalibus qui carnem suam crucifixerunt cum vicijs et concupiscenciis / ita ut iam non regnet peccatum in eorum mortali corpore. Porro ut non regnet libertas facit consilij / ut non desit ex integro captivitas est liberi arbitrij. Iam de libertate complaciti in hoc seculo nequaquam quid dicere / ubi vix sufficit diei malicia sua / ubi vita hominis temptacio est super

tiam, ubi totum ex integro
videtur miseria, ubi noctes
dies quam in merore consumuntur.
Nullum profecto temporis spatium
contemplativis vacuum relin-
quitur. Illi tamen certe in hac
carne raro licet raptim
complaciti libertate fru-
untur, qui cum Maria
optimam partem elegerunt
que non auferetur ab eis.
Nimirum iam tenent
quod auferetur non est
experimentum utique quod futurum
est. Sed quod futurum est
felicitas est. Porro fe-
licitas et miseria eodem
tempore simul esse non possunt.
Innocentes igitur per spiritum
illam participant, tunc has
istam non sentiunt. Itaque
in hac vita soli contem-
plativi possunt frui libertate
complaciti, et hoc ex parte
et parte satis modica.
Ceterum libertas arbitrii
cunctis pariter, vice quam ra-
rissima. Porro libertate
consilii fruuntur certe et
iusti ex parte quidem sed
non modica. Ceterum
libertas arbitrii cunctis
pariter ratione utentibus
convenit, non minor
quidem in se est in ma-
lis quam in bonis, tam
plena in hoc seculo quam
futuro. De propria volunta-
te libera mala et bona
in libro de gracia et libero
arbitrio capitulo xviii.
Libera voluntas nos
facit nostros, mala
diaboli, bona dei. Cre-
ati quippe condemnamur

nostram in liberam volun-
tatem, qui dei efficimur
per bonam voluntatem. Por-
ro bona facit qui li-
beram fecit, et ad hoc
bona, ut simus quodammodo
initium creature eius.
Quia expedit profecto no-
bis magis omnino non
fuisse, quam nostros perma-
nere. Sunt quo per ma-
lam voluntatem simus
diaboli, quodammodo initium
non simus dei. Sic
tamen, cum per bonam
voluntatem efficimur dei,
desinimus iam esse dia-
boli. Nemo sequitur
potest duobus dominis servire.
Ceterum sive dei simus
sive diaboli, non tamen
simpliciter desinimus esse
et nostri. Manet quippe
utrobique libertas arbi-
trii, per quam maneat
et causa meriti, quoniam
vel merito puniamur
mali, quia tamquam liberi
efficimur ex propria vo-
luntate, vel glorifice-
mur boni, quia nisi e-
que voluntarii esse
non possumus. Sane dia-
bolo nostra quos man-
cipat voluntas, non
ipsius potestas, deo sub-
sit eius gratia non nostra.
Nostra quippe voluntas
bona quod fatemur esse
a bono deo creata,
perfecta tamen non erit quo-
usque suo creatori perfe-
cte subiecta sit.

De triplici bono quod habet in se perfectio bone voluntatis in libro de gratia et libero arbitrio c. xx

Velle malum defectus est quidam voluntatis
Bonum velle profectus eius-
dem, sufficit autem ad
omne quod volumus
bonum ipsius profectio, ut
ergo velle quod ex libero
arbitrio habemus profectum
habeamus, dupliciter gre-
mine indigemus et
vero virtute sapore, que est vo-
luntatis ad bonum con-
versio, et pleno esse pos-
se, que est eiusdem in bo-
no confirmatio. Porro per-
fecta conversio conversio est
ad bonum, ut nil libe-
at nisi quod deceat
vel liceat, perfecta in
bono confirmatio, ut ni-
chil desit iam quod
libeat. Tunc demum perfecta
erit voluntas, cum ple-
ne fuerit beata et bene
plena, Habet siquidem
in se duplex bonum
ab initio sui, unum quod
generale ex sola creatione,
quod a bono scilicet deo non
potuit creari nisi bona,
alterum speciale ex liberta-
te arbitrii in quia ad
ymaginem videlicet ipsius
qui creavit est condi-
ta, Verum si hiis duobus
bonis accedat et tercium
conversio ad creatorem
reputabitur non immeri-
to perfecte bona. Bona
nimirum in universitate
melior in suo genere
optima esse sui ordina-
tione. Est autem ordina-
tio omnimoda conversio volun-
tatis ad deum, et ex tota
se voluntaria devota quidem
et subiecta. De libero arbi-
trio consilio et complacito
Erit et mors ipsa nunc
quidem abesse tegitur. Erit
autem cum dicetur: ubi est
mors victoria tua. et ipsa
iniuncta novissime destruetur
Nunc vero mediante eo qui
imperium habet vite et mortis
et mare ipsum certe coher-
cet litterum metis mors ipsa
dilectorum domini sompnus reff-
gerii est. Pessima quidem
mors peccatorum quorum et na-
tivitas mala. et vita pe-
ior. Sed preciosa mors est
sanctorum preciosa plane tamquam
finis laborum tamquam victorie
consummacio. tamquam vite
ianua et perfecte securitatis
ingressus De caritate ca-
stitate humilitate sancti Bernardi
ad Henricum Senonensem
episcopum Capitulum quinqua-
gesimum quartum

Castitas castitas humilitas illius quidem colores sunt. Nec mediocris decoris qui duos quosque delectare possint affectus. Quid castitate decorius que mundum de immundo concepto semine, de hoste domesticum, angelum denique de homine facit. Differunt quidem inter se pudicus homo et angelus. sed felicitate non virtute, sed si et illius castitas felicior, huius tamen fortior esse cognoscitur. Sola est castitas que in hoc mortalitatis et loco et tempore statum quendam immortalitatis glorie representat. Sola inter nuptias sollempnia morem vite illius vendicat regionis, in qua neque nubunt neque nubentur prebent quodammodo terris celestis iam illius conversationis experientiam. Vas interim fragile quod portamus in quo et crebro periclitamur. tenet castitas in sanctificatione et instar odoriferi balsami, quo condita cadavera incorrupta servantur, sensus ipsa et actus continet et constringit ne dissolvantur in ociis, ne corrumpantur desideriis, ne carnis voluptatibus computrescant. Verum quantalibet venustate sui castitas emineat appareat, sine caritate tamen nec precium nec meritum habet. Nec mirum. quid enim ab illa bonum suscipitur fides. sed nec illa que linguis loquitur angelorum. quamvis Nec si tradidero corpus meum ignis. ita ut ardeam. Nec absque illa quodlibet bonum suscipitur. nec cum illa quodlibet exiguum respuitur. Castitas sine caritate lampas est sine oleo. Subtrahe oleum lampas non lucet. Tolle caritatem castitas non placet. Iam de virtutibus que proposuimus superius tractanda restat humilitas. hec duabus premissis virtutibus intimatur ita ut absque ista nec ille videantur virtutes. Nempe ut castitas seu caritas detur humilitas meretur. Deus humilibus deus dat graciam. Conservat acceptas quia nec requiescit spiritus nisi super humilem et quietum. Conservatas consummat Nam virtus in infirmitate. hoc est in humilitate perficitur. Immo eam omnis gratie inimicam. Omnis que inicium peccati debellet superbiam et tam cetera a se quam a celis virtutibus superbam illius expulsat tirannidem. Denique cum ex aliis quibuscumque bonis virium suarum magis capere soleat incrementum superbia. Sola hec omnium impugnacionum

quodam tercius est virtutum
cuius fortitudine resistit ma-
licie. obviat presumpcioni

De tribus impulsoribus hominis super capitulo lxxxvi c. lv

Impulsor hominis dyabolus
est. impulsor mundus
impulsor homo eciam
iste homo si quis eciam
sui. Noli mirari, usque a
deo homo sibi est et sui-
met precipitator, ut non
sit quod in alto impulsore
formidabis, si ipse a te rep-
as contineas manus, aras
tua consensu tuus, sive dyabolo
suggerente vel seculo suade-
te, quod non oportet assensu-
tum teneas, et non de-
deris membra tua arma
iniquitati, nec permiseris pe-
catum regnare in tuo mortali
corpore, tibi malicia omnino
nil nocuit unde ne ma-
gis perferit. Cum igitur tres
sint stantes imminentes ho-
minum dyabolus livore mali-
cie, mundus vento vanitatis
homo semetipsum pondere
sue corrupcionis impellit
Impellit dyabolus sed non
cogit. si tu consensum tuum illi
negaveris auxilium vel
consensum. Est et mundus
impulsor, quia in ma-
ligno positus est. Impel-
lit omnes sed solos capit
amicos suos idest con-
sentaneos sibi. Nolo esse
amicus mundi ne cadam
Nam qui vult esse huius
mundi amicus, inimicus dei
constituitur quo utique
nullus maior casus. Ex quibus
satis claret quia sit homo
precipuus impulsor sui: quia
suo sine alieno impulsu
cadere potest, alieno absque suo
non potest. Nam cui homini
proprie resistendum. Neque
timet qui eo molestior est
iunior solus deicere potest
et sufficiat cum sine ipso
alii possunt facere nil. Non
sine causa sapiens expu-
gnatori urbium pretulit vi-
rum qui animo suo do-
minatur

De tribus generibus inhabitancium in adiutorio divino capitulum lxv

Tria eorum genera repperies
qui non habitant in
adiutorio divino, videlicet
non sperancium, aliud despe-
rancium, tercium frustra
sperancium. Neque enim habitat
in adiutorio dei qui non
posuit deum adiutorem suum
sed confidit in virtute sua
et in multitudine diviciarum
suarum, et pro ea temporalia que-
rens elongat ab adiuto-
rio dei, quod sibi ad hoc
necessarium esse non reputat
Forte enim quod habet
quis potens in vigiliis
in ieiuniis, in labore et
ceteris huiusmodi, aut eciam
multorum ut sibi videtur
divicias multorum longo
tempore acquisivit, et in hiis
confidens remissior in ti-
more dei. facile iam ad
ociositates et curiositates
periculosa securitate quadam
declinat inmundicie. Declinat

diuinitatem. Quam propterea
si habitaret in adiutorio dei
attenderet utique sibi, et ti-
meret offendere eum. Quia
cognosceret sibi adhuc tam
necessarium esse. Tanto siquidem
amplius timere deum et ma-
gis sollicitus esse debuit
quanto maiora eius munera
iam percepit. Neque enim
que habemus adeo firmiter
aut tenere possumus sine
eo. Sunt vero aliqui qui in
conuersionis initio satis ti-
morati et solliciti sunt
donec inicium aliquod remis-
sionis acceperint, et cum
multo magis debuerant
desiderare. sic agere incipiunt
acsi dicant, ut quid ei
seruiamus ultra, cum iam
habemus quod daturus est.
O si scires quam parum est quod
habes, et hoc ipsum quanto
perdis. si non seruiant illi
qui dedit. Alii sunt qui
non sperant in domino. Et
propterea non sperant in ad-
iutorio altissimi. quia non
reputant illud sibi necessarium
esse. Sunt autem alii qui
desperant. hii videlicet qui con-
siderantes imbecillitatem pro-
priam, deficiunt et obruuntur
a pusillanimitate spiritus ha-
bitantis in carne sua. et
creditur infirmiter propria meri-
ti ut omnia que patiuntur
ipsum eciam pati sint.
Ubi enim incredulis ingentur
valet in adiutorio aut
dei non habitant neque

noverunt illud quod nec assur-
gere valeant. ut aliquam cogi-
tent illud. Sunt autem
alii qui sperant quidem in
domino sed frustra. quia sic
de misericordia eius sibi ipsis
blandiuntur ut a peccatis suis
non emendentur. Vana est
omnino spes ista et hec
confundit eo quod caritas deficit
frustra siquidem sperat qui
contemptu suo gratiam a se re-
pellit et spem suam propriis
evacuat. Nullus horum
tamen habitat in adiutorio
altissimi. Primus enim in mu-
neribus suis. Secundus in penis
Tertius in vitiis. Immunda
habitacio horum. anxia secunda
stulta et periculosa prima
Quam considerantes propter infirm-
itatem in desperacionem cadu-
nt in adiutorio altissimi
non habitant quia desperant.
Priores autem ideo non que-
runt quia necessarium illud
minime sentiunt. Exteri
vero propterea longi sunt. quod
eo modo querunt auxilium
dei quo obtinere non possunt.
Soli enim in adiutorio al-
tissimi habitant qui id so-
lum obtinere desiderant.
hoc solum amittere trepidant
sedula cura illud et solli-
cita cogitatione conservantes
qui est utique pietas et
cultus dei. Beatus plane qui
sic habitat in adiutorio
altissimi, quia in protectione
dei celi commorabitur. Quid
ei nocere poterit eorum que
sub celo sunt, quem deus

celi pergere et consummare voluit. Igitur nulli eorum que sub celo sunt timere possunt qui consequitur in protectione dei celi habitare meruerit.

De tribus male fructificantibus in sermone de sancto benedicto c. lxv

Sunt qui fructum non faciunt. Sunt qui faciunt sed non suum. Sunt qui faciunt suum sed non in tempore suo. Sunt inquam arbores infructuose ut sunt quercus et ulmus et silvestres arbores alie sed hujusmodi nemo plantat in orto suo quia fructum non faciunt. Et si quidem faciunt non humano esui aptus est sed porcino. Tales sunt filii hujus mundi agentes in comessationibus et ebrietatibus in cubilibus et impudicitiis. Hec namque porcorum cibus sunt quibus christianus non debet adherere. Sicut enim caro porcina cum comeditur nostre adheret carni ut iam sit una caro, sic transgressor divini precepti species sibi ipsas sociat et adherendo eis unus cum eis efficitur demon. Arbores autem que fructum faciunt sed non suum ypocrite sunt. Cum Simone Cireneo crucem domini portantes non suam. Qui religiosa utique tacentes angariantur et que non amant amore gratie quam desiderant facere compelluntur. Nam in eo quod dicitur in tempore suo arguuntur quidam ante tempus fructificare volentes. Nonne enim et arboribus novis citius quam oportet pullulantibus timor inhibit omnino floribus intempestivis. Sic sunt alii qui quorum fructus quia nimis pre. nimis propere eximuntur. Tales sunt qui in initio conversionis sue aliis continuo velle fructificare presumunt contra legis decreta arare in primogenito bovis et omnis tondere primogenita festinantes.

De triplici vitio scilicet arrogantia et duplici ignorantia de diligendo deo c. lxvi

Homo factus in honore cum honorem suum non intelligit, talis sue ignorantie merito comparatur bestiis pecoribus velut sue corruptionis quibusdam participes et mortalitatis consortibus. Fit igitur ut sese non agnoscendo exigentia honoris immunis creatura irrationalium gregibus incipiat aggregari. Dum ignorans proprie glorie que ab intus est conformanda foris rebus sensibilibus sua ipsius curiositate abducitur efficitur quasi una de ceteris quod se pre ceteris nihil accepisse intelligat. Itaque valde cavenda est hec ignorantia qua de nobis minus nobis forte sentimus. Sed non minus imo et plus illa qua plus nobis tribuimus quam sit, si bonum quodcumque

in nobis et a nobis hec
putemus. at vero super vita:
que ingratiarum declinanda
execranda presumptio est, qua
sciens et prudens forte au:
deas de bonis non tuis
tuam querere gloriam, et que
certus es tibi non esse in
te alterius rapere honorem
non verearis. Prior quidem
ignorantia gloriam non habet
posterior vero habet quidem sed
non apud deum. Ceterum
hoc secundum malum quod iam
sciens committitur usurpat
et tunc demum tutius de:
niquo ignorantia illa po:
steriore. Haec arrogantia
gravior ac periculosior ap:
paret. quo per illam quidem
deus nescitur, per istam et
contempnitur. Tantum et fe:
dior ac detestabilior
ut per illam pecoribus, per
istam et demonibus sotie:
mur. Est quippe et su:
perbia et delictum maxi:
mum veti datis tamquam innatis
et accepti beneficiis gloriam
usurpare beneficii. De tri
plici ignorantia super
cantica sermone xxxv. et xxxvi.
canticum lix.

Geminatis ignorabit
sine se. sine demum
ignorare contingat, utrumque
sine dubio. Utraque igno:
rantia dampnabilis est
utralibet sufficit ad da:
mnationem. Vis proinde
animam primo omnium forte
scipsam, quod id postulet
ratio et utilitas et or:
dinis quidem quia nos
simus primum nobis utiles
vero. quia talis scientia non in:
flat sed humiliat. Porro
ad se humiliandam, nec una
invenietur unitatis fere
accommodatior est, quam si
in veritate se invenerit
tantum non dissimulet,
non sit in spiritu eius do:
lus. statuat se ante faciem
suam, nec se a se avertere
abducatur. Nonne ita se
intuens clara luce ve:
ritatis vere humiliabitur in hac
vera cognitione sui, cum se
perspicit. ondatam peccatis, mo:
le huius mortalis corporis
aggravatam, terrenis intrica:
tam curis, carnalium desi:
deriorum fece infectam, ceca
multis erroribus expositam, [suam infirmam intuetur.]
mille periculis. mille ci:
minibus, timoribus trepidam,
mille difficultatibus anxi:
am, mille suspicionibus,
mille necessitatibus erumpno:
sam, pronam ad vicia
invalidam ad virtutes. Un:
de hinc iam extollentiam o:
culorum. Unde levare ca:
put. Nonne magis con:
vertetur in erumpna sua. dum
configitur spina. Convertetur
inquam ad lacrimas. converte
ad planctum et gemitus
convertetur ad dominum. Porro
conversa ad dominum recipit:
et consolatam. quia pater
est miserationum et deus totius
consolationis. Nec mediocri
tris dei visio, pium et de:
lectabile experiri. Erit

rerum benignus et misericors
est. Tali itaque experimento
et tali ordine salubriter in-
notescit deus. cum prius se
homo noverit in miseria po-
situm, et clamabit ad dominum
et exaudiet eum, atque hoc
modo est condiciens ad noti-
ciam dei, sui cognicio. Sed
iam deum adiute, quo
utraque cognicio sit sufficiens
ad salutem, ita ut nemo
carere valeat cum salute.
Nam nemo absque sui co-
gnicione salvatur, de qua
nimirum mater salutis
humilitas oritur et timor
domini, qui et ipse, sicut est
ipsum inicium sapiencie, ita est
et salutis, cum dei ignoran-
cia. Ne hoc quidem. Nec
enim potes aut amare
illum quem non noveris.
Noveris proinde te, ut deum
timeas. Noveris ipsum, ut
eque ipsum diligas. In
altero iniciaris ad sapienciam
in altero consummaris, quia
inicium sapiencie timor domini
est, et plenitudo legis est
caritas. Tam ergo utraque
ignorancia cavenda est tibi
quia sine timore et amore
dei salus esse non potest.
Cetera in differencia sunt
nec salutem si sciantur
nec dampnacionem si nesci-
antur, licencia. Neque enim
omnis ignorancia dampnat
sed multa et innumera con-
stat esse que nescire li-
ceat. absque diminucione
salutis. Ubi gracia. Si igno-
ras fabriles artes, seu
carpentarias aut cemen-
tarias, et quecunque istius mo-
di artes sunt, que ad
usus vite presentis ab ho-
minibus exercentur, numquid
impedit ad salutem. Etiam
absque omnibus illis artibus
que liberales dicuntur quamvis
honestioribus utilioribus que
studiis et discantur et ex-
erceant, quam plurimi homines
salvi facti sunt placentes
moribus atque operibus. Nam
tu dico contempnendam aut
negligendam scienciam literarum
que ornat animam et e-
rudit eam et facit ut
possit eciam alios erudire
sed duo illa oportet et ex-
pedit ut precedant in qui-
bus summam salutis con-
stitui superior racio de-
claravit De tribus bonis
eminentibus in homine
in sermone de diligendo
deo. Capitulum xx.
Ideo oportet homo emi-
nenciora bona sua
in ea parte sui qua pre-
eminet sibi, hoc est ma-
xima que sunt, dignitas
sciencia. virtus. Dignitatem in
homine dico liberum arbi-
trium, in quo ei nimirum
datum est ceteris non solum
preeminere sed eciam presidere
animantibus. Scienciam vero qua
in se eandem dignitatem
agnoscat. non a se tamen
porro virtutem qua subinde
ipsum a quo est et inqui-
rat non segniter, et teneat
fortiter cum invenerit. Ita-
que geminum unum quodque
horum bonum apparet.

dignitatem scilicet dignitatem humanam, non solum nature prerogativa, sed etiam potentia dominantis, qua terror hominis super cuncta animancia terre imminere dinoscitur. Scientia quoque duplex est, si hanc ipsam dignitatem vel aliud quodcumque bonum in nobis et nobis inesse et a nobis non esse noverimus. Porro virtus et ipsa eque bifaria cognoscitur, si auctorem consequenter inquirimus, inventoque inseparabiliter inheremus. Itaque dignitas sine scientia non prodest. Illa etiam vero obest, si virtus defuerit. Quod utrumque ratio subiecta declarat. Quid habere enim quod habere te nescias, qua gloriam habet? Porro nosse quod habeas, sed quia a te non habeas ignorare, gloriam habet, sed non apud deum. Utrumque quoque scias necesse est, et quid sis, et quod a teipso non sis, ne aut omnino vero non glorieris, aut inaniter glorieris. Quamobrem cum duabus hiis, dignitate atque scientia, opus est et virtute, que utriusque fructus est, per quam ille inquiritur ac tenetur qui omnium auctor et dator merito glorificatur de omnibus.

De triplici modo sciendi super eandem sermone xxxvi eiusdem

Scio quo ordine, quo studio, quo fine quemque nos oportet. Quo ordine, ut id prius quod maturius ad salutem. Quo studio, ut id ardentius quod vehementius ad amorem. Quo fine, ut non ad inanem gloriam aut curiositatem aut ad aliquid simile, sed tantum ad edificationem tuam vel proximi. Sunt namque qui scire volunt eo fine tantum ut sciant, et turpis curiositas est. Et sunt qui scire volunt ut sciantur ipsi, et turpis vanitas est. Et sunt item qui scire volunt ut scientiam suam vendant verbi causa pro pecunia, pro honoribus, et turpis questus est. Sed sunt quoque qui scire volunt ut edificent, et caritas est. Et item qui scire volunt ut edificentur, et prudentia est. Horum omnium soli ultimi duo non inveniuntur in abusione scientie, quippe qui ad hoc volunt intelligere ut benefaciant. Cibus indigestus et qui non bene decoctus malos generat humores, et corrumpit corpus et non nutrit; ita multa scientia indigesta stomacho anime, qui est memorie, si decocta igne caritatis non fuerit, et sic per quosdam artus anime, mores scilicet atque actus transfusa atque digesta, quatenus ipsa de bonis que novit vita attestante et moribus bona efficiatur, nonne illa scientia reputabitur in peccatum, tamquam cibus conversus in superfluos noxiosque humores

n̄ ꝯ scia

An non mali humores
sunt mores. An non infla-
ciones et torciones in consci[enci]a
sustinebit. qui hungwiori
est / sciens vz bonum et no[n]
faciens **de tribus occultis**
In dictis quibusdam Ca[n]cellarii

Tria sunt occulta / illi-
cita actio / dolosa inte-
ntio / impudica affectio /
Prima operacio inquinat me-
moriam. Dolosa intencio
racionem vel mentem. impu-
dica affectio voluntatem
Mundatur memoria per con-
fessionem / mens per lectionem
affectio vel voluntas per
oracionem / ab alienis inde-
cens si non insultes. si no[n]
discedas / si non conspici-
as. si non dissimules /
Iusticie est non consentire
sed cum rigore resistere / for-
titudinis non discedere. sed
mala proximi pacienter
tollerare / temperancie non
insultare. sed cum moda-
mine compati / prudencie
non dissimulare sed solli-
cite ut mala desinant
providere **de triplici corde**
In quibusdam dictis C[ancellarii].

Est cor altum. cor
humile. cor mediocre
dicit propheta. Redite preva-
ricatores ad cor / Prima
accessio prevaricatorum sunt
ad cor humile / ad quod
trahuntur per iudicium. Secunda
accessio mercenarii / ad cor
mediocre / ad quod vocatur
per consilium / Tercia filii
ad cor altum / ad quod
levatur per desiderium / et tunc
super cor elevatur deus /
ut dominum non potest compre-
hendi per racionem / desiderat
per affectionem et amorem **de**
tribus peticionibus cordis
In sermone de quadragesima
Cancellarii.

Peticiones cordis in
tribus credo constare
Nec video quid preter
illa electus quisque sibi
debeat postulare. Duo
quidem horum temporis sunt /
idest bona corporis / et bo-
na anime / Tercium vero
beatitudo est vite eterne
Nec mireris quod bona cor-
poris diximus adeo esse que-
renda / quoniam eius sunt
omnia corporalia sicut
et spiritualia bona / ab eo
ergo est petendum et spe-
randum nobis. unde pos-
simus in eius servicio sus-
tentari / Verum tamen pro neccessi-
tatibus anime est orandum
nobis / et frequencius et
fervencius. id est pro obtinenda
gracia dei anime cum virtutibus
sic et pro vita nostra eciam
tota pietate et toto no-
bis orandum est desiderio
ubi nimirum et corporis
et anime plena et per-
fecta est beatitudo / In hiis
ergo tribus ut cordis pe-
ticiones sunt / tria nobis
sunt observanda / Nam
et in prima quidem super-
fluitas / et in secunda im-
puritas / et elacio super-
bie nimis excernere solet

In terra, non utique eum tempora-
lia quecumque solent ad volu-
ptatem, virtutes ad ostenta-
tiones, sed et veritatem etiam
fortassis aliqui non in hu-
militer gerunt. Sed tamen
in fiducia suorum meritorum
Nec hoc dico quod accepta
gratia fiduciam donet ora-
di, sed non oportet ut in ea
constituat quisquam fiduciam
imperfecti, hoc solum con-
ferunt. Hec prima dona
ut ab ea una que ibi-
it hec, separant etiam am-
plioa. Sic ergo oratio que
pro temporalibus est, ita solas
vanitates restricta, sic
oratio que pro virtutibus est
anime, ab omni impulte
et ita solum beneplacitum
dei intenta, sic quoque ea pro
pro vita eterna in omni hu-
militate, presumimus de
sola ut dignum est mi-
seratione divina **De servo
et mercenario et filio in
Epistola ad carthusienses
Capitulum lxx**

Est qui confitetur domino
quoniam bonus est, et est
qui confitetur domino quoniam
sibi bonus est, iterum qui
confitetur domino quoniam sim-
pliciter bonus est. Primus
servus et timet sibi. Se-
cundus mercenarius et cupit
sibi. Tercius filius. et de-
fert patri. Itaque qui ti-
met et qui cupit utrique
pro se agit. Sola que in
filio est caritas non querit
que sua sunt, quam ob rem
puto de illa dictum. Lex
domini immaculata convertens
animas. quod sola utique sit que
ab amore sui et mundi aver-
tere possit animam et in deum
dirigere. Nec timor quippe
nec amor privatus conver-
tunt animam. Mutant inter-
dum vultum vel actum,
affectum nunquam. Facit non
nunquam et servus opus dei
sed quia non sponte, in sua
adhuc duritia permanere co-
gnoscitur. Facit et mercenarius
sed quia non gratis, propria
trahi cupiditate convincitur
porro ubi proprietas ibi sin-
gularitas, ubi autem singula-
ritas ibi angulus, ubi an-
gulus ibi sine dubio sordes
et rubigo. Sit itaque servo
sua lex timor ipse quo con-
stringitur, sit mercenario su-
a cupiditas qua ipse
artatur. cum temptatur abstra-
ctus et illectus. Sed harum
nulla aut sine macula
est. aut animas convertere
potest. Caritas vero convertit
animas quas facit volun-
tarias. Porro in eo eam
dixerim immaculatam quod nil
sibi de suo retinere con-
suevit. Cui nempe de pro-
prio nil est, totum profe-
cto quod habet dei est. Quod autem
dei est, immundum esse non
potest. Lex ergo domini immacula-
ta caritas est, que non
quod sibi utile est querit
sed quod multis. Lex autem
domini dicitur, sive quod ipse
ex ea vivat, sive quod eam
nullus nisi eius dono
possideat, nec absurdum

videat quod dixi etiam deum
vivere ex lege, qua non
aliam quam caritatem diximus
Secundum vero in summa et beata
illa trinitate summam et in:
effabilem illam conservat u:
nitatem, nisi caritas. Lex
ergo est, et lex domini caritas
que trinitatem in unitate
quodammodo cohibet et col:
ligat in vinculo pacis. De
triplici lege servi merce
narii et filii vite. Capitu
lum sexagesimum xi

Servus et mercenarius
habent legem a domino
sed qua sibi ipsi fecerunt
ille deum non amando
iste plus aliud quam ipsum
amando. Habent inquam non
legem domini sed suam, illi
tamen que domini est subiecta.
Et quidem suam sibi quisque
legem facere potuit. Non
tamen eam incommutabili
eterne legis ordini sub:
ducere potuit. Tunc autem
dixerim quemque sibi fecisse
suam legem quando commu
ni et eterne legi propriam pre:
tulit voluntatem, perverse vi:
delicet volens suum imitari
creatorem, ut sicut ipse
sibi lex sui que iuris est
ita is quoque seipsum regeret
et legem sibi suam fa:
ceret voluntatem. Alioquin qui
hoc faciunt quod ait apostolus
Nemini quicquam debeatis
nisi ut invicem diliga:
tis procul dubio, nec ser:
vi aut mercenarii sunt, sed
filii. Ita nec filii sunt

sine lege, sed sciendum
quod alia est lex promulgata
a spiritu servitutis in timore
alia a spiritu libertatis in
suavitate. Nec sub illa
esse coguntur filii, nec si:
ne ista patiuntur. Bona
vero lex caritas et sua:
vis que non solum le:
viter suaviterque portatur
sed etiam servorum et mercena:
riorum leges portabiles
ac leves reddit, quas
utique non destruit, sed
facit ut impleantur. Tam
temperat istam, illam ordi:
nat, utramque levigat.
Nunquam erit sine timore
caritas, sed casto, nunquam
sine cupiditate, sed ordina:
ta. Implet ergo legem
servi caritas, cum infun:
dit devocionem, implet et
mercenarii, cum ordinat
cupiditatem. Porro timori
permixta devocio ipsum
non adnullat, sed casti:
ficat. Pena tantum tollitur
sine qua esse non po:
tuit dum fuit servilis
et timor manet in se:
culum seculi castus et filialis
Nam quod legitur perfecta
caritas foras mittit ti:
morem, pena intelligen:
da est que servili nunquam
deest timori. Deinde cu:
piditas tunc recte a sup:
perveniente caritate ordinatur
cum mala quidem penitus
respuuntur, bonis vero me:
liora preferuntur, nec bona
nisi propter meliora appetuntur

De tribus panibus quibus amicus
reficiendus est fratribus quibusdam
suis. Capitulum lxij

Tribus parietibus quibus quilibet reficiendus est. Primus paries est continen:cia, quia restringit corpus ne deinceps per mortiferas voluptates defluat. Se:cundus est humilitas, qua instruitur anima ne de ipsa sua continencia superbiat. Tercius est feruor caritatis quo accenditur spiritus, ut utrumque, id est corpus et animam in castitate et humilitate perseuerantes custodiat. His tribus virtutibus, id est casti:tatis, humilitatis, caritatis tamquam tribus parietibus reficitur homo dei, et co:roboratur ut secundum apostolum dicere adiunctus domino sit inte:ger spiritus anima et corpus. Secundum autem vero graciam que admonet infinites [illegible] ne deficiamus do:nec suo tempore metamus bonum quod seminamus. Vo:catur primus paries carna:lis vel corporalis, secundus racionalis, tercius spiritualis.

De tribus vinculis quibus deo constringimur pulchrum dictum

Tria sunt [illegible] vincula quibus deo constringimur, et sic tamen ut sola cum solis istis vel istorum similibus omne quod ligatur ligetur. Et primum accipite funes, secundum clauos ligneos vel fer:reos, tercium glutinum. Pri:mum astringit fortiter et dure, secundum forcius et durius, tercium suauiter et securius. Fune quodam modo alligatus est rede:ptori si quis forte dum vehemencioris temptacione turbatur proponit sibi hone:statis intuitu memoriam promissionis, et hoc intactum fune se retinet ne propo:situm penitus abrumpatur. Quam perfecto vinculum et molestum, sed et periculosum nimis eo quod diu tenere non possit. Tunc quidem peri:erunt funes aut pudoris vinculum aut admiserit aut abrumpam cito. Est autem qui clauis configitur domino maiestatis, is quem timor dei ligat qui non expauescit ad vultus ho:minum, sed ad memoriam gehenalium tormentorum, et hic quidem non peccare metuit, sed ardere. Durius tamen et forcius primo infigitur et imprimitur, quia cum ille vacillet in proposito iste propositum non amittit. Ter:cius vero glutine caritatis con:glutinatur id est caritate qui tam suauiter quam secure ligatus adherens domino unus spiritus est. Iste est qui quecumque undecumque siue que facit, siue que fi:niet ad suum comodum refert et retorquet. Talis huiusmodi homo et ha:bundanti spiritu influente maiestate qui suauius et unctus portat omnes et portatur qui terribilius et horribilius ipsa gehenna

indicat vel in re lenis-
sima voltum omnipotens
faciens offendo. De tribus
diebus de Evang° Misereor
super turbam Cap^m Sexage^m ix

Tres iam hunc dierum cau-
sa nunc est in deserto si
gratum deo tuo offerre vo-
lueris sacrificium. Prima dies
est timoris. Dies in quo de-
clarans et illuminans tenebras
tenebras interiores vel et hor-
rendum gehenne supplicium
denuncians, in quo sunt te-
nebre exteriores, longe di si-
quis cogitacio nostre excolat
precedente primordia commissiones
secunda est pietas qua respi-
ramus in luce misericordiam
dei. Tercia dies est 2omis
in qua veritas innotescat
ut tanquam ex debito quo-
dam nunc sine alia con-
sideratione creatori subie-
cta sit creatura, sicut si-
niat redemptor. De oculo
pede et manu in sermone
de quinquagesima cap^m lx

Tripliciter fieri scanda-
lum quod intus patimur
quotidiano nobis nosse
licet experimento. Interdum
enim est in nobis spiritualis
intencionis oculus simplex
et qui precedere magis quam
iude dirigendus sit. Deus
scandalizat nos oculus in-
terius quidem a nobis est. Dum
voluntas nostra aliam
minus castam importune
ingerit intencionem. Debet ha-
bemus iam super hoc sa-
lubre consilium salvatoris
nostre inquit enim et
erue

pice abste. Hoc autem
fiet si non consencias
si abicias, si resistas.
Similiter modo de manu et
pede est intelligendum.
Cum enim bonis operibus
intentis ad alia opera
trahit voluntas propria
conatus, manus nostra est
que scandalizat nos, sed
abscindi debet et proici a
nobis, ut non consen-
tiamus ei. Sic etiam pro-
ficit in sancta conversacione
et de virtute in virtutem
ire desiderantes sepe scan-
dalum patimur a pede
quodam pusillanimitatis
nostre et negligencie, qui
nimium descendere magis
ac remissius ire conatur
sed abscindi enim nunc est
ut pes quare qui stat in
directo more possit sine
offensione, sine scandalo
sine impedimento. Quod
autem dicit bonum nobis
esse ad vitam intrare
cum uno oculo, vel manu
aut pede, quam duos ha-
bentes ire in gehennam
ignis, eos vocat, qui
voluntatem suam sive bo-
na sive mala sit, cognos-
cunt et ingrediuntur de
duabus viis nunc bona
nunc mala sectantes
secundum quod vacantur
desideria nostra sua. Teni-
bus multo utilius foret
quare in omnibus inherere
et ubi obviat propria vo-
luntas abscindere et a se
proicis abicere eam. Est autem

cum iusto tempore in absa:
sione presentem voluntate nostre
excitati aquaterus eam
domamus / ut distat iam
non superbie / sed magis
sine omni scandalo vel con:
tradictione deo subiecta
esse anima nostra / nec abs:
que ratione sit oculus nostrum
Nempe qui simplici ad:
herens oculo / fit et ipse
simplex / aut certe iam
non aliter oculus · sed unus
cum eo / Quod autem de oculo
dictum est de manu quoque
pede consequenter est intellige:
dum / Cuius enim voluntas
ex affectione et cum desi:
derio gratie cohe[re]t · ut nec
concupiscat mala agere
nec bona invita nec
minus bene quam gratia
suggerit hic plane perfe:
ctus est vir / Sed pax ita
potius est felicitatis · ab:
scisio vero scandalorum et te:
tatorum victoria fortitu:
dinis / illa insignis glorie
hec virtutis **De triplici
aqua in sermone de sancto
clemente capitulum lxxi**

Accipe triplicem aquam
quam tibi salvator
apposuit / plorat super
lazarum / et super civitatem
iherusalem / et hec est aqua
prima / Sudat universe
iam passionis hora / et hec
est aqua secunda non ab
oculis tantum sed a toto corpore
manans / Hec autem
rubea est sanguinei co:
loris / Iam vero tertia
est que de latere eius dor:
mientis in cruce una cum
sanguine emanavit / Et in
ergo primam habes si rigas
lacrimis tuis conscientie stra:
tum / et dolore compuncto:
peccatorum diluis maculas /
Secundam habes aquam · si in
sudore vultus tui vesceris
pane tuo / et labore peni:
tencie corpus tuum castigas
ac vestigias concupiscentie flam:
mas / Est autem sanguinei
coloris · sine quo per laborem
sine caritatem pro ipsum que
extinguit concupiscentie ignem
Iam vero si perfecte potes
insuper ad devotionis gratiam /
potabis aqua sapientie sa:
lutaris et spiritus christi / qui
super mel dulcis est · fiet
in te fons aque salientis
in vitam eternam / et me:
ruisti hanc esse aquam
que prodit a latere dor:
mientis / et sine omni
molestia fluit · Oportet
enim iam mortuum esse
mundo qui in hac gloria
voluit delectari · Ergo
ut breviter repetam / prima
quidem a preteritis delictis
abluit conscientiam / Secunda
ut futura caveas / extin:
guit concupiscentiam · Tercia
si ad eam merueris perve:
nire / potat animam sitien:
tem **De triplici loco in ser:
mone de transitu sancti ma:
lachie capitulum lxxii**

Est deorsum nobis locus
Aque sibi totum vendi:
cavit ignis adeo / ut nec
minimam quidem aque

guttacula de lazari digi-
to miser ille dives ibi
habere potuit. Est et sursum
civitas dei, quam letificat
fluminis impetus voluptatis
torrens, calix inebrians quam
preclarus. In hoc sane me-
dio boni et mali sciencia
continetur et voluptatis et tri-
bulacionis hic capere est ex-
perimentum. Infelix autem tri-
bulacionis vicissitudines nos in-
duxit. Hic plana dies
et nox. Nam in inferno
tantum nox. In celo tantum dies.
Vita proinde amica que vir-
tutem perficit, nec volupta-
ti indulgens, nec deficiens
in tribulacione. De tribus in
opere mundi considerandis. In
sermone de pentecosten c lxxm

Tria magno opere homines
mundi cogitare debemus,
videlicet quid sit, quomodo sit, ad
quid sit constitutus. Et in
esse quidem rerum ineffabi-
lis potencia commendatur,
quod tam multa tam ma-
gna, tam multiplicata
tam magnifice sunt creata.
Bene in modo ipso sapiencia
singularis claruit, quod hec
quedam sursum, hec vero de-
orsum, hec in medio ordi-
natissime sunt locata. Sed
vero ad quid factus sit me-
ditaris, occurrit tam utilis
benignitas, tam benigna
utilitas, que eciam ingra-
tissimos quosque multitudine
et magnitudine beneficiorum pos-
sit obruere. Potentissime
siquidem ex nichilo omnia,
sapientissime pulchra, be-
nignissime utilia sunt
creata. Verum tamen propter se-
metipsum condita vero boni-
tate. Omnia propter electos
suos, ut eorum scilicet utilitati,
ut illa eadem efficiens
sit causa, hec finalis.
De triplici genere bonorum scilicet
naturalium spiritualium eternorum
quinquagesima dictus xl^m legatur

Bona domini spiritualia
naturalia, eterna, et qui-
dem naturalia bona ma-
gna, spiritualia maiora
sed maxima sunt eterna.
In primis reparamur. In se-
cundis excitamur. Extendi-
mur et beatificamur in ter-
tiis. Si non potes oculum
meditacionis in illam sub-
limitatem eternalium bonorum
infigere, qui astancia sibi
et omnes spiritum excipiunt
in bonis gracie que sunt
in exercicio virtutum, visum
reflecte, ut videas quam
pure conscientie quam libere
frontis sit conversari et con-
versari in castitate, caritate,
in paciencia, in humilitate,
ceterisque virtutibus, que ama-
biles deo placabiles et
imitabiles in hominibus
reddunt. Tu si et si hec
nimis sublimia sunt
et tibi difficilia infirmi-
tatem, demitte oculos in
bona nature, que tria tam
familiaria esse debent
quantum tu familiaris
es tibi. Nec dicimus bo-
na nature quod gratie non sunt,
sed ideo quod ipsi nature quo-
dam modo ingenita

et coplantata fuerimt
augmentum fiet peccatum illud
quod non solum personam
inficit. sed naturam / extruit
non ita nobis ad manum
provenisse narrant. propter
volumus inflictum / cum tamen
nos illa in nobis et ita
nos esse tam racionibus
quam affectionibus plerumque
senciamus De triplici
distinctione bonorum supra
dictorum inter ceteram septuagesimam .I.

Omnia nos ex anima
et corpore subsistimus
/ ab animali parte id est a bonis
corporis incipiamus Omnis
autem omnia bona corporis
et que ei debeamus sani:
tas. Nichil autem ultra
ei dandum est vel queren:
dum / sed hoc timendo legan:
dum et frenandum est
cum fructus eius nullus
sit / et mors sit finis illius
sed hic fovea est que no:
lo nos lateat / et tam
subtili malignitate perscrutatur
/ ut vix eam vel possit
caveri vel nomine. Quod
si voluptati serviatur non
sanitati. hoc iam contra non
de natura est sed sub natura
/ que morti manus dat
/ cum ingratam constituit vo:
luptatem / Sicut autem
corporis natura est sanitas
Ita cordis natura est puri:
tas. quia Beato corde non
videbit deus et cor huma:
num adhoc factum est. ut
suum videat creatorem / Sicut
in simplici accipimus pu:
ritatem. ut vz omnia que

agimus. pure et humiliter
confiteamur domino in oracione
homini in confessione / Et quia
sociale animal sumus. si sicut
patet quod ex nobis est. pacem
habeamus cum hominibus
omnibus / hec enim lex natura:
lis societatis ut omnia que
cumque fieri nolumus no:
bis / aliis ne faciamus
Et que nobis fieri volumus
/ aliis studeamus impendere
Sanctorum animabus que de
huius mortalitatis carcere
ad celorum gaudia volaverunt
debemus imitacionem / quia
similes nobis fuerunt pas:
sibiles / sed et illis qui non
in tanta sanctitate sed no:
dum peracta penitencia exierunt
debemus compassionem et ora:
cionem / a sanctis vero angelis
auxilium querendum est. quia
administratorii spiritus sunt
missi propter nos / ut heredi:
tatem capiamus salutis
Ab illo autem creatore omnium
domino pietas querenda est
/ ut ille cuius natura boni:
tas est. in multitudinem
miseracionum suarum misereatur
nostri / Ipsi enim nos eciam
modum debemus et sub:
iectionem / amorem quia fecit
nos et refecit nobis
/ et subiectionem quia super
nos est. Ita ergo et sani:
tatem corpori. puritatem
cordi pacem sui / imita:
cionem sanctis / compassionem
mortuis / auxilium ab
angelo / pietatem a deo
/ ex archa naturali bonorum

habe demus. In hiis autem
bonis reparari et quasi quodam
restitui in antiquum sta-
tum/ Primum ad ingenitam
nature sanitatem redituri
Sunt et nobis et hiis que
circa nos sunt et que sub
nos sunt/ debitum rerum
ordinem exhibeamus/ et hec
quidem pro bonis naturalibus.
Spiritualia autem bona in que
bus creati/ ut ad eterna
tendamus/ Longum est enarra-
re/ super naturam enim esse no-
scuntur/ Nam in spirituali
creacione. Debemus corporis sim-
plicitatem afflictorum laborem
/ et istam cordi puritatem
debemus in intencione cogi-
tacione et opere. Hanc circum-
spectorum exhibeamus ut et
vita nostra sit fructuosa
/ et fama gloriosa/ non que
fructificet se/ sed patrem suum
qui in celis est/ cum hiis
qui oderunt pacem esse
pacificum dicamus/ portare
omnes/ et a nemine vel-
le portari/ Consitem et
in spe mortuis adhibe-
dam congratulacionem. quia
prope est ut abstergat deus
omnem lacrimam ab oculis
eorum/ Creatorum vero amarum
et angelorum ardenter con-
spectum desiderare debemus
In divinum autem deum affectio
tota dirigenda est. ut
diligamus nos propter ipsum
/ et supplicamus que sit
illa maiestas/ que cun-
cta faciat cuncta contine-
at. et in quam desiderant

personales creature prospicere
Hec sunt scrutinia spiritualis
creacionis quibus et religiosa
mens et dilatatur et de-
lectatur ad eterna bona se
extendens. Porro eterna
bona illa sunt que nec
oculus vidit/ nec auris
audivit/ et que in quam
exeunt ab illa patria que
nescit nisi gaudium et iu-
bilacionem De triplici genere
iustorum Inquibusdam dictis
Capitulum lxxv

Est iustus qui in princi-
pio sermonis accusator
est sui/ et est iustus qui ex
fide vivit/ et est iustus
qui absque terrore est. Et pri-
mus quidem bonus quia acce-
dit ad viam/ Secundus me-
lior quia currit per viam
Tercius optimus/ quia iam
appropinquat ad finem vie
De tribus que faciunt hominem
sanctum Inquibusdam sanctis
Capitulum lxxvi

Tria sunt que sanctum
faciunt hominem victus
sobrius/ actus iustus/ sensus
purus/ Victus sobrius
erit si continens si socialis
si obediens idest caste
caritative et humiliter
vivemus. Per continenciam enim
castitas. per socialitatem
caritas. per obedienciam
humilitas acquiritur. Actus
iustus erit. si fuerit rectus
discretus fructuosus. Rectus
per bonam intencionem/ Discre-
tus per mensuram possibi-
litatis/ fructuosus per

utilitatem proximorum
sensus primus est si fides
vera deum sentit. sum-
me potentem, summe sa-
pientem, summe bonum
ut per eius potentiam no-
stram credamus adiuvari
infirmitatem, per eius sapientiam
nostram corrigi ignorantiam,
per eius bonitatem nostram
credamus ablui iniquitatem.

De triplici modo contempla-cionis super Cantica sermone xxiii Capitulum lxxviii

Est locus
apud deum de quo
sua iura discernit et di-
sponit consilia. Ipse uni-
versitatis gubernator leges
constituens omni creature
pondus, et mensuram et
numerum. Et locus iste altus
et secretus et minime quietus.
Nam et si ipse quantum in
se disponit omnia sua-
viter et contemplantem
qui forte eo loci perve-
nerit. quiescere non permit-
tit, sed ineffabiliter quamvis
delectabiliter rimantem et
admirantem fatigat, reddit
que inquietum. Est item locus
de quo super rationalem rep-
robam eandem creaturam immo-
bilis vigilat secretissima
severissima quoque animadver-
sio iusti iudicis dei terri-
bilis in consiliis super fili-
os hominum. Cernit namque
a timorato contemplatore
hoc loco deus iusto sed
occulto iudicio suo rep-
robos nec diluens ma-
la nec acceptans bona
insuper et corda indurans
ne forte doleant et re-
sipiscant et convertantur et sa-
net eos, et hoc non absque
certa ratione, quod tanto
formidolosius constat esse
quanto immobilius fixum
constat in eternitate. Habet
hec visio timorem iudi-
cii non securitatem. Terri-
bilis est locus iste et to-
tius expers quietis. Sed
est locus ubi vere quie-
scens et quietus cernitur deus
locus omnino non iudi-
cis non magistri, sed spon-
si, in quo deus non
est turbatus ira, nec dis-
trictus cura perspicitur,
sed probatur voluntas eius
in eo bona et beneplacens
et perfecta, visio i-
sta non terret sed mulcet
inquietam curiositatem se-
dat non excitat. nec fa-
tigat sensus sed tranquillat
hic vere quiescitur. hic tranquillus
deus omnia tranquillat,
et quietum aspicere quiescere
est. Sed heu rara hora
et parva mora ut mira-
tum est apte et in priori
loco extrema et in secundo
nulla capit quies. tamen
et illic apparens admira-
bilis ad indagandi studi-
um excitat curiositatem
et hic innotescens terribi-
lis infirmitatem concutiat,
at vero tertio isto loco non
plane terribilis non

tam amabilis quam ama-
bilis apparere dignatur sere-
nus et placidus et suavis
et mitis et multe mansue-
tudinis se. **De tribus que
impediunt contemplacionem
In sermone de assumpcione capitulo
septuagesimo nono ix**

Considerandum est tria
esse que impediunt
contemplacionem. Est quidem a-
nime nostre oculus intelli-
gencia est. Sicut enim oculo
corporis lux corporea et
cetera queque corporalia vi-
dentur, ita deus qui est
lumen inaccessibile et eius
invisibilia ut omnique in-
tellectu percipiuntur. Utrique
vero oculo tria sunt que
ad videndum impediunt.
Potest sane fieri ut oculus
exterior sanus sit et pate-
fiat, sed quia lux exterior ei
desit nichil videat. Contra-
rio fit quando ut prius
ei quidem lux sit, sed forte
sanguine seu quolibet humore
concreto tegatur, tunc vi-
dere possit. Tercio sol et
pleraque contingere ut neutrum
desit ei, nec lux nec sa-
lus, sed in aqua pulveris
iniectione fedatur, quo eius
acies retunditur. Sunt ergo
tria ista que huius oculum
impediunt: tenebre, hu-
mor concretus, pulveris inie-
ctus. Licet ipsa sint eciam
quibus interior ille impe-
ditur, sed et alia nomina
sorciuntur. Nam quod hic te-
nebre ibi peccata dicuntur,
quod hic humor concretus
hoc ibi recordacio pecca-
torum. Hec peccata consue-
verunt in memoriam quasi in
quandam sentinam, et hoc
est ille humor concretus.
Quod autem hic pulvis
dicitur, hoc ibi cura tem-
poralium actuum inculpabi-
lium. Licet ergo tria sint que
oculum intelligencie con-
fundunt atque a contem-
placione veri luminis ex-
cludunt: tenebre scilicet pec-
catorum, recordacio eo-
rundem peccatorum, cura tem-
poralium actuum. Cum enim
luce iusticie destituimur
nil aliud quam peccatorum
meorum tenebras invenimus.
Remotisque ergo mentis
oculum divine contemplacioni
volt intendere, profecto ne-
cesse est ut eciam prius
ab hoc triplici impedi-
mento studeat purgare.
Quod si quis forte conten-
dat noverit contra triplicem
morbum triplex quoque fore
remedium. Nam primum
per confessionem, secundum per ora-
cionem, tercium per [illegible]
purgatur. **De tribus no-
vissimis metuendis in
sermone de [illegible] clxx**

Fili memorare
novissima, et non
peccabis. Nimirum quod hec
maxime sit recordacio timor de tu[?]
timor expellit peccatum, negli-
genciam non admittit.
Novissima nostra sunt mors,
iudicium, gehenna. Quid

horribilius morte, terribilius iudicio terribilius. Nam gehenna nichil potest intollerabilius cogitari. Quid metuet si quis ad ista non trepidat non expavescit, non timore concutitur. Nam in morte, non magnum non parvum aliquid de bonis huius mundi secum delaturus est homo. In iudicio nec fallere nec resistere possibile erit. In gehenna nulla penitus consolacio, sed perpetuus vlulatus et fletus et stridor dentium. Time ergo o homo quia in morte separandus es a bonis omnibus huius corporis et tam dulce carnis et anime vinculum acerrissimo secandum est divorcio. Time quia in terribili iudicio ei presentandus es in cuius manus horrendum est incidere, et eo examinante quem nichil latet, si quidem innocencia fuerit iuste iniquitas alienandus ab universitate sanctorum et glorie et segregandus a numero beatorum. Time quia in gehenna demonibus crudelibus et immensis exponendus es, in sorte diaboli et angelorum eius igne eterno qui paratus est eis.

De triplici malo quod passuri sunt peccatores in fine ... tam ... primum

Malum triplex peccatores manet. Manet enim eos horror in exitu, dolor in transitu, pudor in conspectu glorie magni dei. Quantus ille pavor erit. O anima mea tu dimissis omnibus quorum tibi est presencia tam iocunda, tam gratus aspectus, cohabitacio ipsa tam familiaris, sola egredieris in incognitam penitus regionem occurrencia tibi catervatim teterrima illa monstra videbis. Quis tibi in die tante necessitatis occurret. Quis tuebitur a rugientibus preparatis ad escam. Quis consolabitur, quis deducet. Propter ignem eciam nobis timendum est et uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. Ubi aurum verum vertetur in scoriam. ibi universa impuritas revelabitur. ibi veritas ipsa accepto tempore quod nobis interim datum contempnimus iusticias iudicabit. Quid vero illic omnes iusticie nostre nisi pannus menstruate reputabuntur. Quanto nunc parcendo texuimus, palpando tegimus, dissimulando negligimus, quanto illic gravius vindex flamma consumet. Tam vero ignem illum putas residuum aliquid inveniet in nobis aut tantum erit ut audiamus illud

3 pudor

voltui maiestatis offerre
ant eius sic astare aspe-
ctui. Tercius ille pudor
erit que ve confusio post
tanta beneficia tam tepi-
dos tam imperfectos tam
vacuos apparere ante fa-
ciem dei domini nostri. Tremendus
nos post tanta flagicia
post tanta facinora presu-
mcius. Tremendo ab hac
confusione purgabitur oculus
cordis. cui nunc operam
dare negligimus. ut ibi
irreverberata acie veri illius
solis radios valeat in-
tueri. Felix quidem anima
que fiducialiter loquetur
inimicis suis in porta, quod
hic astans tenta bestia
nil in me sinestre re-
periens. Felix anima operis
non arserit, quem super-
edificasse aurum et arge-
tum lapides preciosos
examen illud invenerit
Felicissimus qui sine vel-
la nube confusionis revele-
lata penitus facie gloriam
domini speculando in eam-
dem imaginem transforma-
bitur et similis erit illi vi-
dens eum sicuti est.
Qui est super omnia bene-
dictus et laudabilis et
gloriosus in secula. De tribus
speciebus consideracionis super-
ne In quinto libro de conside-
racione Eugenium ordinate

Verbi summus vallis est
et vallis lacrimarum
in qua spiritualitas regit
et consideracio exulat. In
qua libere quidem et perfa-

cile se erexit spiritus
corporeus, sed inhitatus
caligat oculus spiritualis
Et felix qui sensum
beneficium sine quo transire
non potest, in obsequium
convertere poterit, utens
non fruens, ingerens
non potens. exactor
non simplex. Magnus
ille qui usum sensuum
veluti quasdam opes
expendere sathagit. di-
spensando in suam et mul-
torum salutem. Nec ille
minor qui habet sibi gra-
dum ad illa invisibi-
lia philosophando con-
stituit. nisi quod hoc dulcius
illud utilius. hoc felicius
illud forcius esse constat
ac omnium maximus qui
spreto ipso usu rerum
et sensuum quantum quidem
humane fragilitati fas
est non ascensoriis gra-
dibus. sed inopinatis
excessibus evolare interim
contemplando ad sublimia
consuevit. Porro hec
tria ita contingunt cum
consideracio virtutis studio
et adiutorio gracie facta
superior sensualitatem aut
premunt ne insolescat
aut cogit ne evagetur
aut fugit ne inquinetur.
In primo potencior. In
secundo liberior. In tercio
purior. Puritatis siquidem
et alacritatis pennis alis fit
ille volatus, vis tibi has
consideraciones species proprius

distingwi nominibus. Citamus si placet primam dispensatiuam. secundam estimatiuam. Terciam speculatiuam. Dispensatiua consideracio est sensibus sensibilibusque rebus ordinate et socialiter utens ad promerendum deum. Estimatiua consideracio est prudenter ac diligenter queque scrutans et ponderans ad investigandum deum. Speculatiua est consideracio se in se colligens et quantum diuinitus adiuuatur rebus humanis eximens ad contemplandum deum. Prima vigilant aditus aliarum haurit esse fructu. Ceteras si non refrenant ad istam qua deum videre posse sed non esse. Et porro fidem absque intuitu huius multa serit et nil metit. Sequens vero nisi ad istam se dirigat vadit sed non euadit. Ergo quod prima optat secunda adorat. tercia gustat. ad quem tu gustum perducit et ceteras etsi tardius. nisi quod laboriosius prima. hec eius proveniunt. De tribus modis quibus vestigandus est deus et beati spiritus qui cum eo sunt ut [illegible] c. [illegible]

Deus et qui cum eo sunt beati spiritus tribus modis nobis sunt considerandi vestigandi. Opinione fide intellectu. Quorum intellectus rationi innititur. fides auctoritati. opinio sola veri similitudine se tuetur. Habent illa duo certam veritatem. sed fides clausam et inuolutam. intelligencia nudam et manifestam. Ceterum opinio certi nil habens, verum per veri similia querit potius quam apprehendit. Cauendum in hiis tamen est confusio ne aut incertum figat fides opinionis aut quod firmum fixumque est fidei opinio reuocet in questionem. Et hoc sciendum quia opinio si habet assercionem temeraria est fides si hesitationem habet infirma est. Item intellectus si signata fidei temptat irrumpere reputatur effractor. scrutator maiestatis. Multi suam opinionem intellectum putauerunt et errauerunt. Et quidem opinio potest putari intellectus, intellectus opinio non potest. Unde hoc accidit profecto quia hec falli potest, ille non potest. Aut si falli potuit intellectus non fuit sed opinio. Verus namque intellectus certam habet non modo veritatem sed noticiam veritatis. Possumus singula hec ita diffinire. Fides est voluntaria quedam et certa prelibacio necdum propalate veritatis. Intellectus est rei cuius-

~~tiumque invisibilis certa~~
et manifesta noticia. Opi-
nio est quod per veri similia habere
aliquid quod falsum esse ne-
scias. Ergo ut dixi fides
ambiguum non habet. aut
si habet fides non est
sed opinio. Et in quo igitur di-
in affectu cordis id est
quod illa tria. quia fortis
est prudens temperata De quatuor
pedibus quibus kathedra pe:
stilencie subsistit In quibus
dictis cam xx primo

Kathedra pestilencie
quatuor pedibus subsi:
stit. Primus pes est ma:
licia. Secundus contemptus
dei. Tercius irreuerencia
Quartus astucia. Malicia

est amator mali et sapo-
rem mali habet et ma-
ximum quia malum est diligit
· sicut facit dyabolus et no-
nulli iniqui. Sed quia sit
quando ut tales timeant
deum non timore bono. sed
ne mictant vel dampni
rerum vel corporis cruciatum
ut amplius sint mali con-
tempnunt et ipsum deum et sit
secundus pes contemptus dei
Item possunt sic ut malum
amarent deum contempnerent
· sed inhibet eos pudor
hominum cum quibus habitant
Ideo ad augmentum mali
sequitur tercius pes irre-
verencia ut nec deum time-
ant nec homines verec-
antur. Ad consummatorem vero
tocius malicie adest quar-
tus pes · astucia ut sci-
ant uti tribus predictis mi-
nisteriis oleum vino · et mel-
li acetum. Eminens pars
kathedre cui sedes in-
heret est potencia. Si enim
potens est qui predicta
habet tunc plurimum nocet
vel si potest sibi allicere
per que consilio secundat
et ad malum impellat
Deinde apponitur pulvi-
nar ut suaviter sedeat
Pulvinar fit de levibus
pennis animum significans
vanam gloriam et favo-
rem popularem quibus ho-
mines delectati extollun-
tur. Scabellum pedibus

supponitur ne terram tan-
gat. Tales enim nonulli
terrenas actiones non fa-
ciunt. sed spirituales se simu-
lant ut magis decipiant
Horum doctrina est sicut pe-
stilencia multa loca occu-
pans et vastans De quatuor
modis hominum in
sentenciis quibusdam c. xxii

Quidam sunt qui
non sequuntur xpistum. sed
fugiunt. alii non sequuntur
· sed precunt. Nonnulli secun-
tur. sed non assequuntur
alii vero sequuntur et consequuntur
Non sequuntur sed fugiunt
quia necdum peccare de-
sistunt. De quibus scriptum
est. Omnis qui male
agit odit lucem. Et propheta
Ecce isti qui elongant
se a te peribunt. Non se-
quuntur sed precunt qui in(g)e(n)io-
rum suorum vias preferunt
Sequuntur sed non assequuntur
quia sequi se ac remisse
agunt vel usque ad finem
non perseverantes de medio
itinere retrocedunt. Sequun-
tur et consequuntur qui viam
humilitatis eius devoto
mentis affectu perseverant
imitantur humiliter vero
sequuntur deum. Perfecta humilis
imitacionis mansio est ete-
rne beatitudinis De quatuor
generibus hominum in sentenciis qui-
busdam c. xxiii

Quatuor genera sunt ho-
minum quorum unum ul-
timum est quod faciat bonum

nisi unum. Tremenda enim
sunt qui dicta pr intel-
ligunt nec recipiunt
et hii mortui sunt. alii
intelligunt quidem sed non
recipiunt et hii sunt im-
pii. alii recipiunt non autem
intelligunt et hii fatui
sunt. Alii vero intelligunt
et recipiunt et isti sancti
sunt de quibus psalmus di-
cit. Non est intelli-
gens aut requirens deum
non est qui faciat bonum
non est usque ad unum

De quatuor rotis currus spiritualis in singulis quadrigam Capitulum xxiiii

Via legis domini agitur
non gressu corporis
sed affectu mentis. Per hanc
viam incedunt et ipsi
quedam currum ducunt
tria genera hominum. Servus
mercenarius et filius.
Trahunt eundem currum duo
iniuncta quorum nomina
sunt comminatio et pro-
missio. Super comminationem
servus sedet. Super pro-
missionem mercenarius. Ho-
rum utrumque trahit currum
alter timore alter cupiditate
et utrumque propriis stimulis
impellitur. Solus filius
qui nec timore quatitur
nec illicitur cupiditate
sed spiritu dilectionis agitur
sine labore aut lesione
vehitur in currum. Cumque
enim spiritu dei aguntur hii
filii dei sunt. Habet enim
currus ille quatuor rotas
illas scilicet quatuor animi
affectiones notissimas
amorem et leticiam timo-
rem et tristiciam. Amant
enim temporalia et letantur
cum malefecerint. Sed
hunc amorem et hanc
leticiam sequitur timor et
tristicia sempiterna. Electi
vero ponant primas rotas
timorem et tristiciam. Poste-
rius amorem et leticiam
sempiternam

De quatuor spinis super cantica primo libro xlviii capitulum xxv

Donec in carne est
in anima mens spinas
profecto versatur et necesse est
paciatur inquietudines tempta-
tionum tribulationumque acu-
leos. Videat quam vigilem
sollicitamque esse oporteat
super custodia sui septa
undique spinis. Hiis enim
aculeos intendentibus
spina culpa est. Spina
pena est. Spina falsus
frater. Spina est malus
vicinus. Audivi te plus
spinis in terra sunt. In
aere sunt. In carne tua
sunt. Versari in hiis et
immune ledi divine pote-
ncie est. non virtutis tue
Benigne pungentes si com-
pungaris. Non mediocris
titulus profecto virtutis inter
spinas vivere bonum

candorem et morum lenitatem
magis aut si hiis qui o-
derunt pacem pacificus
et amicus ipsis te exhibeas
inimicis **De duobus bonis
que oculum interiorem fa-
ciunt simplicem et duobus
malis que eundem faciunt
nequam in hoc de precepto et di**

[illegible] c. xxv

At interior oculus vere
simplex sit. duo illi
arbitror necessaria. caritatem
in intencione. et in electione
veritatem. Nam si bonum
quidem diligat. sed verum
non eligat. habet quidem
zelum dei, sed non secundum
scienciam, et nescio quemad-
modum in dicio veritatis vera
esse possit cum falsitate sim-
plicitas. Volens denique
ad verum instruere discipulos
simplicitatem integra veritatis
caritate monuit prudentes
sicut serpentes, et simplices
sicut columbe. Premisit ergo
prudenciam, sine qua nequaquam
satis esse posse simplicem
sciret. et non denique vere
simplex est. Oculus cum
ignorancia veritatis. Patet
ergo laudabilem illam et a
domino laudatam simplicitatem
absque hiis duobus non
esse bonis benivolencia
atque prudencia, ut oculus
videlicet cordis non solum pius
qui fallere nolit. sed et
cautus sit, qui falli non
possit. Ceterum sicut oculum
simplicem duo ista faciunt
bona, amor scilicet boni et
cognicio veri, sic nequam
oculum duo e regione
mala constituunt. cecitas
que fit ut veritatem non
cognoscat, et pravitas, qua
fit ut diligat iniquitatem

**De quadrifaria divisione
oculi interioris ut c. xxvj**

Porro inter hec duo
bona. que nec fallere
nec falli sinunt, et duo
illa mala que falli et
fallere faciunt, duo sunt
media. Unum quidem bonum
per quod oculus interior. et
si falli queat ignorancia
veri, zelo tamen boni fallere
penitus non consentit, al-
terum vero malum quod licet veri
noticiam non impediat,
amorem tamen boni pro mali-
cia minime sentit. Et quo-
rum omnibus melius divi-
sione innotescit, secundum hoc
duplex malum et illud
item geminum bonum quadri-
fariam dividamus, oculum
cordis in bonum et meli-
orem, in malum et peiorem
et subdamus exempla, Est qui
bonum diligit et malum
nescit. agit huius bonus
quidem oculus. quia pius,
non tamen simplex quia cecus
Et est qui bonum et libenter
agit et prudenter intelligit
Istius vero oculum non im-
merito simplicem dixerim
utpote cui. neutrum bonum
deest. nec zelus scilicet boni
nec sciencia. Est econtrario qui
minime diligens ex ma-
licia quidem prudens est sed
sapiens nec faciat ma-
lum per ignoranciam cecus

non est. Tunc quidem ideo
nodum appellamus
nequam, quod cum ei lux ad
sit malum non desit bo
num idest sciencia. Sed est bonum quod
forte nesciens quod non di
ligit agit, cui prestito non
incognite id quod dicitur ne
quam assignamus, eo quod
neutro careat malo nec
cecitate sed nec perversitate
Dicitur siquidem nequam quasi
nequaquam, ut is plerumque
nequam appelletur qui ne
quaquam hoc est in nullo pe
nitus appareat bonus,
super utroque bono vacuus
tam videlicet veri noticia
quam et benevolencia de
quadrifaria divisione
supradicti ulterius capitulum xxvi

Alius est itaque pravus
oculus non quidem
fallens penitus. sed tamen falli
pronus, alius is quem do
minus simplicem dicit tam
nec fallens facilis quam nec
falli, Et item alius est
oculus simpliciter malus
fallens utique libenter,
sed non facile falsus. Et
alius quem nequam esse dif
finivimus. quia sit duplex
malus. cui quippe et ma
licia parit ignoranciam
et ignorancia maliciam
operit. ita ut sepe nesci
ens malum quod volt non
faciat, et bonum faciat
quod non volt. Obscuratum

est neque insipiens cor
eorum. qui huiusmodi sunt
et qui iam traditi in re
probum sensum. Bonum enim
nec diligere nec dinoscere
queunt, Nam qui huiusmodi
est tamen perfecto malum
nec eciam volt si posset
nec si velit scit. Verum
obtenebratum hunc oculum in
superiori divisione illo al
tero tenebrosum non multo
peiorem. non quia mali
gnior sit. sed quia pericu
losior. Ignorancia quippe
scrutatorem. securitas se
curiorem facit non nequi
orem. Est tamen ex equo peri
culosior. quia ille
solum habet malum,
malam videlicet intencionem. iste
et falsam consideracionem. Ille
uno caret e duobus bonis
bono videlicet zelo. iste et uno
iudicio. Si igitur is vere
oculus nequam est. qui per
versus prius et cecus bonum
agit et malum credit
utique recte operando. sed
opinando iniquum sibi bo
num in malum sibi vertit
et tamen malum quantum ce
ciderit, Et non ideo secun
tur ut cum e contrario ma
lum facit et bonum pu
tat iuxta suam sentenciam
scilicet et ipse innocentiat
Verum non est quippe
simplex oculus ille qui
ex iudicio vitat totum
corpus lucidum reddat

qualem profecto superius diffinivimus. Neque enim ex toto adhuc tenebre desunt, ubi ignorantia vitat lucem obscurat voluntas. Cum itaque ille occulte utique malum, iste vero minime utique habeat bonum, nonne ratio videtur exigere ut plus ille noceat quam prosit iste. Neque enim consequens est ut tantum in bonum bonum unum, quantum duo mala in malum. Et eisdem laude dignam dixerim vel solam piam intentionem nec placere dignam divinitatem censebit in opere quod non bono ipsa bona voluntas actum sine malo quoque non erit decepta simplicitatis, quia quod a nesciente fit eciam bonum, condempnat intentio prava et malum non penitus excusat recta. Sive itaque malum putas bonum quod forte agitur sive bonum malum quod operaris, utrumque peccatum est, licet sane levius ad modum peccatur ubi salva intentione sola reprehensibilis actio foris apparet quam ubi maligna latet eciam in non mala actione intentio. Verum quod absque vel minimo peccato non est pura bonum minime est. Quo pacto ergo bonum non purum puro malo comparatur in efficacia, hoc est ut tam efficax ad bonum illud sit quam ad malum istud.

De quadruplici iusticia. In tempore de verbis apostoli. Tam pie

Iusticia dei sublimis est. Nostra enim si qua est humilis est iusticia, recta forsitan sed non pura, nisi forte meliores nos esse credimus quam patres nostros, qui non minus veraciter quam humiliter agebant: omnes iusticie nostre tanquam pannus menstruate. Quomodo enim pura iusticia ubi adhuc non potest culpa deesse. Recta proinde videri potest iusticia hominis si tamen peccato non consenciat ut non regnet in eius mortali corpore. Nam primi hominis iniciis non modo recta sed eciam pura fit quandoquidem ei datum est nec sentire peccatum. Ceterum et ipsa quam sua non fuit, et puritatem facile perdidit, et nec ipsam retinuit minime rectitudinem suam. Sane apud angelos iusticia pura recta et firma est. Sublimis quoque sed adhuc lege inferior quam divina. Non enim innata eis est sed collata a deo, ut nostra ipsa quod ex se est non modo iusticie sed iniusticie corpori inveniatur. Nusquam non ista est sinceritas quam in angelis sine mora illa iusticia legitur invenisse. Non enim iustificabitur

in conspectu tuo omnis
viuens/ ait is qui dei
iusticiam nimie commendabat
Nec enim ait omnis homo sed
omnis viuens. forte ut
nec ipsos angelicos eciam
nominis spiritus excepisse/
Viuunt enim et ipsi tanto
iustius tanto prompcius ei
astant apud quem est
fons vite. Nichilominus
eciam iusti sunt. sed ex deo
non coram eo/ munere
eius/ non in eius com-
paratione/ Ipse enim sibi in-
sticia est. cuius voluntas
non tam equa quam ipsa
equitas. et utraque non
aliud quam ipsa substancia est
Illa quippe iusticia verissima
sicut nouus est/ que re-
cta est prima est summa est
et ut ita dixerim eciam
substancia est De quatuor vi-
nulis descendentibus
de fonte xpi scilicet tam fon-
tem tam terciusmum

Dominus xpistus vite
de media ortu conclu-
sum euntibus per os pau-
li fistulam suam in quatuor
riuulos diffudit et deri-
uauit in plateas/ ut vide-
licet assignat nobis eum fa-
ctum a deo sapienciam. et
iusticiam et sanctificacionem et
redempcionem/ Quo quidem in
principio erat verbum et
verbum erat apud deum
factum est autem qualis esse ma-
net et apud homines sit
nichilominus sapiencia erat. Erat

iusticia. erat sanctificacio
et redempcio. sed angelis
ut esset et hominibus/ fecit
enim hec omnia deus pri-
us et fecit quod potuit. At ange-
lis iniquitas quo redempcio
fuerit non video. Nec
enim auctoritas scripturarum
conspiciam assentire videtur
eos aliquando aut peccato ex-
titisse captiuos aut mor-
ti obnoxios ut nullam
habeant redempcionem/ excep-
tis duntaxat illis qui
superbie lapsu irreme-
diabili corruentes redimi
deinceps meruerunt/ Si ita-
que angeli nunquam redempti
sunt. alii utique non
egentes. alii non prouiden-
tes. illi quidem quia nec
lapsi sunt. hii autem quia
irreuocabiles sunt. quo pa-
cto tu dicis dominum xpistum
eis fuisse redemptorem/ Au-
di breuiter. Qui erexit
hominem lapsum/ dedit
stanti angelo ne labe-
retur. Sic illum de captiui-
tate eruens sic hunc
a captiuitate defendens
Et hac racione fuit eque
utrique redemptor soluens
illum et seruans istum/
Liquet ergo sanctis angelis
dominum xpistum fuisse redempcionem
/sicut iusticiam sicut sa-
pienciam sicut sanctificacionem
Nichilominus tamen hec ipsa
quatuor esse factum propter ho-
mines/ Si ergo omne quod
erat angelus/ factus

est nobis. Tamquam sapiencia
iusticia / sanctificacio / et redem-
cio. Sapiencia in predicacione
. iusticia in absolucione pecca-
torum. Sanctificacio in conversa-
cione qua vixit cum pecca-
toribus. Redempcio in passi-
one qua sustinuit pro pecca-
toribus / Sedebas o homo
in tenebris et umbra mor-
tis per ignoranciam voluntatis /
Sedebas vinctus cathenis
delictorum. Descendit ad te
in carcerem non ut tor-
queret / sed ut erueret de pota-
te tenebrarum. Et primo quidem
voluntatis doctor depulit um-
bram ignorancie. tue luce
sapiencie sue / Per iusticiam
deinde que est ex fide
solvit funes peccatorum quibus
iustificans peccatores. Addi-
dit quod scilicet inter peccatores
vivere / sic et tradere formam
vite tamquam vie qua re-
dires ad patriam. Ad cu-
mulum postremo tradidit
pietatis in morte animam
suam / et de proprio latere
protulit precium satisfactionis
quo placaret patrem / Quod
tibi facere debuit et non
fecit. Illuminavit cecum sol-
vit vinctum / reduxit er-
rantem. reconciliavit reum.
En quatuor in illo. primum
sapiencie. Secundum iusticie
Tercium sanctificacionis / Quartum
redempcionis / Stulta huius
seculi sapientes de quatuor
virtutibus tam multa dis-
putaverunt / quas tamen ap-
prehendere omnino nequi-

verunt / cum illum nesci-
verunt qui factus est no-
bis a deo / sapiencia pruden-
ciam docens / et iusti-
cia delicta donans / et
sanctificacio / in exemplum
temperancie continenter vivens
/ et redempcio in exemplum
paciencie fortiter moriens
Quid vobis cum virtu-
tibus qui dei virtutem
christum ignoratis / Ubi namque
nisi vera prudencia nisi
in christi doctrina. Unde
vera iusticia nisi de christi
misericordia. Ubi vera temperancia
nisi in christi vita. Ubi
vera fortitudo nisi in christi
passione. Soli igitur qui
eius doctrinam sunt im-
buti prudentes dicendi
sunt. Soli iusti qui de
eius misericordia veniam pecca-
torum consecuti sunt / Soli
temperantes qui eius vitam
student imitari. Soli for-
tes qui eius paciencie do-
cumenta fortiter in adversis
tenent. Incassum proinde
quisque laborat in acquisici-
one virtutum si aliunde e-
as sperandas putat quam
a domino virtutum cuius do-
ctrina seminarium prudencie
. cuius misericordia opus iusticie
cuius vita speculum tempera-
cie. cuius mors insigne
est fortitudinis. Ipsi honor
et gloria per infinita secula
amen De quatuor ordini-
bus in processione diei in
Ramis palmarum Capitulum [illegible]

Quatuor ordines in
processione domini sol
videor intueri. Preibant
enim quidam / et viam pa-
rabant domino ad corda / a-
lii sequebantur / et hii sunt
qui proprie conversi tertii
/ devote sequuntur et adhe-
rent per vestigiis prece-
dencium. Erant etiam disci-
puli / tanquam domestici
lateri eius adherentes.
Ipsi sunt qui partem opti-
mam elegerunt qui in
claustris soli deo vivunt
per deo adherentes et eius
placitum considerantes. Ipsum
etiam iumentum cui insede-
bat affuit quod designat
devotos corde et animos
condampnos bestiales / verum
non fuit ibi animal hu-
iusmodi copiosior multo
/ nec optimi. Illos enim
magis onera sunt quam
honori / nec propter eos pro-
cessio valde gloriosior est
/ iumenti namque cantare
non norunt sed male so-
noros dant rugitus. Ipsi
sunt qui per virga et
calcaribus egent. attamen
ne ipsos relinquat domi-
nus disciplina fere no-
luerunt. Quatuor ergo
sunt genera in processione
domini. Boni prudentes et
boni simplices. Illi sunt
qui precunt et qui sequuntur
Bonos autem addidi quia
prudentes non boni / iniqui

sunt. et simplices non
boni / stulti sunt. In pro-
cessione autem domini nec ini-
quus locum habet nec stul-
tus. Porro qui adherent
ei contemplativi sunt qui
portant et onerant. eo quod
ipsi sunt domini corde et
pace devoti. Sed ecce omnes
sunt in processione domini
/ et nemo ex ipsis faciem
eius videt. Nam qui
precedunt occupati sunt
in paranda via / sollici-
ti circa peccata et temptaciones
aliorum / Qui sequuntur domino
faciem eius videre non
possunt. Sed postea videt
eius. Iumentum cui insi-
det nunquam ad videndum
oculos levat. Sed primum
est semper in terram. Qui
vero adherent ipsi aliquando
videre possunt. Sed raptim
non continue nec plane
cum adhuc sunt in via
actu continuo ad alios
ipsi magis faciem ad fa-
ciem eum vident. De
quatuor generibus spirituum super
Cantica sermone v et xxxi

Quatuor sunt genera
spirituum. pecoris. viri
angelicus. et qui condidit
istos. Non est ex omnibus
cui sine proprie se / sine
proprie alium / sine propter
utrumque instrumentum corporis
non sit / corporis nec simili-
tudo / excepto dumtaxat
illo cui omnibus tam cor-

palis· qm̄ spūalis creatā
mito costitet/ et dicit de
monis ceū/ qm̄ bonoꝝ
meoꝝ non eges· Et p̄m
qdem ita corpe et corde
constat/ ut nō subsistē
absq̄ illo ut cuq̄ possit/
Sicut quippe et vivifica:
re desinit et vivere ille
spūs/ qm̄ moritur ꝑcoris
Verū nos vivimus qdem
p corpus· ſz ad ea q̄bꝫ
bte vivit/ nullus nobis
accessus pt̄ nisi p corpꝰ
Ipā sꝫ qdē corpalia et
visibilia ista non nisi p
corpibus infamata sensa
in nrāz noticiaz veni:
unt· Habet igitur nāliter
corpis spūalis creatura
que nos sumus/ sine quo
nimirū neqꝫ illam
sciam assequitur/ quam
solum accepit gradiū
ad ea de quoꝝ sit cogni:
cōne bta/ Tam quo et sup:
celestes spūs opus cor:
poribus habeant/ illa
nos maxime ꝯtos faciat
vera et vere divina
sna· Nonne omnes ait
admīstratorij spūs sūt
missi in mīsterium ꝓpter
eos qui hereditatē capi:
unt salutis/ Sed nō naz
quo modo implent mīsteriū
suū absq̄ corpe ꝑsertim
apud viventes in corpe
Demiqꝫ non est discurre:
re de loco ad locum
transire nisi corporum· Sed
frequēt facere angelos
tam indubitata qm̄
nota ꝓbat auctoritas
Ita inferior superior quo
spūs ꝓprijs corpibus
egent· Sꝫ tm̄ quibus vi:
vent non etiaz iuve:
nīr ac pecus quidē quo
debito sentiunt et ad
vsus tm̄ tpalium corpa:
lium quā nūtitatū vivendo
sunt· Ideo quod ille spūs
et cum ipe transit et cū
corpe desinit/ angelus
vo creat sathagit quo
in hūlitate spūs admi:
strat officium pietatis
sitiudiꝫ bonorū ꝯmpsū
iniabilis alacrem quo
se minister exibens ut:
pote spūs in celum su:
turis cōnibus et coheredi:
bus supne iocunditatis
Ille igitur ut inferior sūmat
iste ut prie subveniat
ambo ꝓculdubio suis
corpibus egent ut in:
venit· Nam in quo ipsis
cis mutat non in deo
ad ꝑfectū dumtaxat et:
nitatis/ Racōnalis neque
spūs micus quiqꝫ innatat
corpe suo ut p corpalia
et sensibilia que p illud
sentit etiaz ad spūalia
et intelligibilia ꝑficiendo
ꝓmgat· Porro autem
supcelestis spūs absq̄ ad:
iutorio corpis et absq̄
intuitu horum omm̄ que
p corpus sentiunt/ sola
ꝑfecto sue vivacitate
ac vivacitate nature

sufficit apprehendere
summa, et intima pe-
tere. Nec brutus igitur
nec angelicus spiritus ad
ea capessenda quibus beati
spiritales fiunt, corporea
sui ullo corporibus
adiumento. Ille siquidem
privata soliditate non
capiens, iste vero excel-
lentiori gratie prerogativa
non indigens. Porro ho-
minis spiritus qui medium
quendam inter supremum et
infimum tenet locum, usque
adeo non ad utrumque ne-
cessarium habere corpus mani-
festum est, ut absque eo ipse
proficere nec alteri prodesse
possit. Nam ut taceam
cetera membra corporis
officiaque membrorum, quo-
nam quaeso aut sine lin-
gua loquens audiretur
aut sine auribus percipiens
instrueretur. Itaque cum absque
adminiculo nec bestialis
spiritus similis conditionis
solvat debitum, nec spirita-
lis caelestisque creatura mu-
neris studio pietatis, nec huma-
na anima tam proximo
quam semetipsam sibi sufficiat
consule ad salutem, liquet
omnem creatum spiritum sive
ut iuvet, sive ut iuvetur
similiter et iuvet corporeo
prorsus indigere solatio.
Nullus autem creatorum spiri-
tuum per se nostris mentibus
applicatur, ut videlicet nullo me-
diante nostri sive vestri cor-
poris instrumento ita nobis
misceatur vel infundatur
quo eius participatione
docti sive doctiores vel
boni sive meliores effici-
amur. Nullus angelorum
nulla animarum hoc mo-
do mihi capabilis est, nullius
ego capax. Nec ipsi an-
geli ita se alterutrum ca-
piunt. Reservetur proinde
prerogativa hec summo
atque incircumscripto spiritui
qui solus cum docet an-
gelum sive hominem scientiam
instructi non querit
nec corporee auris, sic
nec sibi oris per se instru-
menti. Per se innotescit, purus
capitur a puris. Solus
nullius indiget, solus
et sibi et omnibus de sola
omnipotenti voluntate suffi-
ciens. Operatur tamen innumera
et immensa per subiectam
creaturam corporales sive
spirituales, sed quasi imperans
non quasi mendicans. Ecce
corporis de corpore facit hic
nunc ad nutum indumentum
universa corpora celestia
atque terrestria obsequi con-
stat, plane superfluo ha-
bet sibi qui nullum sibi
recipit alienum. Demus
igitur soli Deo vere
verum, sicut immortalitatem
ita et incorporalitatem, qui
solus spirituum universam
corpoream creaturam eo us-
que transcendat ut cuiusque
corporis in quocumque opere
non indigeat solo spiri-
tuali nutu cum volt

ad quemcumque volt agenda contentus/ Sola igitur est que nec propter se . nec propter alium solacio indiget corporali opus licet illa maiestas

De quatuor fontibus paradisi manantibus de paradiso domino nostro ihesu christo in sermone de natiuitate domini Bernardi capitulum c xxxiii

Fons nobis est christus dominus unde lauemur Sed fons qui numquam potest exhauriri. Veruntamen non iste solus aquarum usibus irrigacio/ quam profecto maxime necessariam habet nouelle oliuarum plantaciones alioquin aut minus proficiet aut ex toto peribit pre nimia siccitate/ Requirat ergo deuocionis aquas/ quicumque seminauit bonorum operum semina ut irrigentur fonte gracie/ et bone conuersacionis ortus non exarescat/ Sed in perpetua viriditate proficiat ut bona opera fauore deuocionis et dulcedine spiritualis gracie condiantur/ Putas inuenire potest quartus fons ut paradisum recipiamus quatuor fontium irrigatum amenissimum. Nam si bonum paradisum demus nobis reddendum non speramus/ quo regnum celorum sperabimus

Nunc autem ut de exhibitione prioris fiducia sit expectacio futurorum paradisum habemus multo meliorem et longe delectabiliorem quam primi parentes habuerunt et paradisus noster christus dominus est/ In quo tres quidem iam fontes inuenimus/

Primum quecumque sitientes de fonte misericordie ad diluendas culpas aquas remissionis/ quecumque ad coquendos cibos aquas sitientes/ aquas emulacionis. Licet nimium condiunt et decoquunt affectiones nostras. et ebulliunt de fonte caritatis. Porro ex hiis quatuor fontibus tres quidem prope cernere videntur leuius Ecclesie ordinibus singuli singulis

Nam fons quidem communis omnibus est/ In multis quidem enim offendimus omnes et indigemus omnes fonte misericordie ad diluendas offensionum sordes/ Omnes enim peccauimus et egemus gracia dei et prelati et continentes et coniugati. Quoniam si diximus quia peccatum non habemus nosipsos seducimus

Quoniam ergo nemo mundus a sorde nec infans est fons omnibus communis/ et pari voto debent ad hunc fontem Noe et Daniel et Job properare/ De ceteris Job quidem maxime fonte sapientie querat cum ipse magis inter medios laqueos ambulat/ ita ut magnum videatur si a malo declinet/

Danieli vero currendum est ad fontem gracie cui nimirum opera penitencie et laboris abstinencie deuocionis gracia necesse est impinguari/ Oportet enim ut maxime nos in hilaritate omnia faciamus. quia hilarem datorem diligit deus

ctionis vel emulationis.
Hoc convenit specialius quod
maxime prelatos decet hic
zelus. De quatuor beneficiis
dei siue psalmum Exultat
quod vsu xij c. xxiiij

Habemus gratis factorem
nostrum, redemptorem nostrum,
beneficiorum nostrum, aut po-
tius spei nostre. Ipse enim
retributor. Ipse retributio
nostra. Nec aliud iam quam
ipsum expectamus ab ipso pre-
mium quod nobis promittit
nos ipsi sumus. Quidem
ipse fecit nos et non ipsi
nos. Parum ne tibi istud
videtur quia te fecit. Co-
gita qualem fecit. Nempe
secundum corpus egregiam cre-
aturam, sed secundum animam ma-
gis, utpote imagine crea-
toris insignem, rationis par-
ticipem, capacem beatitudinis
sempiterne. Porro secundum
ambo simul per talis crea-
turis maxime admiranda
cohentes sibi incomprehen-
sibili artificio investiga-
bili sapientia conditoris. Itaque
tam magnum hoc donum
quam magna res homo.
Sed quam gratuitum putas
plenum est, quia nichil
ante promeruit qui pe-
nitus nichil fuit ante pre-
ea sperabat gratiam retributionis
auctor. Non necessariam re-
tributionis gratia mei, qui per
omnia sibi sufficit. Sed
devotas gratias relaturum
ei qui sic meruit sperabat.

Nec hoc quidem licet ma-
xime attentius munere qui
dedit ut esses qui ante
non fueras, adiecit eciam
unde subsisteres qui iam
eras. Nec minus liberaliter
hoc quam illud indubitanter
operatus est. Quam copio-
sus in secundo beneficio quam
liberalissimus fuit. Quanta li-
bertas est ad sustentationem,
quanta ad eruditionem, quanta
ad consolationem, quanta eciam
ad delectationem, quanta ex hoc
iam ad correptionem. De-
nique hoc dico gratis et du-
pliciter fecit gratis. Sine
meritis tuis, sine labore
tuo. Nempe dixit et facta
sunt. Nam ideo devotius
minus, minus obnoxius,
minus gratus es. Quod hoc quidem
sicut pro nichilo sic
de nichilo fecit, profusi-
oris est occasionis ingra-
titudinis vestigare. Nemo
id facit nisi qui eciam
gratus esse negavit. Puto
enim nemini tibi apparet mi-
nus utile quam prestanti
nimium difficile fuit.
Ceterum iam ex hoc titulum
operis tue redemptionis atten-
de. Non est velamen
excusationis laboriosum propositum
in ea. Gratis quidem hoc
prestitum est, sed gratis quod
ad te pertinet. Nam quod
ad illum plane non
gratis factus est salvus et
pro nichilo, non de nichi-
lo tibi. Quid ad hoc dor-
mitat affectio in homine
vero mortua est illa

non dormit que huic
beneficio non respondet que
se totam non effudit in
gratiarum actionem et vocem
laudis. Nam et ista duo
evidentissime levitatum hoc com-
mendat. ut in eis quoque
vera sincere dilectio compro-
betur. Non propterea de facili
prestans quod nollet aliter
facere. sed quod non aliter oportet.
Itaque fecit. fecit te de eius
minibus. fecit tam multa propter
te. fecit et seipsum propter
te verbum caro factum est et
habitavit in nobis. quod
adhuc restat perfectius est
ipse tecum caro una. te
secum faciet spiritum
unum. Non recedant hec
quatuor a corde tuo. non
a memoria. non ab affe-
ctione. Hec cogita in
corde semper. in hiis ingere
delectare. hiis velut quibus-
dam stimulis urgens.
sollicita animam tuam hiis
facibus inflammans eundo
ad clamandum eum qui
tam multiplicibus sum cari-
tate commendat amore et
sponsa mandata creatoris
tui. sponsa mandata bene-
factoris tui. redemptoris
tui. remuneratoris tui de

De quatuor speciebus contemplationis
in libro de consideratione
capitulum xxxv

Quatuor sunt contem-
plationis species. Prima
et maxima contemplatio est
maiestatis admiratio.
hec requirit cor purgatum
ut a viciis liberum atque

exoneratum peccatis. facile
ad superna levetur. Inter-
dum vero per aliquas mo-
rulas stuporatum extasi
suspensum teneat ad
mirantem. Secunda autem
necessaria est. hec est enim
intuens iudicia dei quod
sane pavido aspectu
dum vehementius concutit
intuentem. fugat vicia
fundat virtutes. initiat
ad sapientiam. humilitatem ser-
vat. Tercia contemplatio
occupatur vel potius o-
ciatur circa memoriam bene-
ficiorum. et ne dimittat
ingratum sollicitat me-
morantem ad amorem
benefactoris. Quarta que
retro sunt obliviscens
in sola requiescit expe-
ctatione promissorum. tunc
cum sit meditatio eter-
nitatis. Quippe que pro-
mittuntur eterna sunt. lon-
ganimitatem alit et per-
severantie dat vigorem
Puto iam facile est quatu-
or ista hec quatuor illis
verbis apostoli assignare.
dum longitudinem comprehen-
dit meditatio promissorum
latitudinem recordatio be-
neficiorum. sublimitatem con-
templatio maiestatis.
profundum inspectio iudi-
ciorum. De quatuor gra-
dibus amoris ex libro
suo de diligendo
deo capitulum xxxvi

Amor est affectio natu-
ralis. Ergo naturale est

iustum quidem foret, sum-
mo omnium nature deservire
auctori. Sed quia car-
nales sumus et de carnis
concupiscentia nascimur, necesse
est ut amor noster a car-
ne incipiat. Qui si
recto ordine dirigitur
quibusdam suis gradibus
duce gratia proficiens in
spiritu tandem consummabitur,
quia non prius quod spirituale
sed quod animale est, deinde
quod spirituale. In primis
ergo diligit seipsum ho-
mo propter se. Cumque videt se
per se non posse subsistere
deum sibi necessarium inci-
pit per fidem inquirere
et diligere. Facit ergo
et cetera diligere deum
qui et ea bona facit
confacit aut sic. Cum non
condidit ipse et protegit.
Nam ita condita sunt
ut liceat ingenio nullo
potestatem quam habuit
et conditorem, ut que id
per ipsum non valuit esse
nec sine ipso valeat om-
nino subsistere. Et ne sa-
ne de se tantum ingrateat
et proinde sibi quod absit
superbe arrogat beneficia
creatoris, vult hominem
idem conditor alto quidem
salubrique consilio tribu-
lationibus exerceri, ut cum
defecit homo et subve-
nit deus, dum quod ho-
mo liberatur a deo, deus ab
homine ut dignum est

honoretur. Fit hoc ita:
sed tali modo ut homo
animalis et carnalis qui preter
se neminem diligere nove-
rat, etiam deum vel propter
se amare incipiat, quod
in ipso nimirum ut sepe
expertus est, omnia possit
que posse prosint, et sine
ipso possit nihil. Diligit
itaque in secundo gradu deum
sed propter se adhuc et non
propter ipsum. At vero cum ipsum
cepit occasione proprie neces-
sitatis colere et frequentare
cogitando, loquendo, le-
gendo, orando, obedien-
do, quadam huiusmodi fami-
liaritate paulatim sen-
simque deus innotescit,
consequenter et dulcescit,
et sic gustato quam sua-
vis est dominus. Transit ad
tertium gradum ut dili-
gat deum non iam propter
se sed propter ipsum. Ita fit
ut ad diligendum deum
ipsum plus iam ipsius
alliciat gustata sua-
vitas, quam urgeat no-
stra necessitas. Hunc in
hoc gradu quo iam propter
seipsum deus diligitur
diu statur et nescio si a
quoquam hominum perfectus in
hac vita perfecte apprehen-
ditur, ut se scilicet homo diligat
tantum propter deum. Asserant
hoc si qui experti sunt;
fateor impossibile mi-
chi videtur. Est autem

Procul dubio tu introductus
fuit servus bonus et fide-
lis in gaudium domini sui.
Et inebriabitur ab ubertate
domus domini. Qui enim ebrius
mero quodammodo oblitus
sui et a se penitus velut
deficiens totus pergit in
deum, et deinceps adhe-
rens ei unus cum eo spiritus
est. Quomodo stilla aque
modica multo infusa
vino deficere a se tota vi-
detur, dum et saporem vi-
ni induit et colorem, sic
omnes tunc humanas affe-
ctiones quodam ineffabili
modo necesse est a semet-
ipsa liquescere atque vi-
dere penitus transfundi boni-
tatem, alioquin quomodo omnia
in omnibus erit deus, si in
homine de homine quicquam
supererit. Manebit quidem
substantia, sed in alia forma, alia
gloria aliaque potentia. Ex
hoc iam contentus ille gra-
dus amoris perpetuo possi-
detur cum summe et plus
diligitur deus. quia nec
nosipsos iam nisi propter
ipsum diligimus, ut sit ipse
in premium amantium se, in
premium eternum amantium. De
longitudine latitudine
sublimitate et profunditate
dei in libro quinto de
consideratione capitulo xiiii
Quid est deus. longi-
tudo. latitudo. subli-
mitas et profundum. Visus
sum protulisse plura, sed

unum est per eas significa-
tum, unus quidem. Non
divisiones substantie in quater-
nario isto expresse sunt,
non dimensiones quales in
corporibus intuemur, non
distinctio personalis quales
in trinitate adoramus, non
numerus spectatus qualem per-
sonis ipsis inesse fate-
mur, et si non aliud
a personis. Alioquin hoc
singulum horum in deo quod
quatuor sunt, hoc quatuor
ipsa quod singulum est. Quid
igitur est deus. longitudo
inquam. Quid ipsa. eterni-
tas. hec tam longa,
ut non habeat terminum, non
magis loci quam temporis. Est
et latitudo et ipsa quid
caritas. Quibus et ista
terminis angustetur in deo,
qui nil odit eorum que
fecit. Denique solem suum
oriri facit super bonos et
malos, et pluit super
iustos et iniustos. Ergo
et inimicos includit sinus
ille. Nec hoc quidem con-
tentus evadit in infinitum
omnem non modo affectionem
sed et cognitionem excedit.
Quid plus dicam. Eter-
na est. nisi quod hoc forsi-
tan plus est quia eterna
est. Vides tantam esse
latitudinem quantam et lon-
gitudinem. Utinam sic vi-
deas non tantam esse, sed
ipsam id esse unam cum
altera. non minus unam

quam duas non plus
duas quam unam. Deus
eternitas est. deus cari:
tas est. longitudo sine
protensione. latitudo sine
distensione. In utroque spa
ciales quidem excedit spa:
les et angustias. sed li
bertate nature non enorm ite
subest. Tali modo immensus
est qui omnia fecit in
mensura et numerus imme:
sus hic tamen modo et ipsius
immensitatis. Eodem item
deus sublimitas et pro:
funditas. In alto super
omnia. In alto infra
omnia. liquet in dextre
munere clausitate equali:
tatem stare undique sim:
ter. astare immobiliter sibi
sublime potentiam compen:
dium sapientiam eius con:
sidera. ex quo et ista vi:
dent sibi dum et subli:
mitas inattingibilis et pro:
funditas eque investigabilis
cognoscitur. O sapientia potens
attingens ubique. O pote:
cia sapiens disponens su:
aviter omnia. Res una ef:
fectu multiplex. operacione
quam diversa. Et illa res est
longitudo propter eternitatem. la:
titudo propter caritatem. sub:
limitas propter maiestatem
profunditas propter sapienciam

Explicit liber nonus
Incipit liber decimus
de diversis quibus peccati
in quibusdam similes sed
non eodem ordine etc.

Primum peccatum per:
fectum in celo per
superbiam prevari:
catoris angeli.
qui in seipso tu:
muit et de
parte beatorum spirituum eie:
ctus celorum regnum ami:
sit. Secundum peccatum commissum
est per inobedientiam mulie:
ris in paradiso. Ex hoc
peccato facta est caro rebel:
lis spiritui. ut quos spiritus
eius non sunt subiecti
creatori nec caro sit subie:
cta spiritui. Tertium peccatum
fuit quod ipsa mulier virum
suum socium in culpam traxit
debuit eadem illa peccatum
suum deflere. Nec addere
peccatum peccato. sed in hoc pu:
tavit se habere consolacionem
si virum faceret sui peccati
participem. Eo nodamus enim
naturale est unicuique vel:
le sive in viciis sive
in virtutibus associare sibi
consortem. Quartum peccatum
commisit adam qui con:
sensit. Adam enim ut ait
apostolus non est seductus
mulier autem seducta in
prevaricacione fuit. Illa per
ignoranciam. iste per infir:
mitatem. Peccavit al
ius diligendo uxorem
non quia eius voluntatem
fecit. Sed quia eam vo:
luntati pretulit divine.
Insuper quippe erat ut il:
lius magis voluntatem

facit cui plus debebat
Cumque vero ambigat plus
eum debere conditori quam
uxori. Quidem uxori est
astrictus tantum per amorem
deo autem per timorem et ado-
rem sunt. Pluribus ergo de-
buerunt valere duo vincula
ad tenendum eum erga dei
preceptum quam unum tantum
erga coniugis affectum. Ter-
cium eciam peccatum commisit
qui propriam culpam retor-
sit in uxorem. Primo quidem
crudelis in se qui peccatum
suum excusavit. Secundo in
uxorem quia accusavit
et utique satis digna sup-
plicia est de peccato vindicta
quando eam accusat cuius
amore peccavit. Sextum
peccatum fecit Eva que cum
interrogaretur a domino cur hoc
fecisset. Respondit ei serpens
decepit me et comedi.
Sic declinat et ipsa in
verba malicie ad excusan-
das excusaciones in peccatis
refundens culpam in ser-
pentem cum immunis esset a
crimine. Cum nil obfuisset
suggestio serpentis. Si illa
negasset assensum proprie vo-
luntatis. Et forte precessit
in ea aliquibus motibus su-
perbie unde seduci me-
ruit a serpente. Septimum
peccatum factum est extra pa-
radisum. Quando Cayn
consurrexit adversus Abel
fratrem suum et interfecit
eum. Ex eo iam tempore
inveteratum est ut mali

nisi insurgat in bonos ut
opprimant eos **De avari-
cia malicia luxuria et
divisis eius appendiciis
Gen xiiii xxxix c. fin**

Magnus quidem prin-
ceps spiritualis atque
invisibilis Regis Egi-
pti prefatus malicia est
magnus luxuria magnus avaricia. Et hic
quidem possidet binos su-
os sub rege suo sicut
sui cuique assignati sunt.
Nam malicia in omni
regione maleficiorum atque
facinorum dominatur. Luxu-
ria omni immundicie et turpi-
tudini preest. Avaricia in
predis rapine et fraudis
sortita est principatum.
Habet malicia currum
suum quatuor rotis consisten-
tem. Demencia, audacia,
impaciencia, impudencia.
Valde enim velox est currus
iste ad effundendum sangui-
nem. qui nec innocencia
sistitur nec paciencia retardatur
nec timore refrenatur nec
inhibetur pudore. Trahitur
autem duobus admodum pin-
guibus equis. et ad omnem
perniciem paratissimis terrena
potencia et secularis pom-
pa. Tunc namque quadriga
ista malicie erit valde
velocior cum huic quidem
potencie copia subest eius
adimplendis maliciosis
conatibus. Deinde plausus
pompe arridet peccatorum
sceleribus ut suis impleantur

cui subiectus est. Tunc
laudatur peccator in deside-
riis animae suae et iniquus
benedicitur. Porro praesident
huic duobus aurigae. Duo
timor et livor, et trahitur
eadem pompa. Livor vero
potentiam agit. Hic enim ra-
pido fertur diabolicarum po-
paem. aperit se tuus cor-
pus imminuit. Nam quod
in se simul stat timore
compressum gravitate mode-
stie, humilitate solidum, pudi-
tate sanum. Amica huius
vanitatis nequaquam leviter
rapietur. Item livore in-
metu potentie. Nunc in-
vidia agitur et quam confu-
dam lemosbus urgetur
hinc inde calcaribus su-
spitionis utique detrahendi
et metu subtrahenti aliud
est enim quod suspectus est fu-
turus et aliud quod timetur
invasor. Huius itaque si-
milis livorum potentia
continue agitatur et livens
eadem malitia sit se luxur-
iante livore quadriga ut
omnium voluntatum vitiorum
ingluviei. Ut ventris
libidine coitus. Molli-
tie vestium. Otii suppositionis
resolutione. Trahitur enim
eque duobus. Prosperitate
vite et rerum habundantia
et quae huic praesidet dux
Ignavie torpor, et infi-
da securitas quia et co-
pia in ignaviam solvit
et secundum scripturam prospe-
ritas stultorum perdet illos.

Non sane ob aliud ni-
si ut male securos reddat.
Cum enim dixerint pax et
securitas tunc subitaneus
eis superveniet interitus.
Huic quadrige minime sunt
necessaria flagella vel ad
aliquid urgendi, sed pro
his utuntur conopeo ad
faciendum umbram et fla-
bello ad ventilandum ve-
tum. Porro conopeum
dissimulatio est umbram
faciens et protegens ab
estu curarum. Animum na-
que est mollis et delica-
te amice etiam in nullas dis-
simulatione curas et ne estu-
antes sollicitudines sen-
tiat sub latibulo dissi-
mulationis abscondi. Fla-
bellum vero effusio est ve-
tum adulatorum et applau-
dentium. Flagrant enim sunt
luxuriosi amentes aura
ventum de ore adulatorum
et de hoc satiabiles. Iam vero a — aritia
quadriga rotis et ipsa
vehitur quatuor vitiorum quae
sunt pusillanimitas, in-
sensibilitas, contemptus dei,
mortis oblivio. Porro
iniuncta theoria tena-
citas et rapacitas. Et
huic unus auriga am-
bobus praesidet lucri ar-
dor. Sola siquidem ava-
ritia quae cadem plu-
res non patitur uno con-
tenta est similiter. Ipse
vero iniuncti operis prompte
admodum atque infatiga-
bilis executor urgendo

fane immet sed hentibus
flagiis utitur accensus libi-
dine accendi et metu am-
mittendi. Sunt et alii prin-
cipes regis Egipti subtus
et ipsi tribus suos in expe-
ditione domini sui. Sicut
superbia que omnibus de ma-
ioribus est principibus sicut
inimica fidei impietas
magnum et ipsa tenens
locum in domo et regno
Pharaonis. Et multi sunt
adhuc alii inferioris ordi-
nis satrape et ceteros quorum
non est numerus in Pharaonis
exercitu. In istorum itaque prin-
cipum fortitudine, curruum
quoque suorum, invisibilis Pharao
utique discurrens in omnem
familiam domini contra per
vilibus more tyrannico
debachatur. In hiis etiam
hiis diebus crescente quod
de Egipto inscribitur. At ille
non subiectus curribus, nec
protectus armis, in domino
tamen sola domini confortatus
manu sevientem decan-
tat. Cantemus domino glo-
riose enim honorificatus est equum
et ascensorem proiecit in
mare. Item hii in curri-
bus et hii in equis, nos
autem in nomine domini
dei nostri invocabimus. De
diversis viciis lingue
in sermone de capitulo capitulum 3m

Vilis et volatilis
Vrens verbum hominis,
nullius more, nullius pon-
deris, nullius precii, nullius

soliditatis ac liquor uberat.
Unde et verbum dicitur.
Est sicut folium quod vento
rapitur effluit, et non
est qui consideret. Comunis
nimirum quantitas modicum
lingue membrum contrahat
sordes. Cum multiplex
in labiis incircumcisis in-
iudicia coagulatur, quamvis
sit comunis omnibus prenominatis in-
circumspecti. Est enim lin-
gua dissoluta in sermo-
nibus ociosis. Est lingua
impudica, est et ma-
giloqua. Quarum prior
lascivie, sequens arro-
gantie famulatur. Est et
lingua dolosa et item
lingua maledicta, quarum
altera in falsiloquam et
adulatoriam subdividitur,
altera vero mittit in facie
contumelias irrogat, mittit
detrahit in occulto. Sed
si de omni verbo ocioso ver-
bo quod unquam locuti fuerint
homines deo reddituri
sunt rationem in die iu-
dicii, quanto districtius de
verbo mendacii et maledic-
ti et iniurioso, de elatio-
vel lascivie, de adulatio-
aut detractionis iudicabitur.
Cum vero sit summa peccatum in
multiloquio non effugietur
pecius, ut enim peccatum re-
tecta si ... ociosum est
verbum, quod nullam rationa-
bilem causam habeat,
quam rationem de eo reddere

potius, quod est peius, racionem.
Nemo verum fratres non per-
ditum estimet et tempus quod
in verbis consumitur ociosis.
Volat siquidem irrevoca-
bile, volat tempus irre-
vocabile, nec advertit
insipiens quid amittat.
Retinere tamen vel solum tempus
vite amittere in verbis,
sed multi in huiusmodi etiam
vitam amittere comprobantur,
necnon ipsam amittere, sed
et adimere aliis et hoc frequen-
tius. Et dicimus levis
res sermo, tenera mollis
et exigua caro lingua
hominis. Quid sapiens
magni pendat? Levis
quidem res sermo, quia
leviter volat, sed graviter
vulnerat; leviter transit, sed
graviter urit; leviter pe-
netrat animum, sed non le-
viter exit; profertur leviter,
sed non leviter revocatur.
Facile volat, atque ideo
facile violat caritatem.
Vilis res est musca
moriens, sed exterminat ole-
um suavitatis. Tenerum
membrum lingua, attamen
vix tenetur. Parva
quidem in se minima atque exi-
guum, sed res magnum
et validum invenitur.
Modicum membrum est, sed ni-
si caveas, magnum ma-
lum. Tenuis est et la-
ta: vacuandis cordibus
aptissimum instrumentum,
nisi forte omnes tam per-
fecti simus ut inquinam

nobis penitus loquatur confa-
bulacionis invecta sit
mens, quamvis oracioni,
meditacioni, minus devota
sit, et magis affectio et
holocaustum orationis non
adeo pingue appareat. Verba
sive que diximus sive
etiam que audivimus
verba sunt; facile enim lin-
gua labitur, nec minus
facile illabitur cordi, ita
ut multum me loquendo
minus proficere que prius
cohibuerint, dum non
cavent aliena. Vbi-
lis fiat est qui tibi lo-
quitur: sapiens est, re-
ligiosus ac timens deum;
plus dico angelus est
et angelus tuas, sic ca-
ve tibi ne audias verbum
ledatis nec personam esse
velim suspectam esse
Sed linguam pessimum in
simonomacie gentium. Bona
quidem columbe simplici-
tas, sed in hac parte ser-
pentis astuciam quoque
non obmittas. Ubi re-
bus saltem exprimendis
solet adventus, quod hec
notant verba non de-
spicies, sed sollicitus sensus
quando quidem interesse
necesse est collocucioni
non modo ori circumspe-
ctionem, sed et auri custo-
diam adhibe cautela-
tam. Forte tamen nimis
videamur in singillacione

verborum. Sed mementote quoniam lingua est que contra vitia lingue loquitur ut in eo vel maxime habere debeat excusata. quod nec sibi preter et adversum se contra est sui ipsius pericula inminiat audientes. Ventus est sermo sed non semper est ventus verborum. Est ergo magna in loquendo sermonis utilitas. et frequenter in lingua sanctus reperitur. Sane propter maiorem ei diligentiam et diligentiorem custodiam convenit exhiberi quod sit iuxta septem mors et vita in manibus lingue. Alioquin si sola mereat vita nec conversio eadem ei, si sola mors eterna absciso debetur. Nunc vero ponenda nobis ori meo custodia et hostium circumstantie labiis nostris ut nec in fratrum edificationem clausura dampnet ethica [?], nec letalibus perniciosis libere procedat egressum. Utilis semper custodia oris que tamen affabilitatis gratiam non excludat. ergo ubique frenanda est lingua preceps. Maxime autem in convivio. Vigilemus itaque super verba nostra fratres ne in eis vel offendere aliquem vel proximum nocere contingat. Felix siquidem

que in omni confabulatione duplex timor iste sollicitat. Primum quidem divine maiestatis in cuius manus incidere horrendum est. Deinde fratrum infirmitatibus cui in loquendo perfacile est offendiculum dare.

De septem impedimentis que nos retrahunt a mandatorum observatione c[apitulum]

Septem sunt impedimenta quibus a mandatorum obedientia retardamur. Primum enim impedimentum nostrum est occupatio communis, est ipsa necessitas huius miseri corporis quod modo sompnum modo cibum, modo vestem, cetera que similia quilibet [?] exigunt dubium quin frequenter impediat nos ab exercitio spirituali. Secundo loco impediunt vitia cordis, ut est levitas, suspicio, impatientie aut invidie motus, laudis appetitus, et similia que cotidie experimur in nobis. Tertium et certum impedimentum accipe prosperitatem huius seculi et adversitatem utriusque. ergo cave a laqueo temptationis et quere arma iustitie a dextris et a sinistris. Quartum impedimentum communissimum et periculosissimum ignorantia nostra est. In multis enim omnino

meditamur breviter quid a-
gere debeamus / ita ut quid o-
remus sicut oportet nescia-
mus / Sextum impedimentum
nostrum est adversarius noster
qui tamquam leo rugiens
circuit querens quem devo-
ret / atque utinam in sex
tribulacionibus istis liberati
ut vel in septima non
tangeret nos malum / nec
apprehenderet nos periculum
in falsis fratribus / utinam so-
li impugnarent nos ma-
ligni spiritus cum suggestio-
nibus suis / et non nocerent
homines perniciosis exemplis
persuasionibus importunis /
sermonibus adulatoriis / vel
detractoriis / atque aliis mil-
le modis ~~De septem impedimentis que nos retrahunt a meditacione capitulum quintum~~

De diversis obstaculis que nos separant a voluntate divina ... capitulum

Heu quot obstacula sepa-
rant quot prohibent im-
pedimenta / ne voluntas
nostra divine valeat cohe-
rere / Obicit sese malicia
mediam / obicit infirmitas
obicit concupiscencia et ignoran-
cia nostra. Inest enim no-
bis avaricia / magis autem
ab extimacione nature / affe-
ctio quedam pessima et li-
bido nocendi ut incognoi-
bilis inveniatur in miseris
cordibus nostris malicie
delectacio / Quid vos lon-
gius a voluntate divina /
plane chaos magnum
inter nos firmatum est in

hac parte cum semper de-
lectat enim peccatum displi-
cencia et iniusticia nobis con-
surgerat affectio fidelissi-
ma etiam velle nocere /
Hinc omnis radix ama-
ritudinis germinat / hinc in-
vidie / hinc detractiones /
hinc dissensiones pullulant
hinc silvescunt iniquitates
Ipsa quoque corruptibilis huius
infirmitatis corporis impedimentum
Nobis siquidem quum mole-
stiam sentimus non potest non
displicere et frequenter in his
voluntas nostra a divina
dissidet voluntate / nec so-
la impedit affliccio cor-
poris / impedit et concupiscencia qua
multiplicibus et inexpleb-
ilibus distrahimur desideriis
Mundo autem potius a fructu
ipsa et angelis plena
voluntas ei uniri que
rectissima est et omnimodis
indistorta. / Heu me do-
mine deus quia undique
in bella / undique tela
volant / undique tempta-
menta / undique pericula /
undique impedimenta /
circumque me video / nulla
securitas et que nutriunt
et que molestant timeo
et esuries et refectio et
sompnus et vigilie et la-
bor et requies militant
contra me

In libro meditacionum

Non minus suspectus est
mihi iocus quam ira. mul-
tos siquidem iocando scan-
dalizavi / Nec minus vereor

